

THEATRUM POLITICUM TRIPARTITUM

in utramque partem, collatis Veterum & Recentiorum Politicorum sententiis, discussum:

ADORNATUM

Ex Jure Divino, Canonico, Civili, Feudali, Aurea Bulla, Ordinatione Cameræ Imperialis, Recessibus & Constitutionibus Imperii, Regnorum & Rerumpublicarum, Capitulationibus Cæsarum: Oratoribus, Philosophis & Historicis,

ET

Ad præsentem Romani Imperii Statum accommodatum,

AUCTORE

M. REINHARDO König/ MARPURGENSI HASSO, J. U. C.

JENÆ

Typis Johannis Beithmanni: Sumptib. Joh. Birckneri, Bibliopolæ Erfurtensis, Anno 1622.

THEATRUM POLITICUM TRIPARTITUM

in utramque partem, collatis Veterum & Recentiorum Politicorum sententiis, discussum:

ADORNATUM

Ex Jure Divino, Canonico, Civili, Feudali, Aurea Bulla, Ordinatione Cameræ Imperialis, Recessibus & Constitutionibus Imperii, Regnorum & Rerumpublicarum, Capitulationibus Cæsarum: Oratoribus, Philosophis & Historicis,

ET

Ad præsentem Romani Imperii Statum accommodatum,

AUCTORE

M. REINHARDO König/ MARPURGENSI HASSO, J. U. C.

JENÆ

Typis Johannis Beithmanni: Sumptib. Joh. Birckneri, Bibliopolæ Erfurtensis, Anno 1622.

ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

Dn. ERNESTO PRINCIPI, AC COMITI HOLSATIÆ ET SCHAUMBURGI, COMITI STERNBERGÆ, DOMINO IN GEHMEN &c.

Principi ac Domino meo Clementissimo.

DIsputare de Republica rem esse magnam, pronunciat Eloquentię parens, *Marcus Tullius Cicero*: & discursus de statu esse cibum magnorum stomachorum, scripsit *Anton. Perez in Aphor: Pol.* Et quidni res esset magna & ardua, *Illustrissime & Celsissime Princeps, Domine Clementissime*, cùm Politica disciplina sit omnium disciplinarum nobilissima, augustissima & utilissima, vel, ut ab *Arist. l. 2. Eth. c. 2.* vocatur, Architectonica, Regina & Domina reliquarũ artium & disciplinarum, ac veluti Imperatrix: *à Platone* omnium disciplinarum constitutiva. Nimirum Politica ad totius humani

)?(2 gene-

generis usum alias omnes disciplinas applicat, & cœtus hominum constitutos gubernat, ac tuetur. Et quamvis quælibet disciplina suo fine circumscripta & contenta sit: Politica tamen quendam velut gradum perfectionis addit, ut meritò *Cic. l. 10. Ep. Fam. ad Planc.* dixerit: Nihil est ex omnib. rebus humanis præclarius, quàm de Repub. benè mereri: Contra verò nihil est ex omnibus reb. humanis fœdius, deterius & pestilentius, quàm de Repub. malè mereri. Quid enim? Errata in reliquis disciplinis & artib. minùs nocent; paucis enim nocent, & illi potissimùm, qui errat. Sed qui in Politicis committuntur errores, non nocent uni, non paucis, sed universis, inque magnam humani generis partem, integras nationes, provincias & Regna redundant, illaq; pessundant, ut non abs re pronunciaverit *Lamb. Danæ. in proœm. Pol. suæ*: *Nullibi graviùs ab hominibus peccari, & periculosiùs errari, quàm in Politicis.* Verba igitur de Repub. à me non faciēda fuisse, fortassè quis censebit, cùm in Rep. nunquam sim versatus, nec

nec experientiâ confirmatus. Annuo: ſed in hoc viciſſim excuſationem facilè merebor, ſi quod huic vel alteri deſit, aliis adminiculis aſſequi & compēſare tentaverim, ex lectione ſc. Auctorum probatiſſimorum, maximè Hiſtoricorum, quorum ſingularē habui delectum, ex eorumq; veluti hortis amœniſſimis ſententiarum & exemplorū flores collegi, ac intexui in hujus & ſequentium partium corollas. Inſuper candidè excuſſi ſententias Politicorum tàm veterum, quàm recentiorum, abſq; ullius præjudicio, injuria, vel famæ detractione, earumq; collatione inſtitutâ, in utramque partē argumēta tàm negantia, quàm affirmantia in mediū adduxi, vel cum reſponſionibus ad opinionē alterutram, vel cum certis determinationibus, limitationibus, nec nō conciliationib. utriuſq;. Cujus mei inſtituti auctores & monitores niſi fuêre viri graviſſimi, inter quos jure nominare poſſum *JC. celeb. D. Gothof. Ant. Cancell quondam, Acad. Gieſſ.* cujus cenſuræ cùm ſubjicerem diſputationem quandam de Statu Imp. Rom. in

 utram-

utramq; partem discussam, & habitam à me in ista Acad. non solùm illa probavit, sed & auctor mihi fuit, ut totum systema Politicum adornarem & isti methodo insisterem, in utramq; partem materias dubias & controversas tractando: Cujus judicium sanè magni feci, & operi conscribendo animum adjeci. In quo proposito plurimum me confirmavit Politicorum Coryphæus, *Vir Magnif. & Nobiliss. Dn. Melch. Goldastus ab Haiminsfeld, Illustr. Vest Cels. Consiliar. intimus*, quando primitias meas prædictæ disputationis cum aliis nonnullis à me habitis, de Majestate, de origine Electorũ, de electione & successione in Imperiis, dignatus fuit referre inter splendidissima Politica sua Imperialia, de cujus tanti viri judicio mihi fui gratulatus, & abjectâ omni cunctatione operi manum admovi, & ad finem, divinâ favente gratiâ, perduxi. Cujus pars prima cùm hoc ipso tempore lucem aspiciat, quo *Illustrissima Vestra Celsitudo* Academiam ad Visurgim, flumen amœnum & navigabile, impetratis Privilegiis Cæsareis,

reis, erexit, omninò ſub ejuſdem Celſitudinis auſpiciis gratulabundus illam volui prodire, eidemq; ſubmiſsè conſecrare & offerre: præſertim cùm intellexerim, quòd Celſitudo Veſtra ſtudiis meis clementer faveat ob commendationem magni & Nobiliſſimi Dn. Goldaſti, quem honoris & obſervantiæ ergò nomino.

En igitur *Princeps Illuſtriſsime, Domine Clementiſsime*, hanc priorem partem typis jam excuſam *Illuſtriſsimæ Veſtræ Celſitud.* maximacum animi devotione offero & conſecro, inq; clientelam trado, omninò ſperans, vel confidens potiùs, futurum, ut hilari & porrectâ fronte clementer eam ſit ſuſceptura. Quod ſi impetravero, laboris mei in hoc opere impenſi fructum me conſecuturum exiſtimabo. His itaque me meaq; ſtudia *Illuſtriß. Veſtr. Celſitudini* unicè commendo. Dat. JENÆ è Muſæo meo 3. Maii, Anno 1621.

Illuſtriſſimæ Veſtræ Celſitudinis

Devotiſſimus & obſervantiſſimus

M. *Reinhardus* König *Marpurgenſis Haſſus.*

IN THEATRUM POLITICUM

Doctrinâ & virtute Præstantissimi Viri,

Dn. M. REINHARDI Königs/

J. U. Candidati dignissimi.

IS demum verus mihi Doctorumque coronæ est
Philosophus, rerum qui Contemplator & Actor
Socratis est pullus. Divinum scilicet illud
Socratis ingenium Sophiam deduxit ab Alto
In privasque domos, urbesque & Regna potentum,
In rostra, inque forum, sanctæque tenacla Themistæ.
Hujus tu laudata premens vestigia patris
Explanas Civilia, jam teres atque rotundus
Præceptis & consiliis, jam fusior omnis
Exemplis generis, quæ sacra profanaque passim
Exhibet Historia, Ausoniis simulatque Pelasgis
Nobilitata libris: speculum spectabile vitæ,
Seu sceptra & fasces, sive illis subdita spectes,
Et Martis crudi, & concordis tempore pacis.
Ergò cui volupe est Reinharde, cor arte Sophorum
Exornare, decus tibi conciliare perenne,
Qui legit hæc vigilis lychnos redolentia curæ,
Auctori grates aget officiosus & inter
Te celebranda Hessiæ numerabit Nomina terræ,
Justitiæque sacræ splendentia Lumina Mystas.
Rex radians victorque ferêre per ora virorum.
Quondam, donec erit Themis & Respublica salva,
Sacrumque Augusto Templum florebit Honori,
Philosophisque suæ constabunt præmia laudis.

Rodolphus Goclenius Senior Philosophus,
Professor primarius in ix Academia
Marpurg.



THEATRI POLITICI PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM DE REPUBLICA IN GENERE.



Mnis quæ à recta ratione suscipitur de aliqua re institutio à definitione † debet proficisci; ut intelligatur quid 1
sit, de quo disputatur, *monente Cicerone lib. 1. offic. & lib. 2. de fin.* Est enim definitio finis, quem primùm omnium intueri oportet. *Bodin. lib. 1. de Repub cap. 1.* est anchorarum omnium firmissima. *Jul. Cæs. Scal. exer. 1. sect. 1.*

Rectè itaq; & ex lege methodi facturi sumus, si in frontispicio hujus libri definitionem Reipublicæ † ponamus, ejusq; 2
tum significationes, tum naturam & essentiam explanemus.

Definitio *ex Aristot. lib. 2. pol. cap. 1. lib. 3. cap. 4. lib. 4. c. 1. & Bod. d. l.* ejusmodi dari potest: Respublica † est familiarum, Definitio Reipub. Bodini.
seu civium summâ potestate ac rectâ ratione multitudo moderata. Hæc definitio Reipublicæ est materialis, quæ si fortè 3
minus arrideat ob id, quod genus & definitum ex eodem prædicamento peti debeant. Jam verò Respublica sit ex categoria

 relatio-

relationis, quia habet respectum ad aliud: Multitudo [quæ generis locum obtinet, & materiæ Reipublicæ competit: adeoque sine legitima constitutione ac ordine confusiones parit, & felici concordique vitæ obsistit] in categoria quantitatis: Formalem & magis logicam dabo ejusmodi:

4 Auctoris. Respublica est † ordo, in quo cœtus hominum secundùm honestas leges dirigitur ad civilem societatem.

Quia tamen non simpliciter rejicimus definitionem Bodinianam, sed tantùm logicè propter † genus: politicè autem, quo ad sensum & rem ipsam non improbamus: & exinde multæ quæstiones utiles elici possunt, juvat eam explicare.

6 Notatio. Definitum est *Respublica*, quam † à Re, hoc est, imperio publico dictam esse putat *Busius lib.1. de Repub. cap.2.* At *Divus Augustinus lib. 2. c. de civit. Dei. c. 21.* Respublica, inquit, res populi est.

Significationes. Hæc vox alias atque alias habet significationes, quæ
7 evolvendæ sunt. Accipitur itaque primò generaliter † & ἐν πλάτει, pro integro Imperio, Regno, provincia, natione. Nam magnum imperium multas gentes unâ pariter potestate coërcens, quamvis nonnunquam legibus, institutis & moribus istæ inter se discrepent, rectè magna Respublica nominatur: & una Respublica habetur, ubi corpus politicum, etiam quàm plurima habens membra, unius imperij vivificat vigor, ut docet *Bus. d. lib.1. c.3.* Et *Cassiodorus* magnum imperium magnam Rempublicam vocat. Sic olim Respublica Romana ex municipiis, præfecturis & coloniis constabat. *Onuphrius in lib. de Imper. Roman. sub tit. de præfecturis.* Persica, ab extremis Indiæ populis, usq; ad Hellespontum, centum ac viginti septem provincias habuit. *Esther. c.1. v.1. Herodot. Plutarch. in Artaxerxe.* Sic in Germania nostra, quamvis Imperator primùm, deinde reliqui principes, Comites, Barones, ac postremò liberæ civitates, suas quoque ditiones, jura, consuetudines, ac subditos habeant: tamen quia simul omnes Imperio Germanico subsunt; universi proinde

proinde unius Reipublicæ exhibent speciem. *Thuan. lib. 2.*

Secundò Respublica specialiter † pro civitate, urbe, municipio, vel spatio exiguæ terræ capitur. ***Aristot. lib. 3. pol. cap. 6. Dn. Besoldus in tract. de appellat. cap. 4. sect. 4.*** & patet ***ex tit. de jure Reipub. in Cod.*** & legibus passim. Sic dicitur: Respublica Babylonica, Hierosolomytana. 8

Hic verò adversariam nobis constituit *Bod. lib. 1. de Repub. cap. 6. num. 49.* Ubi de differentia inter urbem & civitatem agit, ac negat, urbem Reipublicæ † nomine venire, ut urbes ac municipia Reipublicæ Venetorum. Non enim, inquit, municipia urbis Romanorum, nec vectigales urbes in provinciis Respublicæ dicebantur, nec Reipublicæ jure ac privilegio fruebantur: id namque proprium erat Romanæ civitatis, ut Respublica diceretur, & iis privilegiis ac beneficiis, quæ Reipublicæ adversus privatos ac municipia competunt, sola uteretur: tametsi Respublicæ quoque dicuntur municipia, sed id minus propriè. Nam Trajanus Augustus ad Plinium Juniorem Asiæ proconsulem rescribens, negat civitatem Bithyniorum jus habere Reipublicæ, ut privatis creditoribus jure pignoris potior esset. *lib. 10. in epist. & tot. tit. de administr. rer & ad municipal.* & rectè quidem. *l. simile ad municip. Dd. in l. 2. in quib. caus. &c.* Id enim erat Romanæ civitatis: & iis, quibus singulari jure tributum erat, ut Antiochensium civitati, quæ sola in universo imperio privatis creditoribus jure pignoris potior erat. *l. Antiochensium, de privilegiis creditorum.* 9

Quid audio Bodine? De Romana civitate asseris, eam † solam Reipublicæ titulo & jure fuisse donatam. Sed responsio ad tuam assertionem est expedita. Ut enim *κατ᾽ ἐξοχὴν*, per synechdochen generis pro specie, *Homerus*, *Poëta*, inter Græcos, *Virgilius* inter Latinos: inter sidera *sol* appellatur *lumen*: Haud aliter ratione summi imperii & majestatis, seu dignitatis atque præeminentiæ, sola *Roma* dicta fuit *Respublica*; itemque *civitas*: & *publica* sola dicebantur, quæ *populi Romani* erant. *l. 15. & 16. ff. de verb. signific.* non quasi reliquæ civitates, 10

 urbes

urbes & municipia non meruerint nomen Reipublicæ. Quid enim illud est, quod Orator & Jurisconsultus Romanus *Cicero in lib. de legib.* ait: *Municipalis Respublica?* Sed respectivè municipia & ceteræ urbes, relatæ scilicet ad Romam, tanquam caput suum, se habent ut pars ad totum, & ita privatorum ac singulorum hominum loco sunt. *d. l.* 16. nec Respublicæ appellari merentur. Quod ergo dicitur, eas cum urbe Roma non eodem jure gaudere: omninò verùm est in iis, in quibus Roma primario jure prævalet, sive in his, quæ ad ipsam jure publico, & tanquam ad caput cæterarum urbium omnium spectant. Aliàs idem jus in cæteris civitatibus, urbibus, oppidis, castris, locum habet. *Joan. Gæddæ. in comment. ad l. 2. de verb. signific. n. 26. & 27.* Confer eundem *ad d. l. 15. §. 5. 6. 7. & l. 16. n. 3. 4. l. 17. n. 16. & 17.* Committitur itaque fallacia à dicto secundùm quid ad dictum simpliciter.

11 Tertiò Respublica consideratur † concretivè, vel abstractivè. *Keckerman. in præcognit. syst. polit. fol. 3. & 4.*

12 Concretivè † sumitur pro cœtu hominum publico, certo loco habitantium, & certo ordine gubernatorum, ut cùm Rempublicam Venetorum sumo pro ipsa civitate, & hominibus Venetorum. Hæc significatio materiale & objectum Reipublicæ designat, & de ea modò diximus.

13 Abstractivè † capitur pro ordine sive statu, regimine & administratione publici cœtus, ut cùm dico: Qualis est Respublica Venetorum, nihil aliud quæro, quàm qualis sit ordo & regimen in administranda Republica Venetorum. Et hæc significatio vocis denotat formale Reipublicæ. Quo sensu Latini promiscuè appellant Rempublicam & gubernationis formam, statum, sive regimen publicum. *idem ibid.* Atque ita Respublica & politia respectu ordinis, vel regiminis, sunt ἰσοδυναμοῦντα, ac in æquipollentium censu habentur. *Danæus lib. 1. polit. Christian. cap. 1. & 2. Dn. Gerhard. decad. 1. quæst. polit. 5.* unde *ab Aristot. lib. 3. pol. cap. 1.* politia definitur ordo inhabitantium civitatem.

Vox

Vox autem politicæ † origine est græca: sed usu latini- 14
tatis jure & civitate donata.

Derivatur enim à nomine πόλις, civitas. Hinc etiam
οἱ πολιτικοὶ, homines politici † seu civiles vocantur, vel qui 15
artis administrandi Rempublicam habentur periti, vel qui actu
in politiæ gubernatione versantur, vel qui Reipublicæ gerundę
salutaribus consiliis & ope adsunt. *Herman. Kirchner. de Repub. disp. 1. thes. 2. ad lit. a. Timpler. lib. 1. pol. quæst. 1. fol. 2. à pr.* Cùm
igitur nomen politici illi demum mereantur, qui hâc scientiâ
præditi sunt, & Reipublicæ tractandæ vias omnes tenent,
temerè de Ardelione † quovis, de iisve, qui in conversa- 16
tione cum aliis tempori, loco & personis sese accommodare
queunt, & simulare ac dissimulare norunt, vulgò usurpatur.
Besold. d. disp. 1. th. 46. Velsten. in cent. quæst. polit. decad. 1. th. 5.
ac dum perperam cum πολυτρόπῳ confunditur, ex abusu
παρεκβάσεως nomen exosum vileq; redditur. *v. Tilem. discurs. philolog. part. 3. Kirch. d. l.* ubi pluribus de hoc agit.

Politicæ variæ à variis definitiones † dantur, quas refert 17 Politicæ definitio.
Timpler. lib. 1. polit. cap. 1. quæst. 2. Christ. Matthiæ colleg. polit. disp. 1. th. 1. Vulgò definitur justè ac sapienter administrandæ
civitatis scientia. Cujus definitionis auctorem Aristotelem
prædicat *Joan. Cas. lib. 1. Sphær. civit. cap. 1.* Secundùm *Herman. Kirchnerum de Repub. disp. 1. th. 2.* politica est civilis vitæ, quæ in
Republica versatur, benè degundæ prudentia. Platoni,
Caso, & aliis, qui genus † politicæ constituunt *scientiam*, itemq; 18
Keckermanno, qui *prudentiam*, repudium mittit *Timpler. & Christ. Matth. dict.* locis, quia politicam non ex genere proprio
& proximo definiunt, habitualiter eam considerantes, quatenus est habitus intellectualis: cùm tamen systematicè debuissent delineare, quatenus ut methodicum systema certa præcepta tradat administrandi Rempublicam. Proinde hic definit
disciplinam practicam societates humanas rectè conjungendi,
ad Rempublicam constituendam, in qua homines benè beateq;

 vivant.

urbes & municipia non meruerint nomen Reipublicæ. Quid enim illud est, quod Orator & Jurisconsultus Romanus *Cicero in lib. de legib.* ait: *Municipalis Respublica?* Sed respectivè municipia & ceteræ urbes, relatæ scilicet ad Romam, tanquam caput suum, se habent ut pars ad totum, & ita privatorum ac singulorum hominum loco sunt. *d. l.* 16. nec Respublicæ appellari merentur. Quod ergo dicitur, eas cum urbe Roma non eodem jure gaudere: omninò verùm est in iis, in quibus Roma primario jure prævalet, sive in his, quæ ad ipsam jure publico, & tanquam ad caput cæterarum urbium omnium spectant. Aliàs idem jus in cæteris civitatibus, urbibus, oppidis, castris, locum habet. *Joan. Gœddæ. in comment. ad l. 2. de verb. signific. n.* 26. *&* 27. Confer eundem *ad d. l.* 15. *§.* 5. 6. 7. *& l.* 16. *n.* 3. 4. *l.* 17. *n.* 16. *&* 17. Committitur itaque fallacia à dicto secundùm quid ad dictum simpliciter.

11 Tertiò Respublica consideratur † concretivè, vel abstractivè. *Keckerman. in præcognit. syst. polit. fol.* 3. *&* 4.

12 Concretivè † sumitur pro cœtu hominum publico, certo loco habitantium, & certo ordine gubernatorum, ut cùm Rempublicam Venetorum sumo pro ipsa civitate, & hominibus Venetorum. Hæc significatio materiale & objectum Reipublicæ designat, & de ea modò diximus.

13 Abstractivè † capitur pro ordine sive statu, regimine & administratione publici cœtus, ut cùm dico: Qualis est Respublica Venetorum, nihil aliud quæro, quàm qualis sit ordo & regimen in administranda Republica Venetorum. Et hæc significatio vocis denotat formale Reipublicæ. Quo sensu Latini promiscuè appellant Rempublicam & gubernationis formam, statum, sive regimen publicum. *idem ibid.* Atque ita Respublica & politia respectu ordinis, vel regiminis, sunt ἰσοδυναμοῦντα, ac in æquipollentium censu habentur. *Danæus lib. 1. polit. Christian. cap. 1. & 2. Dn. Gerhard. decad. 1. quæst. polit. 5.* unde *ab Aristot. lib. 3. pol. cap.* 1. politia definitur ordo inhabitantium civitatem.

Vox

Vox autem politicæ † origine est græca: sed usu latinitatis jure & civitate donata. 14

Derivatur enim à nomine πόλις, civitas. Hinc etiam οἱ πολιτικοὶ, homines politici † seu civiles vocantur, vel qui artis administrandi Rempublicam habentur periti, vel qui actu in politiæ gubernatione versantur, vel qui Reipublicæ gerundæ salutaribus consiliis & ope adsunt. *Herman. Kirchner. de Repub. disp. 1. thes. 2. ad lit. a. Timpler. lib. 1. pol. quæst. 1. fol. 2. à pr.* Cùm igitur nomen politici illi demum mereantur, qui hâc scientiâ præditi sunt, & Reipublicæ tractandæ vias omnes tenent, temerè de Ardelione † quovis, de iisve, qui in conversatione cum aliis tempori, loco & personis sese accommodare queunt, & simulare ac dissimulare norunt, vulgò usurpatur. *Besold. d. disp. 1. th. 46. Velsten. in cent. quæst. polit. decad. 1. th. 5.* ac dum perperam cum πολυπράγμονι confunditur, ex abusu παρεκβάσεως nomen exosum vileq; redditur. *d. Tilem. discurs. philolog. part. 3. Kirch. d. l.* ubi pluribus de hoc agit. 15 16

Politicæ variæ à variis definitiones † dantur, quas refert *Timpler. lib. 1. polit. cap. 1. quæst. 2. Christ. Matthiæ colleg. polit. disp. 1. th. 1.* Vulgò definitur justè ac sapienter administrandæ civitatis scientia. Cujus definitionis auctorem Aristotelem prædicat *Joan. Cas. lib. 1. Sphær. civit. cap. 1.* Secundùm *Herman. Kirchnerum de Repub. disp. 1. th. 2.* politica est civilis vitæ, quæ in Republica versatur, benè degundæ prudentia. Platoni, Caso, & aliis, qui genus † politicæ constituunt *scientiam*, itemq; Keckermanno, qui *prudentiam*, repudium mittit *Timpler. & Christ. Matth. dict.* locis, quia politicam non ex genere proprio & proximo definiunt, habitualiter eam considerantes, quatenus est habitus intellectualis: cùm tamen systematicè debuissent delineare, quatenus ut methodicum systema certa præcepta tradat administrandi Rempublicam. Proinde hic definit *disciplinam practicam* societates humanas rectè conjungendi, ad Rempublicam constituendam, in qua homines benè beateq; vivant. 17 Politicæ definitio. 18

vivant. Ille verò *artem* rectè constituendi & administrandi Rempublicam. Sive igitur quis disciplinam practicam, sive artem appellet, non magnoperè contendam.

19 Objectum † politicæ, in quod operatur, cuique finem ingenerat, ab Aristotele ejusque interpretibus constituitur civitas, quia omnia in ea tractata ad civitatem solam reducuntur, quo scilicet pacto hæc legibus honestis sit ordinanda & conjungenda, ad benè beateque vivendum. Quare non immeritò. *Cas.d.l.* dicam scribit Alberto, qui objectum civitatis dixit esse civem, de quo ista dici non possunt.

Objectum politicæ.

Nam leges sancire, inquit, Reges creare, cives beatos reddere, aliaque sexcenta non unum hominem, sed totam multitudinem omnium, non privatorum judicium, sed consensum postulant & requirunt.

20 Alii objectum politicæ ponunt † societatem civilem: alij vitam civilem: alij modum benè vivendi in societate civili, seu rectè instituendi civilem vitam: alij aliud fingunt. Quas opiniones non tam adversas, quàm diversas esse, ostendit *Timpler. q. 3.* Ubi ipse modum benè constituendi & administrandi Rempub. pro proprio & adæquato subjecto agnoscit. Cum qua sententia congruere docet partim istam, quæ objectum statuit *civitatem*, & quæ *societatem civilem*: quatenus scilicet civitas, & societas civilis sumitur pro Republica; & hæc consideratur, quatenus benè est constituenda & administranda: partim istam, quæ *civilem vitam*, & *modum benè vivendi in societate civili*: quatenus per vitam civilem intelligitur modus benè vivendi in societate civili, seu rectè instituendi vitam civilem: & per hunc nihil aliud, quàm modus benè constituendi & administrandi Rempublicam.

21 Est autem civitas † hominum secundùm easdem leges viventium certâ ratione moderatus cœtus. *Cic. in somnio Scip. Gregor. Schönborn. lib. 1. pol. cap. 13. à pr.* seu ut *D. Augustin. lib 19. de civit. Dei*, est cœtus multitudinis, juris consensu & utilitatis communione securatus.

Civitas quid.

Differt

Differt à †Repub. quia civitas est quasi materia, in quam 22
Respub. tanquam forma inducitur. *Cas. lib. 3. Sphær. civit. cap. 1.*
Deinde differt ab † urbe, quæ muris finitur. *l. 2. 87. & 173.* 23
& ibi Gædda. de verb. signific. cùm urbs ab ùrbo sive urvo sit
appellata. *l. 139. §. 6. eod.* Et varus ait, urbem appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet, ut habetur
in eod. §. 6. in condendis siquidem urbibus olim aratro utebantur, quo futuræ urbis magnitudinem, proportionem, situmque muro cingendum definiebant. *Cælius Rhodiginus lib. 14. antiquit. cap. 5.* Ita de Romulo scribit *Plutarch. in ejus vit.* Urbem [Romam] figurâ circuli circumscripsit. Ipse autem princeps condendæ novæ urbis atratro vomere æneo præfixo: junctisque sexu dispare bobus, ipse boves agens fixis terminis, profundum circum ducit sulcum. Sed & in iisdem destruendis † eodem modo inductum aratrum adhibebant, ut eâdem 24
ratione, quâ constitutæ essent urbes, rursus destruerentur. Nihil enim tam naturale, quàm eo genere quidvè dissolvi, quo colligatum est. *l. 35 ff. de reg. jur.* qualem eversionem passa est Carthago, ut asseritur *in l. 21. ff. quib. mod. ususfr. amit.* & Mediolanum. *Sebastian Franc. in vit. Friderici Barbarossæ.* At civitas [quemadmodum familia & Respublica. Vid. *Bod. l. 1. n. 50. &*
Kirchn. disp. 1. auct. 8.] non in † parietibus, mœnibus aut muris, 25
ut loquitur Pompeius apud Dionem, sed ipso hominum cœtu & jure consistit. *Bodin. lib. 1. c. 6. nu. 49.* Et sic urbs lapides & ædificia: civitas incolas & homines denotat. *Nonius Marcellus de proprietat. serm.* Quamvis interdum urbs capiatur non pro ædificijs, sed pro societate & congregatione hominum. *Keck. in præcognit. pol. fol. 17.* atq; ita in communi loquendi usu confunduntur urbs & civitas, ut urbs pro civitate, & civitas pro urbe sumatur. Sic & oppida (quę erant minora, quàm urbes, nec aratro cincta) hoc tempore cum urbe & civitate confunduntur, quòd æquè muris ac fossis cingantur. *P. Greg. Tholozan. lib. 2. de Repub: c. 1. n. 4.* à villa tamē distinguuntur, quę villa nō circūdatur. *Bart. in l. si heres. ff. de leg. 1.* ut & à castro. *Dd. in c. civitas, de sent. excom. in 6.*

in 6. *Wurmbſer. lib.* 1. *obſ. tit.* 2. *obſ.*2. Et ſic patet, quomodo civitas à Republica, itemque ab urbe, propriè loquendo differat. Ubi notandæ veniunt & aliæ ſignificationes hujus vocis. Ac-
25 cipitur itaque latiſſimè † pro diſtrictu, tractu, territorio, vel provincia, quibus unius Reipubl. cives continentur. *Paurmeiſt. lib.* 2. *de juriſdict. cap. ult. n.* 4. & unicâ majeſtate conglutinantur. *Ariſtot. lib.* 3. *polit. c.* 6. *Bod. l.* 1. *c.* 6. quo ſenſu ſcribit Cæſar *de bell. Gallico*: Omnis Helvetiorum civitas in quatuor pagos diviſa eſt. *& in l.* 33. *ff. ad municipal.* Roma communis noſtra patria dicitur, cujus cives ſunt omnes, qui in orbe Romano vivunt. *l.* 17.
26 *ff. de ſtat. homin.* Anguſtiùs † uſurpatur pro libertate, jure civitatis & civium, ut cùm dicimus, aliquem civitate donare, **einem das Bürgerrecht oder die Bürgerschafft geben.** Præterea jure
27 Pontificio civitas iſta vocatur, quæ Epiſcopali † ſede eſt exornata. *cap.* 22. *Salvator. de præbend. in Extravag. com. Tholozan. in ſyntag. jur. univerſ. lib.* 17. *cap.* 3. *num.* 13. Civitatem tamen poſſe eſſe ſine Epiſcopo, probatur *per text. in cap.* 1. *de privileg. & exceſſ. prælat.* & quòd ſolæ ſedes Epiſcopales civitates dici debeant, improbat *gloſſ. in d. c. civitas. de ſent. excom.* cùm etiam ante Epiſcopos fuerint civitates, & poſt Epiſcoporum inſtitutionem non fuerint in omnibus locis collocati, ſed tantùm in magnis & populoſis, ne vileſceret earum auctoritas.

28 Hîc commodè quærimus: An in ſtatu † integritatis futuræ fuiſſent Reſpublicæ, ſive politiæ, hoc eſt, rationes adminiſtrandi Rempublicam, quæ imperandi & parendi legibus continentur? Quæ quæſtio ab utraque parte plauſibilibus ventilatur argumentis. Pro negante, quæ ſtatuit, ante lapſum non futuram fuiſſe quandam Reipublicæ ſpeciem, hæc adducuntur argumenta:

An in ſtatu innocentiæ futuræ fuiſſent Reſpublicæ.

29 Primò: Quod in ſtatu innocentiæ genus † humanum à ſolo Deo fuiſſet gubernatum, ſine humanis legibus & conſiliis.

Argumenta ſententiæ negantis.

Secundum argumentum deductum eſt ab officio † Ma-
30 giſtratus, quod conſiſtit 1. in præſcribendo & præcipiendo ea, quæ ſunt honeſta. 2. In vetando inhoneſta. 3. In coercendis & punien-

puniendis legum contemptoribus & transgressoribus 4. In defensione subditorum ab insidiis & cladibus imminentibus: Jam verò nullum ex his necessarium fuisse in isto statu scribunt. *Jacob. Martin. Cent. 8. quæst. Illust.* 9. quia scilicet tunc quilibet suum fecisset officium: nec ulla fuisset impietas & injustitia in mundo, quæ à Magistratu politico est punienda & coërcenda.

Hæc sententia auctoritate *Platonis in Politico* comprobatur, ubi in aurea † illa ætate, & seculo Saturni, ut ab ipso no- 31
minatur, nullas vel constitutas, vel constituendas fuisse Respublicas, auctor est. Eamque suffragiis suis confirmant Poëtæ, *Hesiodus lib. 5. operum & dierum*, & *Ovidius lib. 1. Metamorph.* ita canens:

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte suâ sine lege fidem rectumq; colebat.
Pœna metusq; aberant, nec vincla minantia fixo
Ære ligabantur: Nec supplex turba timebat
Judicis ora sui, sed erant sine judice tuti.

Tertio loco adstruunt: quod Rerumpublicarum constitutio sit † maledictio, seu justa peccati pœna à Deo homini- 32
bus imposita, & primæva illius libertatis labes ac diminutio.

Affirmativa † verò, cui & nos fasces nostros submitti- 33
mus, è veteribus assertores & propugnatores habet *Thomam de Aquin. part. 1. summæ quæst. 9. art. 5. & 4. Scot. lib. 4. sent. Lombard. dist. 15. quæst. 2.* è recentioribus. *P. Gregor. Tholozan. lib. 1. de Repub. cap. 2. Dn. Besold. class. 1. disp. pol. 1. thes. 26. Lamberd. Danæum. lib. 2. pol. Christian. cap. 4. Keckerman. in præcognit. polit. fol. 12. & in curs. Philosoph. disp. 29. quæst. 3. Tim. pler. lib. 1. pol. cap. 3. quæst. 10. Velsten. decad. 8. quæst. 1. polit.*

Argumenta sententiæ affirmātis. Fundamenta præcipua, quibus innituntur, sunt hæc:
1. Sicut ante lapsum fuisset aliquod caput † familiæ, sive aliquis Paterfamilias, ita quoque futurum fuisset aliquod re-
34 gimen politicum, licet modus regendi & imperandi planè diversus (id est justior, lenior & moderatior, *Danæ.d.l.*) futurus fuisset ab eo, qui nunc est. *Keckerman. in præcognit. d. fol.* 12. Quorsum enim, ait *in curs. d q.* 3. *fol.* 339. familiæ ordinem, constituto capite marito, sanxisset Deus hominibus in statu innocentiæ degentibus, nisi ut Reipub. alicujus, cujus primordia familiæ essent futuræ, fundamenta jaceret?

35 2. Quia sicut inter Angelos † bonos, quibus potentatus & Principatus rerum sacrarum Antistites attribuunt, locum habet regimen & aliqua Reipub. forma: ita etiam inter homines locum habuisset, etiamsi non peccassent.

36 3. Quod in brutis † animantibus Reipub. adumbretur simulacrum, quorum tamen natura primæva, post lapsum haud mutata fuerit. *Besold.*

Responsiones ad cōtraria. Ab his igitur ad primum argumentum pro negante adductum, respondetur, quòd illud laboret vitio partim petitionis principij, partim inconsequentiæ: Primùm enim incertum & dubium esse scribunt, utrùm in statu innocentiæ totum ge-
37 nus humanum Deus fuisset immediatè † gubernaturus sine legibus & consiliis humanis. Secundò, etiamsi id concederetur, inde tamen non sequi, nullam tunc futuram fuisse politiam: cùm Deus illam potuisset suis legibus sancire, multò minùs nullam futuram fuisse Rempublicam, hoc est, communitatem hominum & rerum civilium. *Timpler.*

Secundum ita diluunt: Etiamsi leges, & Magistratus ci-
38 viles, non fuissent opus ad † coërcendam improbitatem & injustitiam hominum, tamen opus iis fuisse ad tuendam & regendam societatem hominum, ut unusquisque sciret, quid sui esset officij, & ad id etiam faciendum magis magisque excitaretur. Et propterea ipsum Deum primis parentibus nostris adhuc in statu innocentiæ legem tradidisse de non comedendo fructu

arboris

arboris veritæ. Rectè ergo *Besold.d.l.* Sicut Respublicæ etiam hodie pro † diversitate subditorum aliarumque circumstantiarum variantur, ita & civile tunc imperium, longè iis politiis, post peccatum, quas habemus, dissimile fuisset. eóque trahit Poëtarum illud, aureum aliquod seculum nobis proponentium, in quo nec lis, nec controversia, nec arma extiterint: sed omnia placidè & tranquillè, per meram dictionem juris, sine vi, à superioribus fuerint administrata, juxta *Ovid. 1. Fastor.* 39

Proq; metu populum, sine vi pudor ipse regebat:
Nullus erat justis, reddere jura labor.

Et sic non obstat, quòd media † distincta fuerint ab his, quibus nunc opus est, dummodo fine non discreparint. Tum enim æqualis † omnium ad virtutem promptitudo, ac spontanea ad bonum quodvis inclinatio duram hanc dominandi potestatem Regibus excussisset: & non fuisset tam subditorum ad honestatem coacta directio, quàm divinus quidam inter superiores & inferiores honestè suâ sponte viventium ordo *Keckerman. d. q.* 3. 40 41

Quod tertio loco asserebatur, Respublicas pœnæ † loco esse introductas & constitutas, omninò improbabile est. Quasi, inquit, *Dana. d. cap* 4. tot sint maledictionis DEI testimonia, quot inter homines Regna, Resvépublicæ constitutæ nunc apparent vigentque, nisi quis per Rempublicam intelligat politiam seu dominationem injustam Tyrannorum, cui multi populi ob sua peccata sunt subjecti. *Timpler. in fin. d. q.* 10. Hæc de definito, Republica scilicet & politica, hujusque objecto. 42

Definitio absolvitur his verbis: *Familiarum † seu civium summâ potestate ac rectâ ratione multitudo moderata.* 43

Genus est *familiarum seu civium multitudo.* Talis scilicet † multitudo, quæ juris consensu & utilitatis communione 44

est sociata, una & perfecta. Una, ratione ordinis: Perfecta,
ratione virtutis perducentis ad perfectum, à quo omnia esse
& benè habent. Deinde dicebatur, quod sit multitudo utili-
45 tatis communione sociata. Et sic in communitate † usus, non in
æqualitate possessionis consistit. Cas.lib.2.Sphær.civit.cap.1.
Minus ergo rectè Plato lib. 5. de legib. & in initio Timæi,
46 æqualitatem † omnium bonorum introducit, & Rempub. fe-
licem & beatam prædicat, in qua voces istæ: Meum & Tuum
non audiantur. Qualem communionem bonorum & uxo-
rum asseruêre & ad imitationem quoque traxêre Stoici, ut re-
fert Diogenes in vit. Zenon. & auctor est Chrysostomus in lib. ad-
vers.gent. Zenonem quoque legem tulisse, quæ patres † cum
47 filiabus, filios cum matribus, fratres cum sororibus coire per-
mittat. Pro qua impia assertione stabilienda, affertur ge-
48 minatus amor inde sperandus. Sed & Esseni, † nec non Carpo-
cratiani hoc venenato ac pernitioso dogmate fuêre imbuti &
instituti, & hodiè eo infecti Anabaptistæ, qui id ex rerum o-
mnium dominio, omnibus in creatione permisso; itemque ex
communione ab Apostolis in primitiva Ecclesia observata,
Actor. 2. & 4. & aliquandiu in usu habita, teste Justin. Apol. 2.
pro Christian. & Tertullian.cap.39. Apologet. comprobare conan-
49 tur. Primi Esseni, in universum † quidem à fœminis absti-
nuêre, Josephus lib.15. Antiq. cap.2. & lib.2. de bell. judaic. cap.7.
Posteriores, quamvis uxores sibi junxerint, propriam tamen
quilibet duxit. Idem eod. cap.7.
Sed rectè Doctor Doctorum, ut à Lipsio appellatur,
50 Aristoteles lib.2. de Repub. cap.1. & 2. hoc præceptum, † ne dicam
Phantasma, è Republica veritatis exterminat, auctori Platoni
classicum canit, inque ejus arcem arietes & fulmina quasi ar-
gumentorum immittit, quibus eam prorsus concutit & demo-
litur. Et Joan. Cas.lib. 2. Sphær. civit. cap. 1. doctrinam Platoni-
cam, ceu novam & inauditam, nullius Principis diplomate
obsignandam, nullius Philosophi Chyrographo subscriben-
dam esse monet. & abhorrere justitiam, cùm fortunas: ab-

An communio bonorum introducenda. Sententia affirmans.

horrere naturam, cùm uxores, cùm liberos communes esse velit. Civitates enim domicilia virtutis, non lupanaria meretricum esse debere. Undè rectè *Bodin. lib. 6. de Repub. cap. 4. num. 701.* nihil à natura; nihil à divina lege magis alienum cogitari potest, quàm bonorum, imperij ac fortunarum exæquatio.

Juri naturæ repugnat communio Platonica primò in
eo, quia tollit στοργὴν, † sui & suorum amorem, qui omnibus 51
animantibus est innatus, & proinde curam uxorem & liberorum. *Aristot. d. cap. 2.* Deinde in eo, quòd tollit gradus † sangui- 52
nis & propinquitatis, quos non solùm natura, sed & jura tam divina quàm humana constituêre. Quæ causa ut ejus juris
† violatores, incestuosi, & nefarij seipsos odio prosequantur, & 53
post expiatam libidinem, pro amore indelebile odium relinquant. *Du. Arnisæus lib. 1. de Repub. cap. 1. s. 11. num. 9.* ibi id declarat exemplo Ammonis, qui pœnitentiâ sceleris adductus, & pudore naturali, quem à se violatum sentiebat, admonitus, stupratam à se sororem Thamar, à se abegit, ne ex conspectu sauciata conscientia subinde recrudesceret. *2. Sam. cap. 13.* Quin
homines incestuosos brutis † esse deteriores inculcat *num. 20.* 54
quæ licet turpis & honesti discrimine destituta, sæpè etiam incognita, eo quòd notitiam parentum & cognationem vagando perdant, sine discrimine sibi invicem misceantur: tamen ejusmodi concubitus vitari etiam à multis irrationalium animalium, quibus detestabiles sunt incestus, exemplo & zelo Camelorum & Elephantorum, qui matrum congressum abhorrent. *Aristot. lib. 9. hist. animal. cap. 47. Ælianus lib. 4. & 5. hist. animal. Plin. lib. 17. cap. 42.* Imperator quoque *Justinian. in Novel. 12. cap. 1.* docet, quòd multa animalia irrationalia nefandos illos concubitos renuant & refugiant. Itemque facit exemplis testatum *Joan. Borcholt. lib. 1. comment. Instit. tit. de nupt. ad §. Ergo non omnes num. 4.* & post eum *Arnisæ. d. l.* Cùm enim aliquando pullus Camelorum fraude Camelarij seu curatoris matri esset admissus, is operimento delapso, & matre cognita,

Camelarium morsu defixo interemit. *ex Ælian. & Plin. dd. ll.* ex quibus scribit *idem Borcholt.* quòd Regi scytharum equa fuerit egregia, ex qua mares generosi omnes nascerentur. Aliquando verò unus, qui reliquis præstantior habebatur, matri fuerit admissus, ut ex ea procrearet, sed id facere recusaverit. Postea cùm matrem opertam imprudens supervenisset, & à concubitu faciem matris detectam cognovisset, prærupta perierit, & exanimatus fuerit. Sic etiam *ex Johanne Lupo in tract. de matrimonio* narratur de equo aliquo Scythico, ipsum matrem adopertam compressisse, & matre cognitâ reclinato capite genitalia sibi amputâsse, luiturum in ea parte, quâ peccatum fuerat.

55 Adhæc: Lex divina furta † prohibet, pœnas furibus denunciat. At qui furtum committetur, quî pœna imponetur, si omnium bonorum fuerit exæquatio? Et quæ nón mala, quæ non incommoda secum traheret æqualitas illa? Materia
56 communionis discordias † solet excitare, ut respondet Papinianus *in l. cùm pater 27. §. dulcissimis 20. ff. de legat. 2.* & Paulus *in l. in re communi 26. de servit. præd. urban.* propter immensas contentiones plerumque res ad divisionem pervenit. Quò etiam spectat *l. qui neque. 8. §. 2. ff. de reb. eorum. qui sub tut.* cùm igitur in ista communitate, seu potiùs confusione, nemo pro certo sciat, & cognóscat suum, sequentur inde contentiones, vulnera & cædes. *Cas. cap. 2. Sphær. civit.*

Non est igitur, ut pro stabilienda sua sententia Plato
57 argumentum desumat ab † unitate, hoc modo? Quo magis una potest fieri civitas, eò firmior & stabilior censenda est. Jam verò magis una fit civitas ob communionem bonorum & uxorum. Ergo. Hujus argumenti falsitas, & civitatis unitas quatuor impugnatur rationibus ab Aristotele, & *Caso d. cap. 1.* & demonstratur, quòd potiùs dissolvat & corrumpat civitatem 1. Quia est multitudo, quæ si magis magisque ad unitatem redigatur, necesse est, ut tandem ad unam domum, adeoque ad

ad unum hominem deveniat, in quo dissolvitur nec conservatur civitas. 2. Quia in maxima unitate non est distinctio, sed confusio rerum, & sic pervertuntur distincta officia hominum. 3. Quia unitas vicissitudinem parendi & imperandi tollit. 4. Quia unitas Platoni sterilem reddit civitatem, cùm nulla sit fœcunditas in unitate. Hinc *l. 2. de Repub. cap. 5.* inquit Philosophus: Si adest distinctio dominiorum, opes magis amplificantur, eo quòd unusquisque rem suam maximè sibi curæ esse patiatur.

Nec est, ut tritissimum illud in mentem veniat, quo amicorum † omnia dicuntur esse communia. Nam hoc ipsum 58
Aristoteles d. cap. 3. de cœteris ad possessiones attinentibus vult omnia facienda communia inter amicos ex virtute, quo ad usum, *Aretius part. 2. problem. 135.* qui usus communis non tollit proprietatem. Similiter operam dandam esse monet, ut facultates quasi χρήσει communes sint, non necessitate, sed κατ' ἀρετὴν. Ita in primitiva Ecclesiâ χρήσει, omnia fuisse communia tradit *Danæus lib. 2. Ethic. Christian. cap. 15. fol. 226. in med.*

Familiam † Ulpianus dicit esse plures personas, quæ 59
sunt sub unius potestate, aut naturâ aut jure subjectæ, utputa Familia.
Patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum sequuntur, utputà nepotes & neptes, & deinceps, *l. 195. §. 2. ff. de verb. signific.* Cùm verò nec
Jureconsultus, nec Aristoteles expresserit, quot personæ † ad 60
familiam requirantur, ex mente tamen *Arnisæi, l. 1. doctrin. polit. cap. 2. fol. 38. & l. 1. de Repub. cap. 1. sect. 9. num. 2. & 3.* in promptu est ostendere, quod de Collegiis JCtus enunciavit *in l. Neratius ff. de verb. signific.* tres facere Collegium, optimo jure de familiis quoque dici posse: Paucioribus, quàm tribus personis familiam constitui non posse, licet duabus conservetur, similiter ex *dict. l. Neratius colligit. Gœddæ. in com. ad l. 40. §. 3.* Sanè duos familiam non facere, expresse rescribit *Ulpian. in d. §. 3.*

Consti-

61 Constituunt itaque familias † (quæ sunt veluti seminarium, officina ac rudimenta rerum omnium publicarum, ejusq; originem præbent) seu societates privatas & domesticas: Maritus, uxor, liberi & servi: quos licet Ulpianus silentio prætereat à Politicis tamen modernis familiarum ordini & usui annumerantur.

62 Hinc triplex † oritur potestas domestica. 1. Conjugalis seu maritalis, mariti scilicet in uxorem. 2. Patria, patris in liberos. 3. Herilis seu dominica, domini in servos.

63 Maritalis † potestas est, quam maritus habet in uxorem.
Potestas maritalis. Hanc Maritus ab ipso conjugij auctore JEHOVA altissimo accepit, ita Evam in Paradiso alloquente: Sub viri potestate eris, &
64 ipse dominabitur tibi. *Gen. cap. 3. v. 16.* Hinc cæteris † omnibus, atque adeò parentibus, posthabitis, uxor jubetur sequi maritum. *Genes. 2. v. 24. Matth. 19. v. 5. 1. Corinth. 11. v. 10. Ephes. 5. v. 22. Coloss. 3. v. 18.*

Nec tantum est juris divini illa potestas mariti erga
65 uxorem, sed & † naturalis. *C. cùm caput. 33. §. 5. c. est ordo. 33. q. 5.*
66 De jure † civili constitutum est, ut filiafamilias, nisi à Patre emancipata sit, nupta non transeat in potestatem ac manum mariti, atque adeò in patris sui familia, quæ potestati est consequens, permaneat. *l. Senatusconsultum. 1. §. 1. ff. de agnoscend. liber. l. ait Prætor. 1. & l. imò. 2. ff. de liber. exhibend. l. injuria. 1. §. ult. l. eum qui. 18. § 2. ff. de injur. l. soluto. 2. §. 1. l. quoties. 29. ff. solut. matrimon. l. nec inter. 4. d. l. si ut proponis. 5. C. de donat. inter vir. & uxor. l. si uxorem. 3. C. de condit. ob [illegible] Cyn. & Salicet.* Ad absurda tamen evitanda, quæ subjectâ mariti pote-
67 state, jus civile insequuntur, interpretes ei addiderunt † cautelas & exceptiones, maximè quo ad concubitum & operas, seu servitia obsequialia, quæ ad reverentiam debitam pertinent. *Accurs. in d. l. si uxorem. Bart. Imol. Castrens. & alij in l. rei judicatæ*
68 *15. ff. solut. matrim.* Quod tamen omni † jure extra controversiam est, quòd uxor marito suo in omnibus rebus honestis & licitis obedire teneatur. *Dn. Vult. ad §. 2. Instit. de pat. potest. nu. 3.*

& 4.

& 4. Joan. Bodin. l.1. de Republ. cap.3. num. 15. & l.2. cap. num. 15. iniquum ei videtur, & cum legibus naturæ pugnare, quòd legibus Romanis cautum est, filiamfamilias, nisi emancipata esset à Patre, etsi desertâ domo paternâ, mariti domicilium sequeretur, nihilominus in patris, non in mariti potestate futuram.

Sanè juri civili generali † omnium locorum consuetudine derogatum est, & filii filiæque per matrimonium sacris paternis eximuntur, & pro emancipatis habentur, prout testantur *Joh. Fab. Mansuerius & Vultejus d. num.3.* Ubi de consuetudine † Germaniæ nostræ idipsum refert. Unde nobis **Freyen** dicuntur, qui matrimonium ineunt, quòd à nexu sive vinculo potestatis patriæ liberentur. Et de eo, qui sibi jungit aliquam matrimonio, dici solet: **Er solle hinforter sein eigen Herr seyn vnd werden.** Et de potestate ista maritali, filiæque emancipatione apud Saxones, est *Constit.10. part.2.* **Landrecht.** *lib.3. & asserit Fachs. lib.1. differ. juris civil. & Saxon. differ.6. & 8 per art.45. Wesenbec. in paratit. de his qui sunt sui vel alien. jur. num.3. & de rit. nupt. num.6.* 69. 70.

De Galliæ † moribus attestantes habemus *Fab. in §.1. Instit. de senatusconsult. Tertyll. & §. 2. quod cum eo, quem in alien. potest. Mansuer. tit. de injur. §. item cum filia & tit. de dote. §. item de consuetudine Bodin d.l.* 71.

Apud † Pictavos hodie inter leges municipales id haberi assertor est *Tholozan. lib.11 Syntagm. jur. c.45. num.8.* 72.

Apud † Hispanos, Lusitanos & Burgundos, idem jus usu esse receptum referunt *Fernand. Vasquius in illustr. quæst. & Chassanaus de consuetudine Burgund.* 73.

Olim apud † Lacedæmonios lex fuit, ut in mariti potestate esset uxor, ne contempto marito ad patris domum rediret, *Plutarch. in Lacon.* Unde Lacœna rogata; an consentire vellet adultero concubitum petenti, respondit: cùm puella essem, didici parenti parêre; & hoc egi: mulier autem viro. Huic ergo, si justa roges, manifestum facias primùm, *idem ibidem,* 74.

dem. Maneat ergò uxor in manu & potestate mariti, & huic sit facultas, illam vel invitam in ordinem cogendi.

75. Potestas illa † mariti in uxorem usque adeo erat rigida & in humana, ut ad necem usque extenderetur, & marito uxorem certis de causis impunè interficere liceret.

Pristina potestas mariti in uxorē erat vitæ & necis.

Sed & prisca † Romuli lex tribus de causis speciatim expressis vitæ ac necis potestatem marito tribuebat: scilicet si vel ipsam in adulterio deprehendisset, vel partum supposuisset,

76. vel vinum bibisset. *Plutarch. in vita Rom. Dionys. Halicarnassæus lib. 2. antiq. Rom. Aul. Gell. lib. 10. Noct. Attic. cap. 23. Valer. Maxim. lib. 6. Plin. lib. 14. cap. 13.* ubi ait: Invenimus inter exempla, Egnatii Mecennij uxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam à marito, eumque cædis absolutum à Romulo. *Valerius Maximus lib. 2. cap. 1.* vocat Egnatium Metellum, additque; non accusatione tantùm, sed & reprehensione caruisse: imò optimo exemplo violatæ sobrietatis pœnas illam dedisse. & sanè, ait, quæcunque fœmina vini usum immoderatè appetit, omnibus & virtutibus januam claudit, & delictis aperit.

77. Hanc ob causam M. Cato propinquos fœminis † osculum dare voluit, ut scirent, an temetum olerent, hoc est, vinum, quod ità priscâ linguâ appellabatur. *Plinius & Gell.* qui refert, mulieres Romæ atque in Latio bibere solitas fuisse loricam, passum, murinam, & quæ id genus optarent, potu dulcia.

78. Vinum verò † gustare etiam apud alias gentes fœminis non licebat, ut de Italis in universum præter Gellium testatur *Athenæ. lib. 10. cap. 13. Arnob. 5. contra Gent.* commemorans; Fatuam à Fauno marito Latii rege virgis Myrteis ad mortem cæsam, quòd contra morem clam vini ollam ebibisset. De Milesiis *idem cap. 9. Bodin. num. 16.* De Massiliensibus *Ælian. lib. 2. var. histor. Cælius Rhodigin. lect. antiq. lib. 15. cap. 6. & Xenophon. in lib. de Spartana Republ.* prope, inquit, apud omnes gentes usitatum est, ut mulieres aut omninò vini expertes sint, aut eo quàm aquatissimo utantur; quem morem Sarracenis, fœminis pro lege

lege præscripsit Mahomet. in suo Alcarano. *Arnisæ. lib. 1. doctrin. Polit. cap. 3.*

Tribus causis Romuleis *Joh. Bodin. d. l.* addit & † quartam, si scilicet fœmina claves supposuisset. Nam *Fabius Pictor in suis annal.* refert, matronam, quòd loculos, in quibus erant claves cellæ vinariæ, resignasset, à suis inediâ mori coactam. Verùm id singularis exempli fuit in matrona illa, quia hausti vini suspectam se fecerat. *Herman. Kirchner. de Republic. disp. 1. aněl. 7. ad lit. a.* 79.

Ob adulterii † causam non solùm Romanis, sed etiam Græcis jus fuisse necandæ uxoris, tradit *Lysias in Orat. de Eratosthenis cæde.* 80.

De Gallis † antiquis inquit *Cæsar. lib. 6. de bell. Gall.* in uxores ac liberos æquè ac in servos vitæ jus ac necis habent: ac si quidem vel minimâ suspicione teneantur maritos necasse, quæstionibus à proximis torquentur, & sine ulla Magistratuum cognitione damnantur. 81.

Sed asperitas † & inhumanitas illa summa nunc exulare jussa est, & potestas mariti in uxorem limitata, ac certis cancellis circumsepta, ita ut modica uxoris castigatio marito jure tam divino, quàm consuetudine sit concedenda. Hinc maritus impunè non fert, si uxorem etiam in adulterio † deprehensam occiderit: Et licet ordinariâ legis Corneliæ de sicariis pœnâ non afficiatur, extraordinaria tamen pœna quædam, eaque mitior ipsi imponitur, ut patet *ex l. si adulterium. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult.* ibi Papinianus Jurisconsultus ita scribit: *Imperator Marcus Antoninus & Commodus filius rescripserunt: Si maritus uxorem in adulterio deprehensam, impetu tractus doloris interfecerit: non utiq; legis Corneliæ de sicariis pœnâ excipiet. Nam & Divus pius in hæc verba rescripsit Apollonio: Ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest; cùm sit difficilimum justum dolorem temperare. & quia plus fecerit, quàm quia vindicare se non debuerit, puniendus sit. Sufficiet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum* 82. 83.

eum tradi, si qui honestior, in insulam relegari. Huic parallela est *lex Gracchus. 4. C. eod. & l. 1. §. 5. ff. ad l. Cornel. de sicar. itemq. l. 3. §. 2. ff. ad Senatusconsult. Syllan.* Ex jure tamen *Novell.* 117.
84. *cap. 15. à pr.* Si quis uxoris castrati illudenti tres † contestationes ex scripto destinaverit, habentes testimonia trium virorum fide dignorum, & post has tres ex scripto contestationes invenerit eum convenientem suæ uxori, licentia conceditur marito propriis manibus ipsum adulterum perimendi. Acce-
85. dit, quod hodiè merum † imperium, & sic pœna capitalis, non nisi Magistratui iisque competat, quibus Princeps per delegationem specialem concessit, de quo in Palatiis Jurisconsultorum aguntur comitia.

Utrū correctio maritalis debeat esse verbalis an realis. Sententia negantiū.

86. De hoc verò valdè controvertitur: An castigatio † marito talis concedenda, quæ verbis tantum fiat, non etiam verberibus? Ubi alii in affirmantem, alii simpliciter in negantem abeunt sententiam, & potestatem maritalem ad verba tantùm restringunt, ut quantumvis immorigera, enormiter mala sit uxor, & graviter peccet, à verberibus tamen jubeant abstinere maritum, cum Censorio isto Catone, hoste alioqui mulierum, sacrilegium putantes, mulierem percutere. *Plutarch. in Cat. Cens.* Nec ejusmodi verbera ingenuis convenire, *ex l. 8. §. 2. C. de repud.* scribunt.

87. Deindè verum amorem † extingui asserunt, juxta illud Poetæ:

Offendit cœlū, sanctumq; is solvit amorem,
Uxorem sævâ qui ferit usq; manu.

odii & dissidii spargi semina, omnia rixis & contentionibus impleri: ipsasque mulieres ex eo non emendari, sed sæpè evadere multò deteriores: Elephantinum corium, ut Comicus loquitur, induêre, quotidianâ experientiâ id comprobante; ita ut uno spiritu malo excusso, septem alii nequiores in[illegible]diantur, & sic eam ob causam longè sæpenumerò consult[illegible] verbis, quam verberibus, blanditiis & maritalib[illegible] sermonibus, quam

quam pugnis & ictibus emendationem instituere. *Plutarch. in leg. connub.* Qua de re celebre *Bernhardi Sylvestri* dictum circumfertur *ex epist. ad Raymund. de re familiar.* Malam uxorem risu potiùs quàm baculo emendabis.

Tertio loco cogitandum, quod scriptum est: Nemo unquam carnem † suam odit. Et quis tam sui negligens, qui seipsum verberibus afficiat? At verò non alia est persona mariti, alia uxoris, sed una eademque utriusque esse intelligitur, cùm sint una caro, *Gen.2.v.23.24.Matth.19.v.5.*& uxor pars corporis mariti appelletur. *c.admonere.33.q.2.* 88.

Ortus † quoque primæ mulieris respiciendus, quam *Lombardus* 2. *dist.* 8. non ex pede desumptam ait, ut pedibus conculcari, sed ex costa de latere, ut intimo corde amari debeat. 89.

Hæc tamen sententia aliis non probatur, & metum † subesse putant, nimiâ istâ licentiâ imperium mulierum introductum iri, cùm contumaces sint mulierum animi. *Justin. lib.* 20.& ad dominandum proclives. *Euripid. in Oedip. vide Tiraquel. leg. connub. 2. num.* 1. quale imperium fœmineum experti sunt Themistocles & Socrates. *Plutarch. in Themist. Gell. lib.* 1. *cap.* 17. Hinc *Cato in Orat. pro L. Oppia* præcipit, ut frena demus indomito & impotenti animali, ne si par esse cœperit, continuò superius esse velit. Quòd si castigatione reali omninò mariti abstineant, quomodo poterunt conjugum plurimarum petulantiam coercere? *Arnisæ.lib.1.doctrin.polit.cap.3.fol.* 82. Hâc ratione sibi verbera ab uxoribus metuenda esse, scribit *Hostiensis in sum. de jurejur.* §.*quomodo verò*. Et indulgentiâ istâ toti sexui masculino maculam inurent. *Alex. volum.* 3. *consil.* & maritelli miserrimi meritò nuncupabuntur. *Bl. in l. curator. C. de interdict. matrim.* Alia quoque ratio petitur *ex Aristotel. lib.* 1. *Polit. cap.* 8. 90. Affirmantium.

Mariti in uxorem imperium respondet † civili, id est, magistratus imperio in cives. At sæpè magistratus etiam facto, non tantùm verbis cives corrigit. Ergo & uxorem 91.

ita castigare. His accedit judicium †

Nux: asinus, mulier, simili sunt lege ligata,
Hæc tria nil recti faciunt, si verbera cessent.

Nos sanè illos viros probare nec possumus nec debemus, qui
93. absque omni † causa, sub specie maritalis potestatis, vel animi, vel motus faciendi gratiâ in miseras irruunt mulierculas, omnem iram in ipsas evomunt, ut loquitur Comicus, mancipiorum instar tyrannicè & miserrimè tractant: putantes cum Caldero, comam fœminis ideò non esse amputandam, ut mariti haberent, quo eas traherent & ligarent. Tales crudeles,
94. imò crudelissimos esse fatemur: Similes † iis Medicis, qui levi morbo affectum membrum statim amputant, nec malum levioribus medicamentis priùs tollere conantur. Nihil sanè iniquius, nihil crudelius, nihil naturali juri & divinæ ordinationi infestius, quàm sine causa in carnem suam sævire, & tyrannum domi agere, docente Apostolo, qui maritos jubet uxoribus cohabitare secundùm scientiam, quasi infirmioribus vasculis. *1. Petr. 3. v. 7.*

95. Media. Quare ita statuimus: omnia † priùs humaniter esse tentanda, verbis & sermonibus maritalibus uxorem emendandam. Sic *Homerus 1. Iliad.* introducit Jovem ad minas usque, dum Juno uxor sibi obluctabatur, progredientem, adhuc tamen verberibus abstinentem: quasi admonere nos velit: omnia experiri priùs decere sapientem, quàm armis rem aggrediatur. *Dn. Arnisæ. d. cap. 3. fol. 84. doctrin. Polit.* Quòd si verò
96. monitiones † mariti nihil proficiant, & petulantia verbis retundi non possit, tum demum animadversioni & castigationi reali esse locum, leniori tamen ac moderatæ, pro delicti commissi ratione. Quam animadversionem, si non crudelis sit, tyrannica atque violenta, minimè iniquam esse judicant Jurisconsulti magni nominis. *Bartol. in l. jubemus. C. de repud. Panormitan. in c. & transmiss. de restit. spol. Alex. in l. ult. C. de lib. hom.*

bom. exhibend. Cæpol. in l. 1. §. *sed sciendum.num.* 96. *ff. de adil. edict. Herman. Vultej. l.* 1. *J.* R. *cap.* 16. *num.* 13. His accedunt *Antonin. Tessaurus in decis. Pedemont.* 130. *num.* 2. *&* 3. *Wurmser. in observ. Cameral. tit.* 47. *de injur. observ.* 21. qui verbera levia & ex causa permissa esse tradunt, ut maritus uxorem suam delinquentem leviter tantùm possit corrigere & verberare.

Quamvis alij ab † admonitione & pœna leniori ad severiorem progrediendum, & secundùm Hippocrati præceptum, extremo malo extremis occurrendum remedijs, & malo nodo malum quærendum esse cuneum existiment. Ut enim crudelem facit Medicum intemperans æger: ita maritum severiùs coercentem procax & malitiosa uxor. *Schönborn. lib.* 1. *Polit. cap.* 6. *Item.* 97.

Hoc à natura † quibusdam mulieribus insitum est, ut: 98.

Si benè quid facias, levior plumâ sit gratia,
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerant. Plaut.

& propterea canonino more latrent: flagrantes & minaces oculos habeant, labia quatiant, dentes comprimant. *Senec.* 1. *de ira cap* 1. his frena danda sunt: ne scilicet cum Xantippe ad ferociam degenerent, adeoque viris inequitare audeant. Nec tum, inquit *Arnis. d. l.* maritus uxori † facit injuriam, ut *Casus in Oecon. q.* 4. objicit, quando ergo peccantem suo imperio utitur: nec suo corpori infert vulnus, quando membrum mortuum, aut extremo vitio occupatum, non ulteriùs membrum est, sed ense rescindendum, ne pars sincera trahatur. 99.

Nec Chrysostomo † Doctores applaudunt, qui nullum esse tam magnum peccatum dicebat, quod maritum compellat ad verberandum uxorem; & esse summam injuriam, quasi 100.

mane

dem. Maneat ergò uxor in manu & potestate mariti, & huic sit facultas, illam vel invitam in ordinem cogendi.

Pristina potestas mariti in uxorē erat vitæ & necis.

75. Potestas illa † mariti in uxorem usque adeo erat rigida & in humana, ut ad necem usque extenderetur, & marito uxorem certis de causis impunè interficere liceret.

Sed & prisca † Romuli lex tribus de causis speciatim expressis vitæ ac necis potestatem marito tribuebat: scilicet si vel ipsam in adulterio deprehendisset, vel partum supposuisset,

76. vel vinum bibisset. *Plutarch. in vita Rom. Dionys. Halicarnassæus lib. 2. antiq. Rom. Aul. Gell. lib. 10. Noct. Attic. cap. 23. Valer. Maxim. lib. 6. Plin. lib. 14. cap. 13.* ubi ait: Invenimus inter exempla, Egnatii Mecennij uxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam à marito, eumque cædis absolutum à Romulo. *Valerius Maximus lib. 2. cap. 1.* vocat Egnatium Metellum, additque; non accusatione tantùm, sed & reprehensione caruisse: imò optimo exemplo violatæ sobrietatis pœnas illam dedisse. & sanè, ait, quæcunque fœmina vini usum immoderatè appetit, omnibus & virtutibus januam claudit, & delictis aperit.

77. Hanc ob causam M. Cato propinquos fœminis † osculum dare voluit, ut scirent, an temetum olerent, hoc est, vinum, quod ità priscâ linguâ appellabatur. *Plinius & Gell.* qui refert, mulieres Romæ atque in Latio bibere solitas fuisse loricam, passum, murinam, & quæ id genus optarent, potu dulcia.

78. Vinum verò † gustare etiam apud alias gentes fœminis non licebat, ut de Italis in universum præter Gellium testatur *Athenæ. lib. 10. cap. 13. Arnob. 5. contra Gent.* commemorans; Fatuam à Fauno marito Latii rege virgis Myrteis ad mortem cæsam, quòd contra morem clam vini ollam ebibisset. De Milesiis *idem cap. 9. Bodin. num. 16.* De Massiliensibus *Ælian. lib. 2. var. histor. Cælius Rhodigin. lect. antiq. lib. 15. cap. 6. & Xenophon. in lib. de Spartana Republ.* prope, inquit, apud omnes gentes usitatum est, ut mulieres aut omninò vini expertes sint, aut eo quàm aquatissimo utantur; quem morem Sarracenis, fœminis pro lege

lege præscripsit Mahomet. in suo Alcarano. *Arnisæ. lib. 1. doctrin. Polit. cap. 3.*

Tribus causis Romuleis *Joh. Bodin. d. l.* addit & † quartam, si scilicet fœmina claves supposuisset. Nam *Fabius Pictor in suis annal.* refert, matronam, quòd loculos, in quibus erant claves cellæ vinariæ, resignasset, à suis inediâ mori coactam. Verùm id singularis exempli fuit in matrona illa, quia hausti vini suspectam se fecerat. *Herman. Kirchner. de Republic. disp. 1. anct. 7. ad lit. a.* 79.

Ob adulterii † causam non solùm Romanis, sed etiam Græcis jus fuisse necandæ uxoris, tradit *Lysias in Orat. de Eratosthenis cæde.* 80.

De Gallis † antiquis inquit *Cæsar. lib. 6. de bell. Gall.* in uxores ac liberos æquè ac in servos vitæ jus ac necis habent: ac si quidem vel minimâ suspicione teneantur maritos necasse, quæstionibus à proximis torquentur, & sine ulla Magistratuum cognitione damnantur. 81.

Sed asperitas † & inhumanitas illa summa nunc exulare jussa est, & potestas mariti in uxorem limitata, ac certis cancellis circumsepta, ita ut modica uxoris castigatio marito jure tam divino, quàm consuetudine sit concedenda. Hinc maritus impunè non fert, si uxorem etiam in adulterio † deprehensam occiderit: Et licet ordinariâ legis Corneliæ de sicariis pœnâ non afficiatur, extraordinaria tamen pœna quædam, eaque mitior ipsi imponitur, ut patet *ex l. si adulterium. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult.* ibi Papinianus Jurisconsultus ita scribit: *Imperator Marcus Antonius & Commodus filius rescripserunt: Si maritus uxorem in adulterio deprehensam, impetu tractus doloris interfecerit: non utiq; legis Corneliæ de sicariis pœnâ excipiet. Nam & Divus pius in hæc verba rescripsit Apollonio: Ei, qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest; cùm sit difficilimum justum dolorem temperare. & quia plus fecerit, quàm quia vindicare se non debuerit, puniendus sit. Sufficiet igitur, si humilis loci sit, in opus perpetuum* 82. 83.

eum tradi, si qui honestior, in insulam relegari. Huic parallela est *lex Gracchus. 4. C. eod. & l. 1. §. 5. ff. ad l. Cornel. de sicar. itemq. l. 3. §. 2. ff. ad Senatusconsult. Syllan.* Ex jure tamen *Novell.* 117.
84. *cap.* 15. *à pr.* Si quis uxoris castitati illudenti tres † contestationes ex scripto destinaverit, habentes testimonia trium virorum fide dignorum, & post has tres ex scripto contestationes invenerit cum convenientem suæ uxori, licentia conceditur marito propriis manibus ipsum adulterum perimendi. Acce-
85. dit, quod hodiè merum † imperium, & sic pœna capitalis, non nisi Magistratui iisque competat, quibus Princeps per delegationem specialem concessit, de quo in Palatiis Jurisconsultorum aguntur comitia.

86. De hoc verò valdè controvertitur: An castigatio † mariti talis concedenda, quæ verbis tantum fiat, non etiam verberibus? Ubi alii in affirmantem, alii simpliciter in negantem abeunt sententiam, & potestatem maritalem ad verba tantùm restringunt, ut quantumvis immorigera, enormiter mala sit uxor, & graviter peccet, à verberibus tamen jubeant abstinere maritum, cum Censorio isto Catone, hoste alioqui mulierum, sacrilegium putantes, mulierem percutere. *Plutarch. in Cat. Cens.* Nec ejusmodi verbera ingenuis convenire, *ex l. 8. §. 2. C. de repud.* scribunt.

Utrū correctio maritalis debeat esse verbalis an realis.

Sententiā negantiū.

87. Deindè verum amorem † extingui asserunt, juxta illud Poetæ:

Offendit cœlū, sanctumq́ʒ is solvit amorem,
Uxorem sævâ qui ferit usqʒ manu.

odii & dissidii spargi semina, omnia rixis & contentionibus impleri: ipsasque mulieres ex eo non emendari; sed sæpè evadere multò deteriores: Elephantinum corium, ut Comicus loquitur, induêre, quotidianâ experientiâ id comprobante; ita ut uno spiritu malo excusso, septem alii nequiores ingrediantur, & sic eam ob causam longè sæpenumerò consultius sit verbis, quam verberibus, blanditiis & maritalibus sermonibus,

quam

quam pugnis & ictibus emendationem instituere. *Plutarch. in leg. connub.* Qua de re celebre *Bernhardi Sylvestri* dictum circumfertur *ex epist. ad Raymund. de re familiar.* Malam uxorem risu potiùs quàm baculo emendabis.

Tertio loco cogitandum, quod scriptum est: Nemo unquam carnem † suam odit. Et quis tam sui negligens, qui se- 88.
ipsum verberibus afficiat? At verò non alia est persona mariti, alia uxoris, sed una eademque utriusque esse intelligitur, cùm sint una caro, *Gen. 2. v. 23. 24. Matth. 19. v. 5.* & uxor pars corporis mariti appelletur. *c. admonere. 33. q. 2.*

Ortus † quoque primæ mulieris respiciendus, quam 89.
Lombardus 2. dist. 8. non ex pede desumptam ait, ut pedibus conculcari, sed ex costa de latere, ut intimo corde amari debeat.

Hæc tamen sententia aliis non probatur, & metum 90.
† subesse putant, nimiâ istâ licentiâ imperium mulierum intro- Affirmantium.
ductum iri, cùm contumaces sint mulierum animi. *Justin. lib. 20.* & ad dominandum proclives. *Euripid. in Oedip. vide Tiraquel. leg. connub. 2. num. 1.* quale imperium fœmineum experti sunt Themistocles & Socrates. *Plutarch. in Themist. Gell. lib. 1. cap. 17.* Hinc *Cato in Orat. pro L. Oppia* præcipit, ut frena demus indomito & impotenti animali, ne si par esse cœperit, continuò superius esse velit. Quòd si castigatione reali omninò mariti abstineant, quomodo poterunt conjugum plurimarum petulantiam coercere? *Arnisæ. lib. 1. doctrin. polit. cap. 3. fol. 82.* Hâc ratione sibi verbera ab uxoribus metuenda esse, scribit *Hostiensis in sum. de jurejur. §. quomodo verò.* Et indulgentiâ istâ toti sexui masculino maculam inurent. *Alex. volum. 3. consil.* & maritelli miserrimi meritò nuncupabuntur. *Bl. in l. curator. C. de interdict. matrim.* Alia quoque ratio petitur *ex Aristotel. lib. 1. Polit. cap. 8.*

Mariti in uxorem imperium respondet † civili, id est, 91.
magistratus imperio in cives. At sæpè magistratus etiam facto, non tantùm verbis cives corrigit. Ergo & uxorem

92. rem licet ita castigare. His accedit judicium † Poetæ:

Nux, asinus, mulier, simili sunt lege ligata,
Hæc tria nil recti faciunt, si verbera cessent.

Nos sanè illos viros probare nec possumus nec debemus, qui
93. absque omni † causa, sub specie maritalis potestatis, vel animi, vel motus faciendi gratiâ in miseras irruunt mulierculas, omnem iram in ipsas evomunt, ut loquitur Comicus, mancipiorum instar tyrannicè & miserrimè tractant: putantes cum Caldero, comam fœminis ideò non esse amputandam, ut mariti haberent, quo eas traherent & ligarent. Tales crudeles,
94. imò crudelissimos esse fatemur: Similes † iis Medicis, qui levi morbo affectum membrum statim amputant, nec malum levioribus medicamentis priùs tollere conantur. Nihil sanè iniquius, nihil crudelius, nihil naturali juri & divinæ ordinationi infestius, quàm sine causa in carnem suam sævire, & tyrannum domi agere, docente Apostolo, qui maritos jubet uxoribus cohabitare secundùm scientiam, quasi infirmioribus vasculis. *1.Petr.3. v.7.*

95. Media. Quare ita statuimus: omnia † priùs humaniter esse tentanda, verbis & sermonibus maritalibus uxorem emendandam. Sic *Homerus 1. Iliad.* introducit Jovem ad minas usque, dum Juno uxor sibi obluctabatur, progredientem, adhuc tamen verberibus abstinentem: quasi admonere nos velit: omnia experiri priùs decere sapientem, quàm armis rem aggrediatur. *Dn. Arnisæ. d. cap. 3. fol. 84. doctrin. Polit.* Quòd si verò
96. monitiones † mariti nihil proficiant, & petulantia verbis retundi non possit, tum demum animadversioni & castigationi reali esse locum, leniori tamen ac moderatæ, pro delicti commissi ratione. Quam animadversionem, si non crudelis sit, tyrannica atque violenta, minimè iniquam esse judicant Jurisconsulti magni nominis. *Bartol. in l. jubemus. C. de repud. Panormitan. in c. & transmiß. de restit. spol. Alex, in l. ult, C. de lib. hom.*

bon. exhibend. Cœpol. in l. 1. §. *sed sciendum.num.* 96. *ff. de ædil. edict. Herman. Vultej. l.* 1. *J.R. cap.* 16. *num.* 13. His accedunt *Antonin. Tessaurus in decis. Pedemont.* 130. *num.* 2. *&* 3. *Wurmser. in observ. Cameral. tit.* 47. *de injur. observ.* 21. qui verbera levia & ex causa permissa esse tradunt, ut maritus uxorem suam delinquentem leviter tantùm possit corrigere & verberare.

Quamvis alij ab † admonitione & pœna leniori ad severiorem progrediendum, & secundùm Hippocrati præceptum, extremo malo extremis occurrendum remedijs, & malo nodo malum quærendum esse cuneum existiment. Ut enim crudelem facit Medicum intemperans æger: ita maritum severiùs coercentem procax & malitiosa uxor. *Schönborn. lib.* 1. *Polit. cap.* 6. *Item.* 97.

Hoc à natura † quibusdam mulieribus insitum est, ut: 98.

Si benè quid facias, levior plumâ sit gratia,
Si quid peccatum est, plumbeas iras gerant. Plaut.

& propterea canonino more latrent: flagrantes & minaces oculos habeant, labia quatiant, dentes comprimant. *Senec.* 1. *de ira cap* 1. his frena danda sunt: ne scilicet cum Xantippe ad ferociam degenerent, adeoque viris inequitare audeant. Nec tum, inquit *Arnisæ. d. l.* maritus uxori † facit injuriam, ut *Casus in Oecon. q.* 4. objicit, quando ergo peccantem suo imperio utitur: nec suo corpori infert vulnus, quando membrum mortuum, aut extremo vitio occupatum, non ulteriùs membrum est, sed ense rescindendum, ne pars sincera trahatur. 99.

Nec Chrysostomo † Doctores applaudunt, qui nullum esse tam magnum peccatum dicebat, quod maritum compellat ad verberandum uxorem; & esse summam injuriam, quasi 100.

man-

mancipium tractare vitæ sociam, propter quam etiam parentes deserantur.

101. Sunt enim in jure civili † causæ, ob quas pro gravitate commissi fustes & flagella correctioni maritali permittuntur. *Novell.*118.*cap.*14. causam enim qui corrigendi habet, injuriosus non est *l.* 5. §. 1. *&* 3. *ff. ad l. Aquil.* Nec maritalia † verbera inju-

102. riam aut dolum illum præsumunt, nisi atrocitas & sævitia aliud ostendant, *l. 6. ad l. Aquil. Kirchner. in Republ. disp. 1. auct. 7. ad lit. a.* ubi refert *Naogeorgum in explanat. in epist. cap.* 51. reprehendentem, & quidem rectè ex mente Kirchneri, eos Magistratus, & fatuos appellantem, qui maritos in turres & carceres conjiciunt, si pulsaverint, castigârint uxores pro delicti modo modicè, (aliud ergo dicendum, si modum excedant.)

103. Utilis est & illa † doctrina *Schönborneri*, quam tradit *d. cap.* 6. si nihil proficient monitiones mariti & propinquorum, cognitionem sibi sumat aut Magistratus, aut loco illius Consistorium, litibus connubialibus, in plerisque Rebuspublicis, decidendis ordinatum: quemadmodum olim in Sacello Deæ viriplacæ redigebantur ad concordiam. *Valer. Max. lib.* 2. *cap.* 1.

104. Sanè felicissima † non modò domus, sed etiam Respublica judicanda esset, in qua (quod Romæ & in Italia per quingentos ferè annos, post urbem conditam contigit, *teste Gellio lib.* 4. *cap.* 3.) nullæ rei uxoriæ, neque actiones, neque cautiones existerent, in qua nullis fustibus & flagellis, nullis verberibus esset opus: sed laudabile excitaretur certamen mutui amoris & observationis conjugum. Concordiâ enim maritali nihil potest excogitari beatius, juxta illud *Horatij* 1. *Od.* 13.

Felices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis

Divul-

Divulsos querimoniis
Supremâ citiùs solvit amor die.

Cæterùm ratione illius poteſtatis maritalis & vinculi 105. matrimonij maritus uxori † communicat nomen, ſtatum, conditionem & dignitatem ſuam. *l. fœminæ. 8. ff. de Senator. l. ſi libertam. 28. l. mulieres. 13. C. de dignitat. Novell.* 105. *c.* 2. *Tiraquell. de leg. connub. leg.* 1. originem & patriam *Accurſ. Bartol. Angel. in l. cives. C. de incolis. Bald. conſil.* 139. *lib.* 5. familiam. *d. l.* 13. *l. quicunq. C. de re milit.* Hinc uxor † dicitur eſſe de familia mariti ſui, non patris. *§. fin. Inſtit. de patr. poteſt. & ibi Weſembec. Corne. conſil.* 41. *lib.* 1. & uxor ignobilis mariti dignitate nobilitatur: *Bartol. Caſtrenſ. in l. fin. de verb. ſignific. Guido Papæ deciſ. Delphinat.* 190. 349. 379. *Dionyſ. Gothofred. ad d. l.* 13. *de dignit. Vult. in Jurispr. Rom. fol.* 96. *Bodin. lib.* 1. *de Repub. cap.* 3. *num.* 29. fœmina verò nobilis ignobili nupta partam nobilitatem amittit. *Bart. in l.* 1. *C. de dignitat. Corn. conſil.* 55. *lib.* 1. *cõſil.* 26. *lib.* 4. *Gothofr. Vult. & Bodin. dd. ll.* Maritus quoque legitimè † 107. natus, uxorem illegitimè natam legitimam facit, ex mente Geilij *lib.* 2. *de pac. publ. cap.* 6. *num.* 22. *Vult. ibid.* Sequitur etiam uxor forum † & domicilium mariti *d. l.* 13. *de dignit. l. cum* 108. *quædam. ff. de jurisdict. l. exigere.* 65. *de judic. l. ult. §.* 3. *ad municipal. Octavian. Cacheran. deciſ.* 31. *Pedemont. num.* 14. *Vincent. de Franchis. deciſ. Neapol.* 363. *num.* 1. & tanta eſt conjugij arctitudo, ut maritum etiam † vagabundum, exulem & extorrem, 109. bannitum uxor ſequi teneatur: quia deportatione matrimonium non ſolvitur. *C. unaquæq.* 13. *q.* 2. *Beuſt. de matrimon. c.* 32. *Beza in tract. de divort. fol.* 230. *Danæ. lib.* 2. *cap.* 14. *Ethic Chriſt. Schönborn. lib.* 1. *Polit. cap.* 6. *Menoch. lib.* 2. *arbitr. judic. quæſt. caſ.* 469. *num.* 4. *& ſeq. Tiraquell. leg.* 1. *connub. num.* 39. *Geil. de pac. public. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 18. *Didac. Covarruv. part.* 2. *c.* 5. *Schneidewin. in Inſtit. de divort. num.* 47. idque omnes juris utriusque interpretes tradere affirmat *Bodin. num.* 19. quin eſt oraculum Ulpiani *in l.* 22. *§.* 7. *ff. ſolut. matrimon.* dicentis:

Splendor uxoris à marito tam quam à ſolo dependet.

106.

D Quid

Quid tam humanum est, quàm in fortuitis casibus mulieris maritum, & contra uxorem viri calamitatum esse participem.

110. Quod tamen ita limitant † Doctores, si tempore contracti matrimonii scivetit uxor, maritum talem esse: serò enim accusat mores mariti, quos nubendo comprobavit; si verò vxorem hoc latuerit, vix est, ut compelli debeat vagabundum sequi, eò præsertim casu, si malitiosè de loco ad locum circumcursitaverit, *Schönborn. d. l.* plura apud *Mausor. in tractat. de matrimon. Joach. Beust. de matrimon. cap. 35. Petr. Heig. part. 2. quæst. 14.*

111. Observandum hic, quòd mulier nupta & gaudens domicilio viri, non tamen desinat † suæ civitatis, suæque originis esse, maximè quoad favores & commoda, modò propterea non distrahatur à viri familia. *l. incolæ. 4. C. de municip. & originar. Gœdd. de verb. signif. ad l. 195. §. 7. num. 2. & Antonin. Tessaur. decis. 123. Pedemont. num. 1 & 14.* tradit, maritatam habere duo domicilia: unum originis, alterum habitationis: & illud retinere tantùm quoad sui commodum, hoc quoad omnia.

112. Privilegia autem illa & jura † retinet uxor etiam marito mortuo, quandiu vidua permanserit, & honestè vixerit: *l. cùm te. 10. C. de nupt. l. fin. de incol. d. l. mulieres. l. filij. 22. §. 1.*

113 *ff. de municip.* immunitates tamen & privilegia † personalia maritis ad vitam concessa non spectant ad viduas, *l. Archiatros. 8. C. de metat. Thoming. decis. 55. num. fin.* quamvis moribus

114. Saxonum † omni jure maritali, puta familiæ, dignitatum & domicilij viduæ cedant. Landrecht *lib. 3. art. 45. Fach. differ. 67. Wesenbec. in parat. de his, qui sunt sui vel alien. jur. num. 3. & de rit. nupt. num. 6.*

115. Quemadmodum autem uxor radiis mariti splendet: ita † nebulis ejus obfuscari creditur. *Jason. in l. divort. num. 11. ff. solut. matrimon. & l. ult. de verb. signif. Castrens. num. 3. ibidem.*

Habet maritalis potestas & hoc consequens, ut maritus

ture-

tutelam † patrocinium & defensionem uxori, contra vim & injuriam præstet. *l. 2. ff. de injur. §. patitur autem. Instit. eod.* 116.

Ex his omnibus patet, mulierem esse † sub potestate, 117. quando scilicet refertur ad virum: Aliàs enim † in liberos, in- 118. primis filias, ancillas, in familiæ administrationem imperium habet cum marito divisum: ita tamen ut adhuc subordinetur reverentiæ mariti. *Arnisæ. fol.* 84. Et hóc respectu regimen domesticum Aristocratiæ comparari, asserit *ex Aristot.*

Potestas patria.

Potestas patria † est jus, quod pater habet in liberos. 119.

Hæc quoque olim erat † inhumana & atrox, consistens 120. in jure vitæ ac necis in liberos, ut videre est *ex l. in suis. 11. ff. de lib. & posthum. l. fin. C. de patr. potest. Halicarnasseo lib. 2. Cicerone pro Cæcin. & Cæsaris loco supr. alleg.* Verùm & huic nuculentiæ posteà per Impp. est obex positus, ut *in l. 4. C. de patr. potest. & l. 5. ff. ad l. Pompejam de parricid.* Ubi ratio assignatur, quòd potestas patria debeat consistere in † pietate, non in a- 121. trocitate: & adeò quidem refrenata est illa dura potestas, ut gravissimâ parricidij pœnâ liberorum interfectores puniantur. *§. alia deinde lex. Inst. de public. judic. l. 1. ff. ad L. Pompei. de parricid. l. uni. C. de his qui parent. vel liber. occid.*

Ut ergo maritalis: ita & paterna potestas ad humanitatis † rationem est revocata, sic ut patri relicta sit non severa ni- 122. mis, sed moderata, decens, & ratione temperata filii castigatio ac correctio.

Quòd si graviùs † deliquerit filius, pater eum poterit 123. castigandum offerre judici sententiam dicturo. *l. si filius. 3. C. de patr. potest. & Melanch. in idea stud. polit. fol.* 19. Pater, ait, filium refractarium & immorigerum in carcerem conjiciendum curare, ad voluntatemque eum suam judici castigandum tradere poterit. *per d. l. 3. & Dd. in §. in potestate. Inst. de his qui sui vel alien. jur. sunt.* Et licet carceres † privati jure prohibiti 124. sint, sic ut qui contrà fecerit, læsæ majestatis notam incurrat, & ultimo supplicio afficiatur, *l. unic. C. de privat. carcer. inhibend.* si tamen pater filium inobedientem in certo quodam

conclavi claudat, pœnâ privati carceris non tenetur, quod id non ad custodiam, sed ad morum filij emendationem facit. *Cyn. in d. l. unic. C. de emend. propinq. & Bart. in l. ex facto. 35. in fin. ff. de hered. instit. Schneidw. super tit. Instit. de patr. potest. num. 24.*

Jus vitæ & necis in liberos, an restituendum patribus.

125. Jus tamen † vitæ ac necis in liberos patribus pernitioso exemplo ademptum, restitui oportere clamitat *Joan. Bodin. lib. 1. cap. 4. num. 22. & 28.* ubi clypeo legis divinæ se tueri, ex eáque duritiem istam deducere allaborat, allegans *c. 21. Deut. v. 18. & seq.* verba hæc sunt: Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audierit patris ac matris imperium, „ & coërcitus obedire contempserit. Apprehendent eum & ducent ad seniores civitatis illius, & ad portam judicij. Dicentque ad eos: Filius noster iste protervus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque convivijs. Lapidibus eum obruet populus universus, & morietur, ut auferatis malum de medio vestri, & universus Israël audiens pertimescat.

126. Sed aliud pes, aliud cythara. Hîc filius † inobediens & refractarius jubetur ad seniores civitatis duci, non autem privatim à parentibus è medio tolli, de quo ne litera quidem habetur. Et hoc etiam præcipiunt jura civilia, ut pater filium immorigerum judici tradat custodiendum. Qui ergo ipse judicis partes sustinebit? qui ipse filio violentas manus injiciet? Invertitur ergo argumentum.

Deinde tali innititur fulcro, *num. 27.* Tantus est paren-
127. tum † ergà liberos amor, tanta pietas; & nihil in liberis turpiter, nihil indecorè moliri, sed justè ac utiliter consilia pro liberis capere censeantur. *l. cùm furiosus. C. de curat. furios. l. ult. famil. ercisc. eod.* Itaque fraus omnis in negotijs liberorum semper à parentum voluntate abesse judicatur. *l. si verò. § pen. de adopt. l. non solùm. §. de uno, de ritu nupt.* Quin etiam jura omnia divina & humana violare non dubitant, ut liberos opibus & honoribus cumulare possint. *[illegible] illic.*

128. Respondeo. Etsi pater † filio suo quam optimè prospi-

cere

cere velle jure præsumatur, & nullus affectus sit, qui paternum vincat, ut loquitur *Justinian. in d. l. fin. C. de curat. furiosi.* cùm ab ipsa natura illa benevolentia patris erga filium sit impressa: historiæ tamen quandoque anomaliam quandam hac in re ostendunt & depingunt. Quid enim illud est, ut alia omittam, quod de Lysimacho refert *Justin. lib.* 17. ipsum filium Agatoclem veneno necâsse? Quin imò parentes plerunque sine causa liberos suos exheredare, vel omittere, testis est Justinianus *in pr. tit. de inoff. test. in Instit. &c.* quo nomine actionem inofficiosi testamenti liberis concessit, quo rescisso ad hereditatem paternam admittantur.

Dominica seu herilis † sequitur potestas, quæ est dominorum in servos. 129. **Dominica potestas.**

130. Quondam durissima † servorum erat conditio, & in illos quoque domini habebant potestatem vitæ ac necis, poterantque pro libitu occidi. *l. 1. §. 1. qui sui vel alien. jur.* quin pecudibus æquiparantur *l. 2. ff. ad l. Aquil.* & pro nullis habentur, *l. 32. ff. de reg. jur.*

Quin hodie † in Africa catenis vincti ad instar equorum agros colere coguntur. *Bodin. lib. 1. cap. 5. num. 35.* & apud Lusitanos ad exemplum Mahometicum servorum greges veneunt publicè pecudum in morem. *Idem Bodin. num. 35.* 131.

Sed ista inhumanitas † plusquam nimia non est approbanda, sed ad longos usque Garamanthas releganda. Et rectè immodica licentia hujus potestatis vinculis legum ab Imperatore Justiniano est cōstricta, ut castigare quidem servos ob delicta dominis liceat, sed ita, ut nulla immanitas aut gravior sævitia in ea castigatione deprehenderetur. *§. in potestate itaq. Inst. de his, qui sui vel alien. jur. sunt.* 132.

Servi autem † dicuntur, qui ex constitutione jurisgentium contra naturam dominio alieno subjiciuntur. *§. servitus autem. 2. Inst. de jur. person.* 133.

Servi ex eo appellati † sunt, quòd Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt eò, quòd ab hostibus manu capiuntur. §. 134.

136. *servi 3. Instit. eod. l. 239. §. 1. de verb. signif.* Hodiè verò † captivi nequaquam fiunt servi, nisi quòd immanissimi Turcæ, Saraceni & Tartari etiamnum Christianos in bello captos æquali severitatis & servitutis jugo premunt. *Alciat. in l. hostes. ff. de verb. signific. Bart. in l. 24. de captiv. & postlim. revers. Alexand. Gua-*
137. *gnin. tom. 2. rer. Polonic.* sed obligantur † duntaxat ad certam quodammodo speciem Homagii seu fidelitatis, secundùm diversos gentis cujusque mores: aut λύτρον, quod Ransonem seu finantiam vocant, capienti solvere tenentur. *Nicol. Boër. decis. Burdegal. 178. num. 2. & 3. Jodoc. Dambouder. in prax. crimin. c. 82. num. 7. & 8.*

138. Servi aut † nascuntur, aut fiunt.

139. Nascuntur † ex ancillis nostris.

140. Fiunt † aut jure gentium, id est, ex captivitate: aut jure civili: cùm homo liber major viginti annis ad pretium participandum se venundari passus est. *d. §. 3. l. 5. §. 1. ff. de stat. homin.*

141. An servitus sit † à natura, ita ut naturâ servi fiant, controvertitur inter Aristotelem & Jureconsultos. Ille servum à natura esse asserit, in cujus castra transit *Casus lib. 1. Sphær. civit. cap. 3.* & alii interpretes, ubi alios ad imperium, alios autem ad obsequium esse natos disertè pronunciant. Justinianus verò servitutem naturæ contrariam esse respondet *in dict. §. servitus autem. 2. & l. 4. ff. de Justit. & Jur.*

An servitus sit à natura.

Interpretes juris Justinianei controversiam dirimunt
142. fœdere † distinctionis inter jus naturale & jus gentium. Quod ad jus naturale, seu jus gentium primarium attinet, sentiunt cum Imp. *in §. jus autem gentium. Instit. de jur. natur. gent. & civil.* eo jure omnes homines esse liberos. Et de hoc servitutem esse contrà naturam. Quoad jus gentium secundarium (quod propriè & in specie dicitur jus gentium, & usu exigente atque humanis necessitatibus constitutum est) secuti vesti-

vestigia Imperatoria *in d. §. jus autem* contendunt de eo bella esse orta, & captivitates secutas, quæ sunt juri naturali contrariæ. Explicationem tamen loci Aristotelici aliam affert *Meland. in idea stud. Polit. fol. 24.* Scilicet ipsum loqui de servitute animi non corporis, & alios ad imperium esse natos, alios ad obsequium. Rectissimè! Docet enim Aristot. alios ad † im- 143.
perandum esse natos, ut si sint industrii & solertes: alios ad † serviendum, ut si tardi, stupidi, &c. sic Asiatici & Moschovi- 144.
tæ magis ad servitutem inclinant, quàm aliæ gentes Europeæ, quæ sunt naturæ solertioris & liberioris. Ac proinde ab Interpretibus nonnullis Aristotelis distinguitur inter naturam universalem, & particularem, hujus vel istius gentis.

Germaniam † nostram veros servos nunquam habuis- 145.
se, testis est *Cornelius Tacitus de morib. Germanorum.* Apud cæteras † gentes omnes omnia servorum erant plenissima. *Herm.* 146.
Vult. ad d. §. servari autem. num. 5.

Vera tamen servitus hodiè inter † Christianos est sub- 147.
lata, anno CHRISTI M. CC. L. *Bodin. lib. 1. cap. 5. numer. 39.*

Supersunt tamen in locis nonnullis † Germaniæ etiam- 148.
num servitutis illius antiquæ quædam vestigia, cùm reperiantur quidam aliis strictiore jure devincti, ad servorum propiùs, quàm liberorum conditionem accedentes, qui cùm revera servi non sint, novo nomine homines proprii, Leibeigene Leute / oder zu alltäglichen Diensten gesessene Unterthane / appellantur. Quorum tamen omnium non est eadem ratio. Quibusdam enim in locis, ut in † Westphalia, deteriore jure 149.
habentur, cùm illi, quorum proprii sunt, ipsis defunctis succedant in semissem, & extra consortium propriorum hominum liberos suos elocare nequeant, nisi hoc ab illis, quorum utilitati parent, impetraverint. Atque hi si non ad libertorum, certè ad servorum conditionem accedunt quàm proximè. Alibi † sunt homines conditionis melioris, 150.
qui

qui haud secus, atque reliqui non proprij, liberrimam bonorum suorum habent administrationem: atque ut defuncti quodammodo videantur fuisse proprij, vivi tamen fuerunt liberi, id est, reipsâ liberi, verbotenus proprij. Quæ ipsorum libertas, etiam ipsis defunctis, ex eo satis apparet, quòd ex testamento & ab intestato successores habeant perinde atque illi, qui proprii non sunt, ut his verbis docet *Dn. Vult. d. l. num.* 6. Quare & *Dn. Gœdd. in tract. de contrah. stipulat. c.* 7. *conclus.* 6. *numer.* 76. Germaniæ ejusmodi † servos non propriè servos, sed
151. instar colonorum conditione suâ colentium & adscriptitiorum esse tradit. De propriis ejusmodi hominibus etiam quædam attingit *Andr. Geil. de pignorat. obs.* 7. *num.* 1. 2. & pleniùs *Husanus in tract. de hominibus proprijs.*

152. Apud Wandalos † in superiori Lusatia, rustici nobilibus suis corpore fortunisque toti sunt addicti, usque adeo, ut quoscunque labores illis gratis exantlare, agros colere, peregrè excurrere, fruges demetere, & omnia alia, quæ ad rem familiarem & Oeconomicam pertinent, negotia expedire teneantur, neque solum commutare patrium sine consensu voluntateque suorum nobilium audeant, ut refert *Meland. in idea sua, fol.* 27.

153. Eandem esse conditionem rusticorum apud † Russos, Lituanos, Polonos, & alios, quos hi *Kmethones* vocant, testatur *Dn. Arnisæus lib.* 1. *de Republ. c.* 3. *s.* 9. *num.* 2. *& seqq.* & eos omnes id commune habere dicit, quòd ita sint annexi ditioni domini, ut ipso invito sese emancipare, aut aliò conferre, vel ad municipia civitatum, vel ad capessenda sacerdotia, vel ad alium dominum non possint. *num.* 7. Et cùm non sint sui juris homines proprii, quòd nec sine consensu & voluntate domini matrimonium contrahere queant.

154. De † Russis refert *Sigismundus Baro in histor. Moscovit.* quòd sex dierum operas debeant dominis, septimum suis operis integrum habeant, quia semitarii illic ferias nullas observant.

155. Lituanorum † durissimam conditionem describit *Alexander*

xander Guagninus tom. 2. rer. Polonic. Nam ut quisque dominus famulorum catervâ stipatus, domum coloni alicujus ingreditur, impunè quidvis facere, res quascunque rapere, absumere: & colonum etiam verberibus crudeliter cædere potest. Nec colonis ad dominos suos sine muneribus aditus patet: & admissi ilicò ad officiales rejiciuntur, qui nisi donis mitigentur, nihil justè decernunt: & profectò in Lituania quodlibet judicis verbulum, aurum est. Præterea singulæ septimanæ in operas ita distribui solent, ut coloni quinque aut sex dies negotiis dominicis impendant, die verò lunæ res privatas curent: & sic plerunque diebus solis (nam ne festis quidem diebus sunt feriati) quodvis opus absolvant, arando, occando, runcando, pastinando, metendo, triturando: & id genus: adeoque si quis Roxolanum interrogaverit: *quare Dominico die laboras?* continuò is respondebit: *quia & Dominico concedere oportet.* ut post *Guaguin.* refert *Clariss. Dn. Lansius in consultat. de principatu inter Provincias Europæ, in Orat. contra Poloniam.* Ubi simul refert, quòd Nobiles non solùm in glebæ adscriptitios, quos *Kmethones* vocant, jus vitæ & necis passim usurpent. Et si quis ex istis fortè capitis damnatus fuerit, tum de seipso jubente domino, supplicium sumere, suisque manibus se suspendere, minis, loris & fustibus impellatur. *ex Sal. Neugeb. lib. 1. rer. Polonic. & Alexand. Guag. d. l.* Quæ dira consuetudo haud dubiè à Vitoldo Lituaniæ Duce originem traxisse dicitur *in prædict. orat.* cujus immanitatem & crudelitatem adeò provinciales extimuerunt, ut cùm dixisset aliquando duobus pluribusve: *Ite ocyus, ac laqueo vos appendite*: nemo imperium subterfugerit, auditusque nonnunquam sit, qui currens hortatus alios ingeminaverit: *Eamus quàm properanter, ne bilem Domini commoveamus. Æn. Sylv. in Com. Alphons. lib. 2. c. 19.*

Poloni † quoque Nobiles olim, dum iter faciebant, diripiebant villas rusticorum, & eorum sumptu proficiscebantur. Sed Casimirus I. illud correxit, Anno 1180. & Kmethonum possessiones tutas à vi domino. um reddidit: ex quo cœperunt bonis suis pro arbitrio, salvo jure domini, uti, & possessionem ad heredes transmittere. *lib. 1. stat. Polon. cap. 17. art. 3. Cromer. lib. 6 hist. Polon.* 156.

E Quin

157. Quin apud † Bohemos Ordines & Nobiles rusticos suos (Slavos, quos Klappen vocant) pro mancipiis habēt: nec in alterius territorium, vel occasione matrimonii se conferre eis integrū est, nisi impetratâ veniâ suorum Dominorum, & literis, dimissoriis (Weglaßbrieffen.) Sed & a l certos annos seu tempus Domini invicem eos locant, permutant & donant. Cujus rei exempla in Bohemia cognovi & observavi.

158. Dicebatur sup. genus definitionis constituere multitudinem *familiarum* (de quibus hactenus) *seu civium*. Cùm enim Reipublicæ nomen sanctum sit, ab ea exluduntur † latrones & pyratarum cœtus, quibus cum nulla contractuum fides, nulla juris societas est, ut scribit & sentit *Cic.l.3.offic.* (quoad contractus tamen contrarium est expressum in jure civili, quo prædoni & furi competit actio depositi & commodati, *l 64.ff.de judiciis.l.16.commodati.l.1.§.39.si prædo.& l.31.§.1.depositi.*) sed potiùs, ut Ciceronis verbis utar: scelerati tanquam genus pestiferum & impium, ex hominum communitate, exterminandi sunt. Etenim ut membra
159. † quædam amputantur, si sanguine & spiritu carere cœperunt, & exinde nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas & immanitas beluina à communi tanquam humanitate corporis segreganda est.

160. Removentur & † servi, utpote qui in jure civili pro nullis habentur. *Instit.de cap.dim.§.4.ff.eod.l.3.§.1.in fin.l.2.de jur.delib.l.22.& 32.de reg.jur.l.1.§.1. Unde cogn.*

161. Civem † definit *Arist.lib.3.Polit.c.1.* eum qui imperii suffra-
Civis quis. giorum, consiliique publici est particeps.

Hanc definitionem virgulâ censoriâ notat *Bodinus lib.1.*
162. *cap.6.n.48.* & civem ipse definit liberum † hominem, qui summæ potestatis imperio teneatur.

163. Verùm incidit in Scyllam, cupiens vitare charybdim. Nam hæc definitio est † latior suo definito, quia incolæ, peregrini, Judæi eâ ratione cives essent: quod jura omnium civitatum negant, & ipse *Bodin.l.1.c.6.num.47.* Deinde forma civis non in subjectione duntaxat, sed jure civium consistit.

164. Nec tamen minus fallit † definitio *Aristot.* Est n. illa angustior

ctior suo definito, & non explet naturam definiti: cùm ipse *Arist.*
teste lib.6.Top. in statu populari tantùm locum habeat: quæ tamen
ad eum non semper accômodari potest, ut ex *Plut. docet Bod. n.51.*
Rectiùs igitur *Plut.* à jure civium definit civem, qui † le- 165.
gibus & immunitatibus civitatis fruitur; quod ex ætate, sexu, sta-
tu & conditione cujusque metiendum venit: ut patritii quidem
jure patritiorum, plebeji jure plebejorum. Hic genus est adden-
dum, quod Bodinus dicit esse: *liber homo.* Id ipsum rejicit *Arnis.*
lib.1. doct. Polit. c.6. fol.126. duabus de causis. 1. quia libertas, licet sit
conditio necessaria, ad civis tamen essentiam non pertineat 2.
quòd civis, qui in relatione ponitur, per absolutum genus videlic.
hominem, definiri non possit. *per reg. secund. Antepr.* Proinde re-
ctiùs definiri scribit civem per aliud genus convenientius, ut civis
sit *socius.* Unde ipse *fol.127. à pr.* civem dicit esse † socium, qui cum 166.
sua familia in societate familiarum benè vivere intendit. Quòd
genus ad constituendum definitionem Logicam & accuratiorem Distributio civis.
magis facere & nos fatemur.

Civis vel est † propriè ita dictus, vel secundum Analogiam. 167.

Civis propriè † dictus, iterum est plenus, vel ex parte. 168.

Civis † plenus & omninò *Arist. & Danæ. lib.2. Pol. c.4. fol.98.* 169.
est membrũ seu pars civitatis, & cœtus hominũ alicujus, in quo ha
bet potestatẽ consultandi, judicandi, & magistratum gerendi, sive
ab eo cœtu seu civitate concessum, vel jure nascendi, vel consensu
suffragioq; reliquorũ illius civitatis civiũ. Ita civis plenus Athen. † 170.
dicebatur is, qui publicorũ judiciorũ, consiliorũ & magistratuũ in
civitate gerendorũ cum reliquis potestatẽ parẽ & æqualẽ habebat.

Plenus civis Rom. † erat, qui in civitate Rom. domicilium
censum, tribum & publicorum gerendorum potestatem habebat,
ita ut tria civem Rom. facerent. 1. domicilii largitio. 2. in tribũ de-
scriptio. 3. Honorum petitio *Sigon. l.1. de antiq. jur. civ. Rom. Althus.*
in Polit. c.5. Sed cùm ista democraticum statum magis spectent, &
civium alii munerum publicorum sint participes, alii expertes: ut
nec Romæ omnib aditus ad magistratus gerendos patebat: Nam
ante Canuleii & Icilii rogationes nullus ex plebe ad eosdẽ admis-
sus fuit. *Liv. lib.3.* & Solon in suâ Reipubl. infimæ classi civiũ portam
dignitatum claudebat. *Plut in ejus vita.*

172. Quare civis plenus absolutè † consideratus, & quatenus est subditus status monarchici, rectius à Danæo *lib. 2. Polit. Christ. cap. 4. & Keckerm. lib. 1. Polit. c. 15. fol. 208.* definitur, qui habet plenum & totum jus civitatis, quod apud nonnullos vocatur das grosse Bürgerrecht. Vel, qui in quaque civitate omnibus aliorum civium privilegiis utitur.

173. Et hoc jus † ex arbitrio, more, lege vel consuetudine cujusque civitatis, definiendum determinandumque esse putat *Besold. class. 1. disp. Polit. 11. th. 5.* idque jus civitatis plenum respicere ibidem scribit, qui dicunt, Venetiis solos esse cives Patritios: in Polonia solos Nobiles. *Keckerman. disput. pract. ult. quæst. pen. & ultim.*

174. Hebræus † civis plenus is demum fuit, qui ex semine Jacobi legitimo matrimonio natus ac circumcisus, jus & ingrediendi templi Salomonici, ut sacrificiis interesset, & publicorum honorum in Republ. Israelis adipiscendorum habuit, uti *ex Deuteron. 23. & Jos. 5.* colligitur, & refertur à *Lamberdo Danæo d. cap. 4. fol. 97.*

175. Plenus civis iterum est vel † originarius & naturalis, vel assumptus & ascriptus.

176. Naturalis † sive origine civis est eius civitatis, in qua natus est, sive ex utroque parente civis nascatur *l. municipem 1. §. 2. ff. ad municip.* vel saltem patre. *d. §. 2. Du. Vult. lib. 1. Jurisprudentiæ Ro-*
177. *manæ cap. 9. num. 1.* quia mulier † quandiu nupta est, incola eiusdẽ civitatis videtur, cuius maritus est, ut loquitur Papirius *in l. impe-*
178. *ratores. 38. §. 3. eodem titulo.* nisi fortè privilegio † aliquo materna origo censeatur, tunc enim maternæ originis erit municeps. Sic olim Iliensibus & Delphis, item Ponticis concessum fuit, ut qui matre Iliensi &c. nasceretur, illorum municeps esset. *d. §. 2.* idem etiam privilegium indultum Antiochenis Curialibus. *l. eos. 22.*
179. *C. de decur.* & plerisque in † locis etiamnum hodiè satis est ad civem constituendum matrem habere civem. *Bodin. num. 48.* talesque indigenæ Græcè αὐτόχθονες vocantur. Olim quidem A-
180. thenis † civem utroque parente cive nasci oportuit. *Plutarch. in*
181. *Themist.* Nam qui alterutro † tantùm parente natus esset, *nothus* seu

ſeu ſpurius appellabatur: qui nec optimo jure civis eſſe poterat, nec maximos in Republica Magiſtratus, quos *Archontes* vocabant, adipiſci. *Demoſth. contra Neæram.* Hinc etiam *Plutarch. in Themiſt. & Pericle* illegitimum † filium definit, qui ex cive ac peregrina cōceptus eſſet, etiamſi uxorem peregrinam, quantumvis nobilem, duxiſſet. Quò pertinet illud quod *Livius lib.* 43. ſcribit. Romanos coloniam conſcripſiſſe ex iis quatuor millibus hominum, quos Romani ex Hiſpanis mulieribus ſuſceperant: quia cives non erant. Sed poſteà obtinuit, ut civis eſſet, qui patre cive naſceretur. *d. l. 1. & l. 6.* 182.

Civis aſſcriptus † ſive receptione in civitatem eſt is, qui in civitatem & jus civium recipitur. *Vult. d. c. 9. num. 2.* vel etiam decennalis aut brevioris, aut longioris incolatus præſcriptione. *l. 1. 2. 7. C. de incol. Kirchner. d. l. ad lit. c.* 183.

In civitatibus † Germaniæ paſſim incolatus poſt annum acquiritur: neque permittit Magiſtratus, advenam diutiùs ibi commorari, ſi lapſo anno jura civium redimere nolit. *Geil. 2. obſerv. 35. num. 8.* 184.

Venetias † annos 14. incolere neceſſe eſt iis, qui jura civium plebejorum adipiſci velint: qui tamen ab imperiis omnibus & ſuffragiorum omni jure ſummoventur, ut cum *Bodin. lib. 1. c. 6.* docet *Greg. Schönborn. lib. 3. Polit. c. 34.* 185.

Circa † aſſcriptos & peregrinos in utramque partem diſputari ſolet. Utrùm expediat eos recipere, & jure civitatis donare? 186.

An peregrini in numerum civium recipiendi?

Nam primò: periculoſum † eſt, angues in ſinum, & peregrinos in urbem ſumere: ut illi calore recreati, mordent: ſic hi libertate donati, civitatem perdunt. inquit *Caſus lib. 5. Sphær. civit. cap. 3.* Qui verò ſic? Seditiones concitare ſolent, per quas tota ſæpiſſimè Regna, totæ civitates commutantur & evertuntur. Quicunque, ut habent verba *Ariſtotelis lib. 5. Polit. cap. 3.* inquilinos aut advenas recipiunt in civitatem, hi ferè omnes aut plurimi certè ſeditionibus jactantur. Cujus rei illuſtre præbet documentum in Achivis, qui cùm olim Sybarim Auguſtiſſimam civitatem una cum Troezeniis coluerunt, Troezenios poſteà, à quibus in civita- 187.

Rationes pro ſententia negante.

civitatem asscripti fuerant in civitatem, incredibili quâdam regnandi libidine accensi, majorique firmati numero è Sybari ejecerunt. Idem de Sybaritis affirmat, qui Thurios, à quibus humaniter fuerant suscepti, expulerunt. Advenæ Byzantii civibus insidias struxerunt, sed prælio superati ceciderunt. Syracusani in suam perniciem seditiosos hospites susceperunt. Et Samii Zancleos, Chalcidenses, Amphibolitas ejecerunt. Et licet sedibus suis indigenæ non ejicerentur à peregrinis, seditionibus tamen intestinis agitati leguntur, sicut Stockholmenses à Belgis, *Johan. Magn. Ola. lib. 21. Sueciæ.* & Budenses à Germanis. *Fulgos. lib. 9. cap. 7. Æn. Sylv. Dantes*, quòd novos iterum hospites Florentini adoptarent, exclamat: Hanc iterum fore causam discordiarum interitusque Reipubl. ut refert *Arnisæus lib. 1. doctrin. Polit. cap. 13.* Apponimus hîc testimonium *Budini lib. 4. de Republ. cap. 1. numer.* 383. dicentis: Grave periculum imminet, cùm peregrinis omnibus patet aditus in urbem: in qua sensim opes & incrementa accipiunt: & cum opibus ac potentiâ civibus pares esse cœperint, ab honoribus & imperiis se prohiberi graviter ferunt: quo fit ut si ab optimatibus injuriam acceperint, aut tributorum pondere gravati fuerint, ad vim & arma concurrant, ac dissidentes inter ipsos optimates de imperio dejiciant.

188. 2. Metus † subest, ne pro hospitibus recipiantur hostes & proditores, qui arcana Reipubl. pervestigent. Nec enim novum, homines simulatâ fidelitatis ac amicitiæ specie, tanquam glaucomate fascinari, & in exitium agi præcipites. Vin' exempla? En Zopyrum Persam, qui sub specie transfugæ ad Babylonios fugiens, & Dux belli constitutus, eos Domino suo Dario tradidit. *Herod. lib. 3.* Sic Amilcar Chartag. ex castris Alexandri M. omnes ejus conatus Chartaginensibus patefecit *Justin. lib. 21.* Sic Demaratus Laced. à Xerxe Persarum Rege receptus, consilia ejus in patriam perscripsit, *teste Justino lib 2.* Qua de causa Honorius & Arcadius Impp. *in l. 4. C. de commerc. & mercat.* edicto caverunt & vetuerunt, Persicos mercatores promiscuè nundinas exercere in Imperio Romano, ne arcana scrutentur.

189. 3. Accedit & corruptela † morum. Quælibet gens pro-
prios

prios suos mores & ceremonias habet. Periculum itaque subest, ne peregrini leges & mores suos secum inferant, iisque civium vitam inficiant. (Cœlum enim, non animum mutant, qui trans mare currunt.) Et ob morum dissimilitudinem contrariaque studia peregrinorum & civium, gravibus inter se factionibus sæpè laborant. Testatur id Londinum, Metropolis Angliæ. *Polyd. Virgil. lib. ult. hist. Anglic.* Loquitur Buda Ungarica. *Bonfin. decad. 3. rer. Ungaric. lib. 4.*

4. Et cum diversi † sint mores, diversaque vivendi ratio, quod mutuæ amicitiæ & benevolentiæ vinculum illos conglutinare poterit? pares siquidem cum paribus facilimè congregantur: nec vult natura, ut oves cum lupis, non vult pudicitia, ut cives cum peregrinis socientur. *Casus lib. 5. Polit. cap. 3.* 190.

5. Periculum subest, ne † peregrini civitatem exhauriant, & originariis civibus ansam præbeant concitandi tumultus, præsertim si illi commercia tractantes his lucrum quasi præripiant, quam ansam prætendebant Teutones, dum Sueones invadebant, cruciabant, enecabant, comburebant. *Johan. Mag. Ola. in histor. Goth.* sicut locustæ segeti sunt, ita sunt advenæ civitati; Nam ut illæ vastant & consumunt granum segetis, ita hi fructum civitatis vorant: quippè etsi rami sint ejusdem plantæ, à radice tamen non salutarem succum, sed venenum hauriunt, quo tandem infecta tota planta cadit. *Idem Cas. ibid.* quam rationem etjam urget *Jun. part. 2. quæst. Polit. 60.* inquiens: Quæ civitates sitæ sunt in locis vel per se infœcundis, vel quibus nihil extrinsecus invehi potest, eæ si valdè populosæ fiant, statim exhauriuntur ac fatiscunt, fitque in iis summa rerum omnium caritas ac inopia, quòd tantam hominum multitudinem velut onus nimium & impar ferre atque alere nequeant. 191.

6. Nec destituimur exemplis † florentissimarum olim Rerumpublicarum. Spartani exteros jure civitatis donare minimè voluerunt, ne in urbem irrepentes, simul introducerent divitiarum amorem ac studium, luxum, mollitiem, & vitia alia. *Xenoph. de Spart. Republ. Plut. in Lacon. institutis & vita Lycurgi.* 192.

Qui

Qui id ipsum de Atheniensibus testatum facit *in vita Periclis*. Commendatur Augustus Cæsar, quòd in jure Civitatis dando parcissimus extiterit, magnum existimans, sincerum atque ab omni colluvie peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum. Liviæ quoque uxori suæ pro quodam intercedenti respondit: Ferre sese faciliùs posse, ut paucitate civium fisco aliquid detrahatur, quàm multitudine Romanæ civitatis honos vulgetur. *Sueton. in ejus vita.* Beata Respublica judicanda non est, auctoritate *Isocratis in orat. de pace*, quæ ex promiscua hominum colluvie temerè cives multos colligit, sed quæ primas & antiquissimas familias maximè conservare studet. Et sanè indecorum † est, civitatem adeò vilem habere, ut dignius simul & in-
193. dignis prostituatur. Qua de causa *Cicero* 1. *Phil pp.* dicam scribit Cæsari, quòd non singulis hominibus, sed integris nationibus civitatem assignaverit. Et Augustus indignatus est Antonio, quòd Siculis civitatem vendiderit. *Senec. in Aug.* Nec parùm facere videtur ad stabilitatem Ducatus Moscoviæ & Regni Chinensium, quòd peregrinos omnes repellant. *Sigismundus Baro in hist. Moscovit.* Sed & Sinarum populi Hispanis aditum sub capitali pœna interdixerunt. *Orosf. lib.* 11.

194. Sunt tamen non quintæ classis auctores, qui ad jus † civitatis consequendæ aditum peregrinis minimè præcludunt. Quid enim *Plato*? Quid *Cicero*? Quid *Machiavellus* & alij? Quorum hic *in discurs. lib.* 1. prodidit, non posse † civitatem evadere ma-

Argumenta pro parte affirmante.

195. gnam, si suis tantùm contenta civibus, extraneos nullos recipiat, sicut in Lacedæmoniorum Republ. patet, quæ Peloponesum vix egressam est, propterea, quòd civitatem omnibus peregrinis clausit. Econtrà *Cic. pro Balbo* Romanæ Reipubl. incrementum accersit ab eo, quòd non tantùm exteros, sed & hostes civitate donarit. Quo factum, ut sexto illorum Rege Imperante, octoginta millia civium illinc habitarent qui ad ferenda bella apti essent. Antonius Imperator civitatem omnibus dedit, qui in orbe Romano vivunt. *l. in orbe.* 17. *ff. de stat. homin.* Quod privilegium confirmat & ampliat Justinianus. *Novell.* 78. *cap.* 5. Alij peregrinos admittunt ad suos cives erudiendos, sive ad finitimos debilitandos;

dos: sive ad opes & copias cogendas: sive ad immortalem gloriam, quam sese adepturos sperant, si oppida à se fundata civium multitudine ac rerum omnium abundantiâ reddant clariora. *Schönborn. lib. 3. Polit. cap. 35.* Quo pacto Alexander M. urbem ad ostia Nili exstructam, & de nomine suo vocatam Alexandriam, admittendo in eam peregrinos, populosissimam, florentissimam & mercibus ditissimam effecit. *Joseph. lib. 3. bell. Judaic.* Sic Romulus Romam. *Plutarch. in Rom.* Sic Theseus Athenas. *Plutarch. in Thes.* Sic Richardus Rex Angliæ Londinum brevi ampliavit, & multum ad imperii augmentum profuit, dum peregrinis decennium illic habitantibus jura civitatis concessit. *Polydor. Virgil. in ejus vita. & Cromerus lib. 12. rer. Polon.* fatetur, Casimirum M. Poloniam frequentiorem & cultiorem effecisse, quòd Teutonas eò cum jure suo induxerat. Et certè sine peregrinorum consortio & admissione nullum unquam emporium vel crevit, vel floruit. Mediterraneæ civitates, & eæ quæ vel ex agris, & opificiis tantùm vivunt, peregrinos excludere possunt: Hæ verò quarum vires universæ in mercatura sitæ sunt, peregrinos sine suo damno non excluserint. *Aristot. lib. 7. Polit. cap. 6.* Nec civitas ex uno hominum genere, aut homogeneâ societate semper coaluit, sed ex varia multitudine diversimodè ad benè vivendum collecta est: Cùm pauci nec benè nec tutò vivere possint.

Naturæ quoque† (quæ inter homines societates constituit mutuas, ut loquitur *Florent. in l. ut vim. 3. ff. de just. & jur.*) & humanitati, cujus in vita politica potissima semper ratio haberi debet, consentaneum videtur, ut peregrinis locus in civitate concedatur. Quid enim homini Christiano magis convenit, quàm proximum suum quibuscunque charitatis officiis prosequi, ejusque commoda omnibus promovere rationibus, atque nihil eorum prætermittere, quæ ad istum finem tendunt. *Meland. in idea studij Polit. fol.* 44. Sic Plato erga peregrinos humanitatem & comitatem exercere jubet. *lib. 12. de legib. & lib. 1.* addit rationem pulcherrimam, quòd peregrini amicis & cognatis sint orbati: ideoque Deum habeant ultorem, si quâ injuriâ afficiantur. 196.

197. Præterea Philoxeniam † seu hoſpitalitatem non ſolùm jus naturæ nos docet, ut ait *Ariſtot.* 8. *Ethic. cap.* 1. Sed & jus divinum nobis commendat, & ad imitandam proponit. *Gen.* 28. *&* 29. *Levit.* 19. *v.* 34. 35. *Deut.* 10. *v.* 19. *Rom.* 12. *v.* 13. *Heb.* 13. *v.* 2. Nec non Heſiodus in hoſpite religionem violari opinatur. Germani quoque fas non putabant, hoſpites violari, qui quaque de cauſa ad eos venerant, injuriâ prohibebant, ſanctosque habebant, iis domos patefaciebant, victumque communicabant. *Cæſ. lib. de bell. Gall.* Et hæc conſuetudo in Germania paſſim inolevit, & in hæc uſque tempora vigorem ſuum obtinet, ut in peregrinos privilegia & jura civitatum conferantur.

Et ſic aciem ab utraque parte paravimus, ſub cujus vexillis militandum cenſebimus? Duces hic ſequemur eos, qui mediâ adeoque tutiſſimâ ingrediuntur viâ, has cautelas & conditiones ponendo, quibus etiam contrariis argumentis poſſit ſatisfieri.

Sententia media.

198. **Prima eſt: Peregrinos non † promiſcuè, non quarumvis nationum colluviem recipiendam, nec omnimodo, ſed adhibitâ juſtâ diſcretione, deliberatione præcedente, & ſub quibusdam conditionibus.** *Non omnes,* dico, *indifferenter*, imitatione Venetorum, qui ad peregrinos accuratè attendunt, eosque in numerato ſemper & conſignato habent, quò facilior poſſit eſſe inquiſitio, ne civibus aut Reipubl. ſeditiosè officere poſſint. Et ſuprà ex Ariſtot. traditum à nobis eſt, inſulam copioſius in urbem peregrinitatem, eam ipſam planè ſæpiùs inundaſſe. Quod intelligendum de promiſcua peregrinorum colluvie, & tali, quam Magiſtratus prudentia non reſtringat, ac moderetur, ſicut ſeipſum declarat Philoſophus *lib.* 7. *Pol. c.* 6. ubi inquit: Si quid boni ex peregrinorum commixtione proveniat, civitatem id omninò & amplecti debere & percipere ubertim poſſe: ſin aliquid mali, facilè id per leges caveri poſſe, jubentes quos oporteat aut non oporteat.

199. Ergo non † recipiendi aut ferendi ii, quos aliæ Reſpublicæ ob juſtas cauſas ejecerunt, extorres reddiderunt: nec illi, qui ad otium & animi libidines illic vivunt, ac morum corruptelam

clan-

clanculum introducunt. Verùm si sint viri † boni, digni & pro- 200.
bati, si amicæ, sociæ & confœderatæ nationis, si præter meritu m
suum miseri, & pietatis, rei honestæ, aut religionis causâ solu m
vertere jussi, iis sanè non tantum hospitium, sed & jus civitatis
debemus. Ita Solon non tantùm non recepit, sed & ab urbe repelli voluit peregrinos, exceptis exulibus, *Plutarch. in Solon.* Athenienses in communionem civitatis receperunt Lysiam Thurium, & Pomp. Atticum. *Cornel. Nep. in Pomp.* sed non nisi ob magna merita, imò tanto cum delectu receperunt, ut ad civitatem peregrino communicandam 6000. civium vota quæsiverint, *teste Demosth. contra Eubulid.*

Idem suadet *Otho Melander in idea Polit. fol.* 45. ut scilicet non nisi vitæ † honestæ anteà actæ testimoniis maximè conspicui 201.
in civitatem accipiantur. Secundò, si accepti sint, etiam ad † ho- 202.
nores & publica munera admittantur. Quam posteriorem observationem tradit ex *Tholozano lib.* 4. *de Republ. cap.* 5. *numer.* 22.

Sed contraria mens est, *Aristotelis* 5. *Polit.* scribentis: Pe-
regrinos civibus † præferre, ad mensam vocare, Reipub. custodes 203.
efficere, tyrannorum esse, non regum, quorum custodia consistit è civibus. Cui correspondet Cyrus, dum Cambysem filium suum ita admonet *apud Xenoph.* 8. *Cyrop.* Si aliquos regni custodes tentes efficere, nunquam aliundè priùs incipe, quàm ab eo, qui eodem loco natus sit. *Henning. Arnisæ. lib.* 2. *doctrin. Polit. cap.* 5. *fol.* 148. *à pr.* ubi vult, ne Magistratus & officia Reipub. civibus præripiantur, & alienigenis communicentur. Semper enim cives ex hac causa indignantur. *Æmil.* 3. *de reb. gest. Franc. & lib.* 1. *cap.* 13. errare eos ait, qui jus peregrinorum ita interpretantur, quasi melius, quàm civium esse debeat, nisi de prolapsa Republica intelligant. Idem est judicium *Keckermanni lib.* 1. *Polit. cap.* 24. *fol.* 377. *cum seqq. & in curs. Philosoph. disp.* 33. *q.* 1. *fol.* 656. ubi inter alias hypotheses de peregrinis tenendas, & hanc ponit: Honores, Magistratus, insignia nobilitatis peregrinis non facilè sunt concedenda: &, etiamsi peregrinus domi suæ nobilis sit, tamen inter nobiles sub conditione Principis sine peculiari indulto recipi non

 debet.

debet. Hinc gradus quosdam juris constituendos esse, nec omnibus statim tandum jus primarium ac summum, scribit: imò
204. non facilè iis permittendum, ut prædia † & bona immobilia possideant: quia prædiorum possessio inter maxima Reipubl. commoda & jura numeratur. Sic Veneti peregrinos, quos in civitatem adoptârunt, à Republ. exclusêrunt, & in infimo gradu civium reliquerunt. *Janot. de Republ. Venet.* inprimis verò ea civibus reservanda sunt officia, quia cum lucro conjuncta sunt. *Aristotel. 5. Polit.*

205. Maneat ergò hoc, quòd Magistratus debeat majorem † semper habere curam ac rationem ipsorum originariorum ac insitorum, quàm assumptorum, cùm illi duplici vinculo, naturali nimirum & civili, cum Republica conglutinati sunt, quod de his affirmare Religio prohibet. At verò duæ rationes seu duo vincula ligant fortius uno, *ut in §. sed hodiè, & ibi gloß. Instit. de adopt. l. fin. C. de edict. Div. Hadriano toll. cum sim.* Hinc Joh. Vatadiensis Episcopus, regniq; Ungarici Cancellarius, cùm Præfecturas urbiū & provinciarum ad nòvos & incognitos deferri homines animadverteret: post annum, dixit, videbimus, bonane fuerit Regis electio. Quod si mihi fides fuerit, probatos ad hæc munera, quàm probandos potiùs assumam. *Æn. Sylv in com.*

206. Secunda conditio in admissione peregrinorum hæc est: si magna sit civium † penuria, ut necesse sit externa præsidia appetere. Hypothesis *Keckermanni* ita habet *dict. fol. 377.* jus civitatis peregrinis tum demum dandum est, cùm id manifesta Reipubl utilitas, amplificatio, cultura, & exornatio admittit & requirit: illis scilicet, qui evidenter possunt promovere salutem Reipubl. atque adeò talibus, qui singulari quâdam industriâ præditi, aut agrum & hortos colendo, aut ædificando aut opificia singulariter utilia exercendo, aut negotiationem augendo, queant Rempubl. ditare, excolere, ornare & amplificare. Hinc agricolis, hortulanis & opificibus faciliùs jus civitatis dandum esse ait, mercatoribus cum majori conditione & circumspectione.

207. Tertia conditio est, ut novelli cives ita concludantur, ne rebellandi occasionem inveniant, *Arnisæ. d. c. 5. fol. 573.* Quare è re

è re civitatis nonnullis esse videtur,ut hisce jure civitatis gaudentibus,certæ cohabitandi † proponantur conditiones, etiam quo- 208.
ad commercia, & id genus alia. Coërcendos peregrinos, & hac conditione in civitatem recipiendos monet idem *Keckerm.* ne quam peculiarem regiminis † formam inter se in Republ. habe- 209.
ant,aut jurisdictionem exerceant,novos mores introducant, aliis civibus præjudicent, sed receptis civium legibus vivant per omnia. Quare cavendum erit extraneis, ne quicquam in præjudicium † originariorum civium tentent,alioquin futurum,ut jure 210.
suo,quod precariò sunt assecuti,denuo priventur,suisque privilegiis indignos se reddant. Quod si verò originarii invidiæ † stimu- 211.
lis incitati,citra ullam rationem sufficientem, contra peregrinos insurgere volent,eosque inhumaniter & truculenter tractare, vel è Republ.exterminare in animum sibi inducant,eorum etiam audacia erit frenanda, privilegia & pacta jam confirmata illæsa servanda,ne juri gentium vis inferatur.

Deniq; nullâ ratione permittendum † peregrinis,ut quan- 212.
do libet, cumulatis in nostra Repub. opibus, aliò migrent, eamque vel belli, vel aliarum necessitatum tempore deserant. Iniquum est,cujus perceperis commoda, ejus nolle ferre incommoda,nec juvare,cùm necesse est,Remp.eam,cui bona tua omnia debeas,& quæ te instar matris benignè receptarit,sustentarit,defenderit. *Keckerm. dd. ll.*

Ad ea,quæ de jure hospitalitatis in medium fuère allata,responsio est in promptu.Aliud † siquidem est quempiam hospitio, 213.
aliud itidem civitate beare.Absit,ut hospitiorum fores peregrinis occludamus,quin potiùs in iis recipiendis liberalitatis &magnificentiæ lumen appareat. Sed non temerè exteris porta civitatis & dignitatis,judicii & imperii aperiatur: nec permittatur,ut eorum numerus&vires ultrà modũ crescât & de hac quęstione hactenus.

Ex † parte civis dicitur, qui vel in civitate habitans partia- 214.
le jus civitatis habet,vel alibi habitans, cum civitate confœderatus est,ita ut civis ex parte sit inquilinus, vel extraneus. *Keckerm.* vocat das kleine Bürgerrecht.

Civis ex parte inquilinus † est, qui saltem uno aliquo pleni 215.

civis jure, non autem omnibus privilegiis & juribus ejus Reipublicæ uti potest. Sic Proselyti apud Hebræos ex ea parte Hebræi cives erant, quatenus Synagogis interesse, pascha Domini manducare unà cum veris Hebræis poterant. *Exod.* 12. *v.* 48. in omnibus autem pares reliquis Hebræis minimè erant. *Danæus d. cap.* 4.

216. Civis partialis † extraneus, sive confœderatus est, qui jus civitatis ex fœdere in quibusdam est adeptus Sic hodiè ex mutuo fœdere communicatio civitatis, & amicitiæ fides est inter Genevenses & Bernates, ita ut qui ex fœderatis sociis suâ civitate desertâ, in aliam sociorum commigrare malit, eodem momento civis ac subditus fiat sociæ civitatis, sine cooptatione, rogatione, aut rescripto singulari. *Bodin. d. c.* 6. sic & illi, qui Torunii habitant, jus aliquod civitatis Dantisci habent, item qui Elbingæ: & contrà Dantiscani, jus quoddam civitatis habent Elbingæ & Torunii. *Keckerm. d. l.*

Ad hosce *Althus. cap.* 5. *Polit.* refert confœderatos illos cives, qui salvo jure majestatis, eosdem † habent amicos & hostes,
217. vel communia commercia: qui re moribus & legibus iisdem utuntur, & eosdem habent conventus, qui tamen cives omnium non sunt. Ita fit, ut Helvetii confœderati sint, non cives inter se, qui non omnia æqualiter communicent.

218. Civis per † analogiam & impropriè dictus est vel honorarius, vel forensis.

219. Honorarius † dicitur, cùm honoris & meriti ergò peregrinis, Regibus & Principibus civitas datur titulotenus, nudo honorum & suffragiorum jure, absque omni subjectione, domicilio & necessariis muneribus. Quo jure donati Franciæ Reges ab Helvetiis. *Bodin. lib.* 1. *de Repub. cap.* 6. *num.* 55. *Cominæ. lib.* 6. Sic Rex Persarum Artaxerxes Pelopidarum genti jura civitatis dedit. *Plutarch. in Pelopida.*

220. Forensis † est advena, qui aliunde advenit, mox discessurus, & foro, nundinis, commerciorum jure uti potest, secundùm leges & mores civitatis, in qua agit. *Althus. d. c.* 5. ut enim incola incolatus sui Magistratui parere tenetur. *l. incolæ.* 29. *ff. ad munici-*

cip. l. 3. ff. de munerib. ita & peregrinus jure commorationis Reipubl. in qua versatur, aliquo modo subjicitur, dum statutis & legibus in peregrinos latis parêre tenetur. *l. 4. C. de commerc.* multoque magis si foro & commerciis utatur. *Herm. Kirchner. in disp. de Republ. 7. th. 1. ad lit. b.* ubi refutat *Bodinum l. 1. c. 6. num. 61.* dissentientem, & proprium civis à peregrino discrimen asserentem; quòd alter imperio, & civili potestate obligetur, alter principis alieni jussa respuere possit.

Duplex † tamen forensium civium est conditio: liberior & adstrictior. 221.

Liberior † persona est Nobilis, studiosus, miles. 222.

Astrictiorum † loco censentur mercatores, opifices, artifices, & similes qui commorandi & negotia sua tractandi, domicilii autem constituendi in civitate voluntatem non habent. *Althus. d. c. 5.* 223.

Præterea veri cives alii † sunt eminentioris conditionis, aut inferioris. 224.

Eminentioris † conditionis sunt Nobiles, Doctores, vel aliàs officii ratione in dignitate aliqua constituti. 225.

Nobilitatis nomen generalissimè † complectitur, omnes ordines & dignitates, magistratuumque munera, quæ tum suapte naturâ nobilia, tum nobilibus & illustrioribus viris competunt. *Kirchner. de Republ. disput. 12. th. 1. ad lit. b.* Unde *nobilitas officij* est, quæ in muneris, quo quis fungitur, dignitate consistit. *Timpler. lib. 1. Polit. cap. 1. q. 7.* Sic Imperator ipse Nobilissimus appellatur. *l. 3. ff. de natal. restit.* & Marchionem Misnensem Nobilis viri titulo insignivit Innocentius III. *c. constit. de test. & attest.* eumque stylum curia Pontificia hodiè in inscriptionibus & titulis tum Electorum, tum Ducum, & aliorum Principum retinet, ut refert *Kirchner. d. l. Munster. lib. 3. Cosmograph. cap. 20.* Wie die Fürstenthumb bey den alten Deutschen auffgericht. Sic Anno 1561. cùm conventus Principum August. Confess. Naoburgi ad ripam Salæ celebraretur: Pontificum Legati singulis Principibus exhibuerunt Brevia seu literas Pontificis, cum hac inscriptione: Dilecto filio, Nobili viro N. Duci N. quæ omnes non resignatæ in 226.

hospi-

hospitium Pontificiorum remissæ sunt. *Chytra. in Saxon. lib.* 20. *fol.* 525. nec immeritò. Ut enim in veteri Rom. Republ. quatuor
227. † fuere ordines dignitatum; Maximi, ut superillustres: Magni, ut illustres: Medii, ut spectabiles: Minimi, ut clarissimi. *l. 2. & tot. tit. C. ut dignit. ordin. servet. l. 3. Ubi senat. vel clariß. & tot. tit. de dignit. l. 12. & 14. de munerib. Novell. 23. c. 1. 2. 3. 4. gloß. in proœm. Instit. ad §. cumq; hoc. 3. verb. illustribus.* Ita sublatis & antiquatis titulis & juribus illis, novisque ordinibus institutis, qui vo-
228. cantur Stände des Reichs/hodiè specialibus † titulis & nominibus Serenissimi, Illustrissimi, Illustres, Generosi, à nobilibus privatis discernuntur. *Kirchner d. l.* quem ordinem interturbare, sacrilegii instar haberi, rescribitur *in l. 1. d. tit. ut dignit. ord. serv.*

229. Interdum capitur pro † eminentia, excellentia & claritate quadam: sive pro animi & corporis temperie, quâ homines singulariter propendent ad virtutes magnas, præsertim bellicas. *Timpler. d. l. Keckerman. in præcognit. Ethic. fol.* 39. In hac significatione eam accipit Socrates, cùm interrogatus, quid sit nobilitas, respondit: illam esse εὐκρασίαν ψυχῆς καὶ σώματος, hoc est, bonam temperiem animi & corporis: seu, excellentiam hominis, quam habet ob indolis bonitatem naturalem, ortam ex bona temperie corporis & animi.

230. Idcirco etiam nobilis † dicitur, quasi noscibilis, quòd propter eminentiam & excellentiam illam, quam habet, præ aliis faciliùs ab omnibus cognoscatur. *Timpler. d. l. Tiraquell. de nobil. cap. 2. nu. 1 Tholozan. de Repub. lib. 4 c. 2. nu. 8. Sinibaldus Ubaldus Jureconsultus in axiom. de nobil. 8.*

231. Et hæc nobilitas *naturalis* † indigitatur *à Timpler. & Piccolomineo grad. 8. Philosoph. moral. c. 16.*

Nobilitas naturalis.

Nobilitas specialiùs † dicta consistit *in virtute*, (non ta-
232. men quavis, sed excellenti, illustri, & Reipublicæ & vitæ communi admodum utili) *aut scientiarum abditarum ac præstantissimarum cognitione, aut utraq; virtute nimirum & scientia*, ut tradit *Meland. in idea stud. Polit. fol. 47. & Bodin. lib. 3 de Repub. cap. 8. num.* 354. veram, inquit, nobilitatem virtute metiamur: cùm ea sit non modò Philosophorum ac Theologorum, verùm etiam

Virtutis & scientiæ.

Poeta-

Poetarum, Historicorum ac Jureconsultorum penè omnium consentiens opinio, qui negant, ullum sine honestate nobilitati locum relinqui: ac duobus propositis, generis, inquam, splendore ac virtute, superiorem ac dignitate priorem virtuti locum esse oportere decreverunt, seu de imperiis & honoribus, seu de testium gravitate ac pondere quæratur. Concordat *Æn. Sylvius de orig. gent. Bohemorum*, dicens:

Veram nobilitatem sola atq; unica virtus gignit.

Sic Democritus interrogatus, in quibus consistat nobilitas? respondit: pecudum quidem in valido corporis habitu: hominum in bonitate morum. *Stobæ. Serm.* 84. De hac etiam nobilitate loquitur *Euripides in Alexandro*, cùm ait:

οὐκ ἐστὶν ἐν κακοῖσιν εὐγένεια παρ' ἀγαθοῖσιν ἡ ἀνδρῶν γνήσιος:

Nulla nobilitas inter malos est, sed inter bonos tantùm viros.

Et in Dictye;

Bonus vir mihi nobilis videtur:
Qui verò justus non est, licet à patre meliore
Quam Jupiter genus ducat, ignobilis mihi videtur.

De ea etiam intelligitur *Ausonius* scribens:

Pulchrius multo parari, quàm creari nobilem.

Quibus ergo non est virtutis † præstantia, generis claritas 233. potiùs dedecori & ignobilitati est, quàm laudi & gloriæ, neque ampliùs ea claritas prodesse potest, quàm ut non possint latere, si velint, & sint fabula vulgi, dum degenerant, cùm satius esset latere, quam

re, quàm ita misericordiæ vel reprehensioni patere. Turpitudo objectu lucis insignior fit atque conspectior, & nisi quis eam caveat, in tenebris natum esse & vivere melius foret. Tempore nobilitas incipit, tempore desinit, virtute claret, vitio sepelitur. *Tholozan. d. c. 2. num. 9.* sic & *Ubald. de nobil. axiom. 40.* omissis virtutum studiis, ait, nobilitatis nomen potiùs fumosas imagines, quàm verum decus ac ornamentum habet. Et in gloriabundos jactabundosque, majorum tantùm crepantes imagines, propriâ interim virtute carentes, quadrat istud *Juvenal. Sat. 8.*

Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri, pictosq; ostendere vultus
Majorum & stantes in curribus Æmylianos:
Quis fructus generis tabulâ jactare capaci
Famosos equitum cum Dictatore Magistros.
Si coram Lepidis malè vivitur?

Rursus:

Tota licet veteres exornent undiq; ceræ
Atria, nobilitas sola est atq; unica virtus.

Accedit & istud *Poëta*:

Nam genus & proavos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto.

Itemque *Ovid. ad Pison.*

---- ---- perit omnis in illo
Gentis honos, cujus laus est in origine sola.

Atque

Atque hinc disputat *Timpler. lib.* 1. *c.* 5. *q.* 11. posse quem politicè † esse nobilem, moraliter verò ignobilem: & contrà, no- 234.
bilem moraliter, ignobilem politicè. Ac quamvis *Hippolyt. à Col-lib. de Nobile, theorem.* 59. propter egregias aliquas virtutes quempiam non nobilem asserat, sed veræ nobilitatis † principium in eo 235.
constituat: aliique naturalem & moralem, nisi civilis accedat, per se non veram nobilitatem agnoscant: homo tamen novus, qui famam virtutis, nobilitatisque nomen legitimè † acquisivit, 236.
nobili quidem generes, sed ignavo præferendus videtur post alios, *Christoph. Besoldo class.* 1. *disp. Polit.* 11. *th.* 57. *ex Salustio.* Nam si venatores non id quod generoso cane natum, sed canem generosum: item, si rei equestri dediti, non quod equo generoso prognatum, sed equum talem requirunt, multo magis in negotiis præficiendis id observandùm erit. Hæc de nobilitate circa virtutem, quæ *moralis* à Piccol. & Timplero vocatur.

Scientias † præstantissimas qui fuère assecuti, disertè *nobi-* 237.
lissimi vocantur *in l.* 7. *C. de postuland. & l.* 4. §. 1. *ff. de excus.* Ulpianus *nobilissimus* dicitur: (quamvis id speciale in Ulpiano esse videatur) nec non *Cassiodor. lib.* 9. *epist.* 7. ex obscuro, ait, nobilem efficit doctrina.

Hæc nobilitas, quæ est scientiæ, & gradibus Academicis cōfertur, *personalis* † appellatur à Kirchnero, eoq; majorē ejus dicit 238.
esse dignitatem, quò ullius ex tertia & secunda stirpe descendat.

A Besoldo th. 64. vocatur † *temporaria*, quia ad heredes non 239.
transit, & ita nobiles esse inquit Comites Palatinos, & qui olim honore gaudebant patritiatus.

Inque hac nobilitatis specie Doctorum † Juris meliorem 240.
esse, quàm Medicorum conditionem, *th. seq.* notat *ex Antonio Fabro lib.* 9. *Cod. tit.* 28. *definit.* 9.

Non tamen sapientiæ Philosophiæque † speculativæ stu- 241.
dio deditos, cœtus hominum relinquētes, & otium persequentes, nobilibus accenset cum *Hippolyto à Collib. de Nobil. theorem.* 13. & *Matthia Stephano de nobilit. polit.* cùm civilis † res sit nobilitas, & 242.
tantùm disciplinis civilibus, togatâ nimirum, vel militari, eam quis consequi possit, *th.* 66.

G 2 Nobi-

243. Nobilitas specialissimè, † quæ *civilis & politica* vulgo dicitur, estque *sanguinis & hereditaria*, sumitur pro dignitate, sive serie dignitatis propagata à certis majoribus ad posteros. *Keck. d. fol.c.39..n fin.& seq. à pr.*

Civilis & politica, quæ est generis & sanguinis.

244. Hæc igitur est à † fortuna, genere scilicet, vel lege, vel concessione principis.

245. Unde *Timplero dict. q.* II. nobilitas est vel † vetus, vel nova.

246. Vetus † ei dicitur, quam quis à suis parentibus & majoribus accepit.

247. Nova † quam quis per se ipsum benefico principis sortitus est.

248. Sunt ergo Nobiles, † quorum familiæ natalium splendor, imaginum & gentilitatis, à principe, vel lege, vel consuetudine, ob virtutes, Reipubl. & vitæ communi salutares & commodas, scientiam videlicet, vel res præclarè gestas est collatus, ut describit **Ubald. axiom. de nobil.** 10.

Dicitur *ob virtutes & res præclarè gestas* nobilitatis insi-
249. gnia esse impetranda & concedenda: non ergo ex mera † gratia principis, absque ulla probabili causa, nulla virtutis aut rerum gestarum habitâ ratione.

250. Quamvis enim obviare † divinis beneficiis, sacrilegii instar sit, ut rescripserunt Impp. Valentin. Theodos. & Arcad. *in l. 5. C. de divers. rescript.* itemque disputare de potestate principis. *l.* 3. *C. de crim. sacrileg.* id tunc locum habet ex sententia Interpretum, si quis, rebus † gestis id promeruerit, atque ita veritas subsistit, *arg. l. 7. C. d. tit. de divers. rescript. & tot. tit. si quis contra jus vel util. public.* Nobilitatis quidem privilegia conferre princeps potest, hoc in ejus arbitrio situm, sed nobilem facere æquè grave est principi solo beneficio, ex ignobili, quàm ex stulto sapientem. *Hippol. à Collib. de Nob. th.* 12. *Obrecht. de Regal. tit. 4. th.* 110.

251. Multo ergò magis erit sordidum, pecuniâ † nobilitatem emercari, quod in Gallia factum esse, sed posteà sublatum & rescissum scribit *Bodin. lib. 3. Repub. c* 8. *num.* 356. his verbis: ***Cùm Reges nostri bellis urgentibus, ac premente ærarij inopiâ, nobilitatis jura pro-***

promercalia fecissent, ac pleriq; vitæ turpitudine infames, pecuniarum vi nobilitarentur: princeps lege latâ declaravit, neminem propterea nobilem judicandum, quo minus ordine ac muneribus ignobilium censeretur. Quid enim absurdius & pernitiosius, quàm dignitatem quæstu, ordinem pecuniis, nobilitatem opibus metiri? cùm sæpiùs aut furtis ac rapinis, aut tyrannorum effusâ in deterrimum quemq; largitione, aut casu quodam (tametsi nihil casu fit) ac fortunæ temeritate, unde fortunas dici putant, dentur & eripiantur. Sic ille.

Cæterùm privilegium nobilitatis summus princeps confert vel † mediatè, vel immediatè. 252. Collatio nobilitatis mediata vel immediata.

Immediatè † & in propria persona, quando per solennem actum adhibitis ritibus, vel etiam uno verbo, *Kirchner. de Republ. disp. 2. act. 5.* aliquem nobilem esse jubet, & salutat: aut solenni rescripto & diplomate talem pronunciat, qui mos † nobilitandi tempore Zenonis jam in usu fuit. *Lagus in method. jur. civil. part. 2. arg. l. quoties. §. viros. C. ubi senat. vel clariss. Eguin. Baro in tract. de Nobilit. lib. 3. c. 2.* 253.

Mediatè † nobilitatis jura confert per illos, quibus singulari munificentiâ talia nobilitandi privilegia concessit. Sic hodiè Comites Palatini (des H. Röm. Reichs Hoffgraven) quibus specialiter id indultum (nobilitandi enim jus ipsis non competit, nisi specialiter in diplomate concessum. *Auctor disp. de jure principatus. conclus. 85. lit. f. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num. 104.*) nomine Imperatoris solent insignia nobilitatis conferre. *Tob. Paurmeist. lib. 2. de Jurisd. Imp. Rom. c. 11. n. 19.* 254.

Hocque privilegio etiam gaudent Archiduces † Austriæ, quibus inter alia privilegia hoc specialiter concessum, ut non tantùm Nobiles, verùm etiam Comites & Barones creare, iisque insignia dare possint. *Sixtin. d. c. 4. num. 35. Munster. lib. 3. Cosmograph. in description. Germaniæ. Rutger. Ruland. de commiss. cap. 3. num. 23.* 255. Nobilitas juxta instituta civitatum æstimanda.

Præterea nomen & dignitas nobilitatis secundùm † mores & instituta cujusque civitatis & gentis habetur. Sic apud † Græcos nobilitas aut à stirpe Regum, aut Heroum, puta Heraclida- 256. 257.

rum, Æacidarum, Cecropidarum, & aliorum id genus ducebatur. *Bodin. num.* 352.

258. *Et num.* 353. *ex Josepho* refert, quòd apud † Hebræos illustrium ac nobilium virorum duo genera fuerint: alterum ab Aaronis stirpe, qui soli Sacerdotes erant: alterum à stirpe Regum, Cùm enim, inquit, gens illa summam bonorum omnium in religionibus ac divini numinis cultu collocaret, ita Sacerdotes, qui proximè ad immortalis Dei numen accederent, nobilissimos omnium judicabat.

259. Apud † Romanos nobilis dici meruit, qui primus in sua gente magistratum civilem adipisceretur, ac statuæ sibi erigendæ jus haberet. *Calvin. & Hottom. in lex. Jurid. in vocabulo Nobilis. Bodin. num.* 351.

Mutato autem statu, & uni omni potestate concessâ, singu-
260. lari jure reservatum est jus aureorum † annulorum. *tot. tit. ff. & C. de jur. aur. annul.* de quo videri potest *Alexander ab Alex. lib.* 2. *genial. dier. cap.* 29.

261. In cujus locum successisse videntur insignia † gentilitia, quæ in clypeis geruntur. *Viglius Zuichemus in* §. *adoptati. Instit. de exhered. liber.*

262. Et sic patet, quòd nobilitandi † consuetudo, cujus hodiè in aula Cæsarea frequens est usus, sit antiquissima. Nam & Zenonis Imp. tempore ea in usu fuit, ut paulò ante dictum fuit.

263. Apud † Venetos nobilitas æstimatur vetustate earum gentium, quæ consiliis ac negotiis intentæ fuerint. *Bod. n.* 350.

264. Apud † Perusinos & Florentinos militia parit nobilitatem. *Bart. in l.* 1. *C. de dignit.*

265. Apud † Germanos nobilem censeri, qui majorum fortitudine ac virtute, tum feuda nobilia, tum insignia clathratra parta hereditariò possideat, tradit *Kirchn. loc. alleg.* Sed & *Alciato in lib. de singul. certam. Guidoni Papæ decis.* 388. aliisque juris interpretibus placuit, militiam per sese nobilitari.

266. Sanè in feudalibus consuetudinibus nomen † militis pro nobile capitur & usurpatur, eo quòd nobilium proprium sit pro patria militare, ut constat *ex tot. tit. de Vasal. milit.* & ante 200. vel circi-

circiter annos soli † Nobiles in Germania & Italia militabant: 267.
solo ferè equitatu omnis constabat exercitus. Unde Nobiles adhuc & olim, Equites sunt dicti, die Ritterschafft / ut memorat *Besold. d. disp. 11. th.* 45.

Veritatis autem limites excedit *Bod. nu.* 359. docens, politicæ † nobilitatis violentam esse originem, illamque cum civili im- 268.
perio primùm introductam à Nimrodo scelere partam, & posteris ad imitãdum esse relictam, atro carbone ob id notatus *à Kirchnero d. l.* qui contendit, nullam † gentem tam barbaram extitisse, 269.
quæ sceleri & flagitio nobilitatem assignarit. Quid? ipsi † Turcæ, 270.
barbarie alioquin insignes & notabiles, nobilitatem ex virtute æstimant, referente *Auger. Busbequio epist. 1. legat. Turc.* Et quamvis aliquos genere nobiles habeant, qui Tzlebii vocantur, hi tamen ex nullo sunt honore, nisi rebus gestis se tales esse declarent.

Tres nobilitatis gradus.

Nobilitatis Politicæ tres † gradus nonnulli constituunt, 271.
quorum primus † consistit in primo adquirente, qui quidem hu- 272.
mili stirpe prognatus, at rebus præclarè gestis nobilitatis gloriam assecutus est. Quamvis igitur talis non ex prosapia nobili ortum ducat, verè tamen nobilis est. *Conan. lib. 2. com. c.* 11. Nec enim deterior debet esse conditio illorum, qui posteros nobiles habere meruerunt, quàm qui parentes habuerunt nobiles. *Plin. in Panegyr.* Hinc illa Marii *apud Salust.* oratio invectiva contra nobiles: comparate meam novitatem cum istorum superbia. *Et paulò post:* Contemnunt, inquit, novitatem meam, ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra objectantur, quòd si me jure despiciunt, faciant idem majoribus suis, quibus uti mihi nobilitas ex virtute cœpit.

Secundus † nobilitatis gradus ponitur in filiis, qui ex pa- 273.
rentibus, nobilitatem acquirentibus, nati sunt. Et hi, si virtutibus & reb. gestis emineant, vestigiisq; paternis insistãt, nobiliores nõ immeritò censentur, cùm tam virtute, quàm genere nobiles sint.

Tertius † gradus indigitatur gentilitatis, qui in nepotibus 274.
& pronepotibus, avorum & proavorum virtutum æmulis, conspicitur: hique perfectam nobilitatem consequi dicuntur.

Hinc est illud Doctorum: *Nobilitatem † in primo acquirente* 275.

inci-

incipere, in filijs pubescere, in nepotibus adolescere, & tandem in pronepotibus naturam atq; perfectam ætatem consequi.

Quæ species nobilitatis perfectior. E dictis speciebus nobilitatis *moralis*, quæ à virtute est, à Timplero & Philosophis dicitur vera † & perfecta. Hanc enim nobilitatem, & illam, quæ est *scientiæ*, quis non à parentibus, sed
276. ex se accepit. Jam verò magis est nostrum, quod per propriam quærimus virtutem, quàm quod per antecessores nostros. *gloss. in l. si quid bello. ff. de captiv. & postlim. revers.* Unde etiam apud Bononienses, Doctores egregii quoscunque nobiles sanguine præcedunt. *Christian. Liebenthal. exercit. Polit. X. q. 6.* Sed *Herman.*
277. *Kirchner.* omnium † pulcherrimam vocat, quæ ad naturalem nobilitatem quam proximè accedit, eamque in virtute tum generis, tum propria cujusque maximè consistere tradit. *è Plat. 4. de legib.*

278. Proinde & † genere & virtute nobilem præfert nobili virtute tantùm. Quod etiam facit *Bald. in l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. & in l. nemini. C. de advocat. divers. judic.* Ubi ait: Quod si duo sint æqualis scientiæ, is est magis honorandus, qui est de meliori sanguine. Nobilitas enim gradum adjicit.

279. Et hoc generale est, ut qui duplici † dignitate est cohonestatus, præferri debeat ei, qui alteram tantùm habet. Sic Doctor utriusque juris præfertur Doctori unius tantùm. Sic Comes & Baro præfertur illi, qui Comes tantùm. Sunt enim duo vincula fortiora uno. *§. sed hodiè. 2. Instit. de adopt. l. ult. in fin. C. de edict.*
280. *Div. Adrian. toll. Novell. 84. c. 1. vers. 1.* Utque gemma † in auro magis lucet: ita virtus in nobile. *Andreas Rey à Naglowice de consiliario, discurs. 6. apud Keck. in curs. Phil. fol. 485.*
281. Quòd si verò nobilis genere à parentum † virtute deficiat, in vitia flagitiaque ruat, iisque majorùm præclaras res gestas & laudes obnubilet, ibi nobilis virtute, vel scientiâ commendabilior erit, adeòque præferendus nobili genere tantùm. Tunc enim locum habebit illud, quod urget *Salicet. in l. providendum. 7. C. de postuland.* Non est nobilis, qui de nobiliori genere, nisi & ipse bonis moribus polleat.

Dixi-

Diximus nobilitatem & claritatem acquiri virtute, scien- 282.
tiâ, & fortitudine bellicâ: seu, literis & armis. Non ergo illius causæ erunt opes † & divitiæ. Quid enim absurdius, inquit *Bodin. d. l.* quàm dignitatem quæstu, ordinem pecuniis, nobilitatem opibus metiri? certè tam nobilis erit pauper virtute, quàm opulentus aliquis Crœsus & Midas. *post Ubald. de nobil. axiom.* 200. *Meland. in idea stud. Polit. fol.* 49. quodque nobilitas paupertate non amittatur, evincunt *id. ex l. humilem. 7. C. de incest. nupt.* Sicut itaque divitiis nobilitas parari nequit, sic neque paupertate † amitti potest. Etsi enim divitiæ nobilitatis sint ornamenta, non tamen fundamenta dixerim. 283.

Divitiæ an constituãt, vel tollant nobilitatem.

De agricultura † quæris: an illa nobilitatem obfuscet, vel tollat? Sed qui hoc? Agriculturâ nihil melius, nihil utilius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius. *Cicer. lib* 1. *offic.* Agricultura olim à famosissimis Regibus exercebatur. Sic Saul in Regno constitutus agros excoluit. Sic Cyrus minor arbores propriâ manu plantavit. Sic Attilius Regulus, Serranus, Cincinnas, ab aratro ad Rempublicam capessendam evocati. *Tiraquell de nobil. c.* 32. Hoc tamen alii ita exaudiunt & intelligunt, si quis non lucri † faciendi causâ, nimiâ abductus avaritiâ manum admoveat, operamque publicè elocet, sed ut rebus suis afflictis, quantum virtus ratio atque necessitas postulat, succurrat. 284. 285.

An agricultura nobilitati officiat.

Nec Advocandi † munus ullam maculam nobilitati inurere potest, præsertim si in summo Imperii tribunali id fiat. Nam laudabile vitæque hominum necessarium Advocationis officium est. *l.* 4. *C. de Advocat. diversor. judic.* & Advocati militibus æquiparantur. *l.* 14. *eod.* multo minus officium judicandi † nobilitati derogabit, cùm nulla major sit gloria, quàm præesse judiciis, per quæ conservatur hominum societas. *Schönborn. lib.* 3. *Polit. c.* 39. ubi refert exempla nobilissimorum hominum, qui juri dicundo præfuerunt. 286. 287.

An munus Advocãdi.

Utrùm judicandi.

Ex quibus consequens est, gradu & titulo † Doctoris nobilitatem nunquam facere jacturam. Vide *Herman. Kirchn. in Orat. de Ducib. Princ. & Equit. &c.* 288.

An titulo Doctoris.

Extra dubitationis verò aleam est positum, infamiâ, † vitæ 289.

 tur-

Nobilitas quibus rebus amittatur.

turpitudine, & illicitis artibus nobilitatem amitti. Reatus siquidem omnem dignitatem excludit. *l. 1. C. ubi senat. vel clariß. l. 2. C. de secund. nupt. C. nobilis. 2. q. 5.* cumque nobilitas sit virtutis
290. præmium, non debet esse nequitiæ pallium. Sed & artium † vilium ac sordidarum exercitiis non tantùm obfuscatur nobilitas, sed & planè tollitur. *Schönborn. d.l.* Per artes verò viles & sordidas
291. intelliguntur non modo † ludricæ, & Mechanicæ, quas suapte naturâ in viliori pretio & existimatione habentur: præsertim si nobiliores publicam operam in illis locent; non si exercitii gratiâ tempus in illis terant. Unde etiam † pictura, quæ aliàs ars nobilissima, indigna est nobili, si lucri causâ pingat. *Hippol. de Nobil. theo-*
292. *rem. 56.*

Utrū mercatura nobilitati obsit.

Hinc anxiè disputatur & quæritur: An mercatura † nobilitati officiat, & an per illius usum hujus decus amittatur? Nam
293. sordidam † esse mercaturam, tradit *Arist. lib. 1. Polit. c. 6.* & cum ipso interpretes. tradit & *Cicero lib. 1. offic.* his verbis: Illiberales

Sententia negans.

& sordidi sunt quæstus mercenariorum omnium: quorum ope-
294. ræ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa † merces
295. auctoramentum servitutis. Atque eam ob causam Romæ † quæstus omnis patribus indecorus est visus. *Liv. lib. 21.* Unde Tarquinium fastidiendum scribit *Valer. Max. lib. 3. c. 4.* quòd à mercatore Damarato fuerit genitus. Et *Sueton.* dicam scribit Vespasiano, quòd negotiationes pudendas propalam exercuerit coëmendo quædam tantùm, ut pluris postea distraheret. Nec non Julius Capitolinus inter sordes Pertinacis ponit, quòd mercaturæ operam dederit. Sed & Darius Rex Persarum contumeliosè χάπηλος Mercator [illegible], quòd instar [illegible] omnia quæstui haberet. *Herodot. lib. 3.*

296. Secundò: ex auctoritate juris † civilis nobiliores honorum luce conspicui, & patrimonio ditiores mercimonium exercere prohibentur. *l. 3. C. de commerc. & mercat. l. 33. ff. si cert. petat. l. 16. C. eod. l. 46. & 62. ff. de contrahend. empt. l. 15. C. de re milit.* ut scilicet inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium. Et ut Theophilus Imperator dixit: privati homines mercaturæ tolerandæ vitæ occasionem habeant. *Tholozan.*

lib.

lib.4.de Repub.c.7.nu.56. In quem modum ita Theodosius † Imp. 297. ad uxorem: Cum me Deus Imperatorem designavit, tu me mercatorem facere contendis? Scito autem, mercaturam privatis hominibus esse concessam, ut eum tolerandæ vitæ modum habeant. Quod si nos præter Imperii opes, etiam mercaturæ emolumenta interceperimus, undenam subditi victum comparabunt? *Zonar. tom.3. Annal. in vit. Theodos.* Magistratus itaque & nobiles fugient † mercaturas ac negotiationes ordinarias, id est, tales, cùm emi- 298. tur aliquid eo fine, ut vendant, & illo quæstu vivant. *Keck. in curs. Philos. disp.31.q.8. fol.595.* vel iis facultates suas augeant, tenuioris fortunæ hominibus subditisque mercimoniorum usum, unde victum sibi comparent, intercipiant, vel monopolium introducant. *Althus. in Polit. c.27. fol.355. edit. prior.*

Tertiò: Quemadmodum distincti † subditorum sunt sta- 299. tus, ita distincti eorum debent esse acquirendi modi. *Keckerm. d.l. & fol. præced.* 593. pro hoc argumento refert responsum Sigismundi † Regis Poloniæ, quando nonnullis nobilibus petentibus jus 300. negotiationum respondit: Oportet me in regno habere triplex " genus hominum nempe rusticos qui agrum colant: Mercatores, " qui necessaria importent & exportent: & denique Nobiles, qui " me & patriam defendant: quæ defensio patriæ, cùm per se sit ar- " dua, & simul cum aucupio quæstus & lucri vix consistere possit, " nolim generosa pectora patriæ defendendæ nata mercatorum " negotiis implicari: aut si hoc cupiant, permittant mercatores in " suum locum succedere, & patriæ defendendæ curam suscipere; " quod quidem, quia nobiles facturi non sint, idcirco mercatoribus " suum statum permittant. *Hæc ille.* "

Sic & milites † qui à Republ. armantur & aluntur, solis u- 301. tilitatibus publicis, non privatis jubentur occupari negotiis, nec mercimonium quæstui, sed propriæ muniis insudare militiæ. *l.31. C. de locat. & l.15. C. de re milit.* Quid autem aliud sunt Nobiles, ut aurea dictum, quàm milites? quam ob causam ipsis constituta beneficia sunt, & immunitates plurimæ concessæ, ut equos & arma pro Repub. semper paratissima habeant. *Kirchger. dict. l.*

302. Quartò: Legibus Imperialibus mercaturæ & negotiationi omnes † aditus ad honores & Magistratus fuère præclusi. *l. 6. C.*
303. *de dignit.* Hinc Thebani † neminem ad Reipubl. administrationem admittebant, nisi decennium mercaturâ abstinuisset *Aristot. lib.3 Polit.c.5.Francisc.Patrit.lib.1.c.8.*

304. Quintò: Faciunt huc leges † Germanorum, & articuli equestrium torneamentorum: itemque statuta Gallorum, quibus confirmatum & receptum, ne nobilis mercaturæ & negotiationibus se implicet. *Bodin. num.* 360.

Sententia affirmans. Sed tamen alii plurimis muniti exemplis, & suis suffulti rationibus, contendunt, mercaturæ studium nobilitatis † splendori
305. minimè officere, sed maximè competere: vel ex eo, quòd illustriores & magnates multis indigeant, ut status & conditionis auctoritatem conservare possint: tum etiam, quòd non debeant esse pejoris conditionis, quàm plebeii.

306. Nonnulli distinguunt hîc inter † personas mercaturam exercentes, an quis per se exerceat, & tunc præjudicare nobilitati sentiunt: an verò per tertium, sive institorem.
Distinctio quorundam.

307. Verùm non ferendum scribit *Bodin. d. num.* 360. ut qui per † sese non potest, servorum ope ac ministerio fraudem legi faciat. Itemque *Meland. in idea stud. Polit. fol.*50. errare illos ait, qui mercaturam nobilitatis decus tùm demum obscurare tradunt, si quis eam per sese exerceat, secus si per alios, ut quia servorum aut institorum operâ quis ea in re utatur. *post Alberic. in l.humilem.C.de incest. nupt. & Alciat. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 48. *numer.* 10. Quod enim quis suo nomine agere prohibetur, id nec per subjectam personam agere debet. *l. 2. §. 1. ff. de administr. rer. ad civit. pertin.*
Rejicitur.

Conciliatio verior. Quare nos pro conciliatione harum opinionum, cùm præstantissimis Jureconsultis & Politicis alias adhibemus distinctiones & limitationes, ut dicamus: quòd Nobilis absque suæ nobilitatis detrimento mercaturam exercere possit; 1. Si consue-
308. tudo † & conditio regionis alicujus ita obtineat, & suadeat. *Alciat. in l. mercis. ff. de verb. signific. & d. præsumpt.* 48. *Meland. in*
309. *idea fol.* 51. Sicut apud † Lusitanos & Italos, Venetos, Genuenses, Floren-

Florentinos, Lucenses, Anglos, &c. fieri in comperto est. *Barthol. Cepol. in tract. de Imp. mil. eligendo. Mynsing. cent. 6. obs. 54. nu. 12. Bodin. d. num. 360.*

Deinde *Keckerm. in curs. d. fol.* 595. discernit inter nobiles † tales, qui virtute bellicâ, atque adeo primariò dictâ nobili- 310.
tate florent, & inter alios nobiles, qui hunc titulum alio quodam modo acquisiverunt, quales multos dicit esse in Italia, Hispania, &c.

Tertiò distinguendum est, an mercatura sit † splendida, 311.
magna, & omnium rerum affluentiâ copiosa, an civibus necessaria, an utilia advehat, & inutilia avehat, & tunc illam natalium splendori, ordini, & nobilitati nihil derogare scribunt Dd. *Alciat. d. reg. 1. Tiraquell. de nobilit. Rebuff. in Auth. Habita. C. Ne fil. pro patr.* Secus verò, si sit tenuis. Mercatura si tenuis est, inquit *Cic. lib. 1. offic.* sordida putanda est, si magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda. Idemque scribit, sordidos judicari, qui mercantur à mercatoribus, quod eodem loco ac momento vendant: quia nihil proficiant, nisi admodum mentiantur, nihil autem turpius est vanitate.

Postremò *Gregor. Schönborn. in fin. cap.* 39. nobile non indignam judicat mercaturam, si hoc ipsum summa † necessitate 312.
alicui impositum sit. Nam & M. Æmylio Scauro, dicit, nihil offecit, quòd pater ipsius paupertate coactus, carbonariam exercuisset. *è Jac. Curt. tom. 1. conject. lib. 1. c. 29.* Et tum præstat negotiari, quàm latrocinari, aut mendicare, quorum hoc, quàm mercaturam malunt Russorum nobiles. *Sigismund. Baro in Muscov. Kirchner. de Repub. disp. 13. aust. 1.*

Immunitates & privilegia Nobilium.

Perstringamus nunc paucis immunitates, † jura & privile- 313.
gia Nobilium.

Hæc vero habent vel † beneficio legis, vel concessione 314.
principis vel consuetudine indulta: relevantque aut ab oneribus civilibus, aut in criminalibus pœnam mitigant.

Prioris generis est. 1. Relevatio munerum † publicorum 315.
seu personalium, plus oneris, quàm dignitatis habentium. Proin-

de non tenentur excubias agere, diurno aut nocturno tempore, ad portas vigilare, milites hospitio excipere, vel simile munus obire. *arg. l. 6. §. 4. ff. de muner. & honor. l. 18. §. 24. & ult. eod. l. 7. ff. de vacat. & excus. muner. l. 4. & 7. C. de dignit.* non a. patrimonialium. *d. l. 18. & 24. l. 10. a pr. & l. 11. ff. de vacat. & excus. mun. l. 12. & 13. C. eod. tot. tit. C. de munerib. patrimon.*

316. Secundò: Prærogativa in assequendis † magistratuum muniis & officiis, præsertim dignitatem annexam habentibus. *l. 7. §. 2. ff. de decur. l. 46. C. eod. l. 14. §. 3. ff. de muner. & honorib. c. de multa. 28. de præbend.* quemadmodum etiam in dignitatibus &
317. beneficiis † ecclesiasticis canonicatuum præferuntur ignobilio-
318. ribus. *Tiraquell. de nobilit. c. 20. & seqq.* in quæ Canonica † Collegia superiora, auff die hohe Stiffter / item Turnier vnd Ritter-
319. spielen / nullos recipi notissimum est, nisi qui ex materna quoque linea, per longam seriem, de nobilitate sua docere possint, vollbürtige Rittersleute / die ihre Ahnen mit Schilt vnd Helm beweisen können. *Matth. Stephan. de nobil. Polit. c. 4. num. 44.* & constat
320. ex libris torneamentorum. Licet enim ex patre † nobili, & matre ignobili, legitimè tamen conjunctis, prognatus, rectè nobilis dicatur, per vulgaria jura, quæ liberos legitimos in dignitatibus & familiis patrem sequi jubent. *l. cùm legitimæ. 19. ff. de stat. hom. l. fœminæ. 8. ff. de senat. l. cùm te. 11. l. ult. C. de incol. l. mulieres. 13.*
321. *C. de dignit.* eminentior † tamen, clarior, magisque conspicua futura est nobilitas, quæ non tantùm ex parte patris, verum etiam ex parte matris, & sic ab utróque accedit. *Bald. in l. ult. C. de serv. fugitiv. Tiraquell. d. nobil. c. 18. nu. 26.*

322. Tertiò: Honor qui confertur in solennibus quibusdam ceremoniis, publicis conventionibus, sessionibus funeribus solenniter celebrandis & aliis similibus. *l. 2. & 3. C. de offic. divers. judic. l. 2. C. ut dignit. ord. servet. Tiraquell. d. c. 20. à num. 51. ad num. 55. & Bodin. d. c. 8. num. 354.* ejusmodi, qui tum paternâ & avitâ, tum propriâ virtute eniteant, primas esse tribuendas monet, sive de honoribus, sive de ordine & consessu agatur.

323. 4. Quòd testimonii † dicendi, vel jurisjurandi præstandi causa domo ad tribunal non evocentur, sed judex ad eorum domum

tium Notarium, à quo examinentur, mittere teneatur. *l. 15. ff. de jurejurand.* sic receptum in Bavaria, & aliis quibusdam regionibus, quòd Nobiles personaliter comparere non teneantur ad perhibendum testimonium, sed per scripturam sub fide sua, absque corporali juramento deponant, & depositionem obsignatam judici examinis transmittant, unter ihren Handschrifften und Pitschafften. *Geil. 1. obs. 101. num. 14.*

Quintò: Quòd conventi ob æs † alienum, cui solvendo propter inopiam sufficientes non sunt, non cogantur bonis cedere, neque ultra, quàm facere possunt, præstare; sed relinquuntur eis ampliores sumptus, quàm ignobilioribus, unde commodè vivere possint. *argum. l. 6. & 18. ff. de re judic. c. non cogantur. dist. 41. Schönborn. d. l.* 324.

Sextò: Quòd possidentes † immobilia, satisdare non teneantur. *l. 17. C. de dignit. & ibi Bart.* 325.

Posterioris sunt. 1. Quòd nobilibus pœna mitigari † soleat, leviusque puniantur, quàm ignobiles, scilicet in pœnis † corporalibus, non in pecuniariis, cùm pauperes plus æstiment percellum, quàm oculum: nobiles verò pœnam pecuniariam non adeo timeant, vel curent. *Liebenthal. d. exercit. 10. q. 12.* 326. 327.

Deinde alii id accipiunt de pœnis † arbitrariis, quæ quoniam certis legibus vel statutis non sunt definitæ, relinquuntur arbitrio judicum. 328.

Quod si verò † legibus vel statutis illæ pœnæ expressè, indistinctè & uniformiter omnibus sint impositæ, vel consuetudines ita jubeant, tunc nullam mitigationem, sed æqualitatem pœnæ, quoad nobilem & ignobilem requirunt. *Bald. in l. 3. C. de sacrosanct. Eccles. Salicet. ad l. 8. C. ad L. Jul. de vi public. Tiraquell. d. cap. 20.* 329.

Item pœna non mitigatur in nobilibus, si crimen fuerit [illegible], & commissum contra nobilitatis splendorem, ac dignitatis excellentiam, vergatque in dedecus & contumeliam ipsius dignitatis: vel etiam, si fuerit perpetratum sub prætextu † & colore nobilitatis ac dignitatis, tunc enim pari 330. 331.

vel

vel etiam majori pœnâ nobilis afficitur. *l. sacrilegij. 6. à pr. & §. 1. ff. ad L. Jul. repetund. l. quædam. 14. ff. de pœn. l. omne. 6. ff. de re milit.*

332. Sicut enim tunc graviùs † peccant in dignitate constituti, ita graviùs puniendi, ut pœna delicto respondeat. *l. presbyteri. 8. in fin. C. de Episc. & Cler. Bart. & Alberic. in d. l. quædam. & l. desertorem. 3. §. 10. ff. de re milit. & Bald. in l. omnes. 33. C. de decur.*

333. Itaque in crimine † læsæ majestatis, perjurii, falsi, raptus, &c. nullo modo relevantur. *l. nullus. 4. C. ad l. Jul. majest. l. unic. C. de rapt. virg. Alberic. d. l. Matthæus de Afflict. decis. 404. Wesenbec. in Paratit. ad L. Cornel. de fals. num. 12. Geil. 2. obs. 110. num. 42. & seqq.*

334. Distinctio tamen admittitur inter † pœnam ipsam sive supplicium, & modum seu genus puniendi, sive pœnæ infligendæ. Ipsum supplicium si capitale sit, nihil immutandum: modus verò seu genus supplicii in quibusdam variat. Sic nobilis condemnatus propter crimen suspendio dignum, à furcæ supplicio immunis est. *Schrader. de feud. part. 9. c. 3. num. 66. Hippolyt. à Collib. de Nobile, theorem. 57. Clarus recept. sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 60. num. 24.*

335. Secundò: Hoc privilegio gaudent Nobiles, quòd non tam † strictè ob delicta incarcerari debeant, sed arrestari. *Tiraqu. d. c. 20. num. 8. Hippol. theorem. 58.*

336. Tertiò: Quòd torturæ † & quæstionibus regulariter subjici non possint. *l. Divo Marco. 11. C. de quæst. ubi gloss. d. l. nullus. l. severam. 10. C. de dignit. d. l. desertorem. §. 1. Clarus. d. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 19. Wesenbec. in paratit. de quæst. num. 10.* adeò ut judex, qui nobilem torturæ subjecerit, capitaliter delinquere dicatur. *Bald. in l. decuriones. C. de quæst.* atque ita quidem hæc obtinere & rata esse volunt Dd. ut consuetudo † in contrarium non valeat. *per d. l. omnes. C. de decur. ubi Bart. Jas. ad l. 32. num. 68. ff. de legib. Wesenb. d. l.*

337.

338. Quartò: Quòd in caussis criminalibus † civiliter intentatis, personaliter comparare non teneantur, sed per procuratorem,

rem. *l. 11. C. de injur. ubi gloss. l. quicunq; cum Auth. seq. C. de procurat. Gail. lib. 1. de pac. public c. 10. num. 12.*

De aliis nobilitatis juribus ac privilegiis vide latè *Tiraquell. d. cap. 20. Hippolyt. in theorem. de Nobile.* Et hactenus de Nobilibus.

Succedunt † Doctores, qui iisdem privilegiis gaudent, u- 339.
tuntur, fruuntur cum Nobilibus. 340.

Hinc est dignior † & eminentior locus, præcedentia: *gloss.* **Doctores iisdem privilegiis gaudent cũ Nobilibus.**
in §. aliam verò, in verb. altiori Inst. de bon. possess. facit etiam *l. sciant. 3. C. de offic. divers. judic.* ibi: *aut sedendi cum judice societas denegata.*

Plus † fidei ipsis, quàm plebeiis tribuitur. *arg. l. 3. ff. de test.* 341.
Novell. 90. c. 1. Hinc si duo sint Doctores ex una parte, præferuntur tribus aliis, ex alia parte contrarium deponentibus. *c. in nostra præsentia. 32. ext. de testib. ubi gloss.*

Sed & injuria † illis facta, pro atroci reputatur, & proinde 342.
graviùs vindicatur, quàm quæ plebeio est illata. *Menoch. 2. de arbitr. jud. quæst. c. 3. cas. 263. num. 17.*

Quin licitum est Doctoribus, sine speciali Impp. concessio- 343.
ne insignia † cum apertis galeis, **Wapen mit einem offenem Schilt vnd Helm** / gerere & usurpare: (dummodo abstineant ab insignibus certæ familiæ propriis, quæ ad dignoscendas familias adinventa sunt. *arg. l. stigmata. 3. C. de fabricens.* quod privatis concessum non est *argum. l. eos qui. 27. § ult. ff. ad L. Corn. de fals.* **Lie-benthal.** *d. exerc. 10. th. 28. post Chassanæ.*

Doctores † verò sunt eminentioris conditionis cives, qui- 344.
bus in facultate sua publicè docendi & respondendi ex Cæsareæ **Doctores qui.**
Majestatis auctoritate facta est potestas. *Meland. in idea stud. Polit. fol. 51. in fin.*

Ex auctoritate illa vel Cæsar ipse immediatè † Doctores 345.
creat. *Ferrar. Montan. lib. 5. de feud. c. 7. Sixtin. de Regal. cap. 2. num. 27.* vel unico etiam verbo, sicut & † Licentiatos ac Magi- 346.
stros, *ex Lancelloto idem Sixtin. nu. 29. & 32.* vel mediatè † per Co- 347.
mites Palatinos, quibus creandorum Doctorum facultatem concedi. *Ferrar. d. l. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1.*

 memb.

348. *membr.* 2.*num.* 67.68.vel quando Professor † aliquis in Academiis Doctores renunciat eos, qui publico eruditionis testimonio petito in solennibus antegressis examinibus illo sese honoris gradu dignos probarunt. *Meland. fol.* 52. ubi hos propter accuratiorem examinis rationem illis meritò anteponit.

349. Renunciantur † autem Doctores vel in sapientia divina, vel humana.

350. Qui in sapientia † divina, Theologi dicuntur.

351. Sapientia † humana vel Jurisprudentia est, vel Medicina. Qui in illa promoventur Jureconsulti, qui in hac, Medici dicuntur.

352. Theologi. Theologi † primas merentur. Nam quantò æterna nativis, immortalia caducis, divina humanis antecellunt: tantò Theologica facultas cæteris omnibus anteponenda. *Muret. in Orat.* 1. *de dignit. ac præstand. stud. Theol. fol.* 3. *in med.* Et hæc sapit sola, reliquæ disciplinæ, velut umbræ per inane volantes vagantur. *fol.* 9. *in fin.* certè inquit *Bodin. lib.* 3. *de Repub. c.* 8. *num.* 353. Sacerdotii dignitatem omnibus honoribus ac muneribus anteferri putant oportere Jurisconsultorum doctissimi, neque hæc nova est, sed ab ultima antiquitate ducta sententia. Nam vetustissimi Reges, ut augustiorem ac sanctiorem regiam potestatem efficerent, Pontificiam potestatem exercuerunt. *Aristot. in Polit.* nec modò Græci, verum etiam Romanorum Reges, atque adeo Imperatores ipsi, *Pontifices sese Maximos* appellarunt, quæ instituta Arabum summi Principes iidem & Pontifices secuti videntur.

353. Jureconsulti. A Theologis proximum locum obtinent † Jureconsulti, & præferuntur Medicis, non ex ratione, quam præ se fert scopticum illud, quod a scopticis & perversis dicitur: præcedant fures, carnifices sequantur. Sed ex ratione petita à præstantia finium harum disciplinarum. Tam enim JCti, quàm Philosophi docent, à

354. fine † denominationem & præstantiam cujusque rei esse desumendam. *Eberhard. à Middenburg in Topic. Legal. loc. ult. à virtute finis, num.* 2.

355. Jam v. Jurisprudentia † ad publicum bonum est comparata. *Chassan. in catal. glor. mund. part.* 10. *considerat.* 25. Versatur enim circa

circa justitiam administrandam, quæ maxima omnium aliarum virtutum. *Arist. lib.5 Eth.c.1.* hespero & lucifero formosior. *Eurip.* civitatis domina & norma. *Cas. in spec. Philos. moral. lib.5.c.1.* sine legibus & legali disciplina ne momentum quidem ulla civitas stare potest. *Bod. l.3. de Rep. c.8. nu.360.* siquidem ut corpus animâ carens cadit: sic civitas nullis administrâta legibus evertitur. *Demosthen.* cui rei veritas elucet in civitate Romana, quæ sine Medicis annos amplius sexcentos floruit, *teste M. Catone,* sed non sine legibus & legitima disciplina. Huc etiam facit testimonium *Lucij Crassi apud Cic. lib.1. de Oratore,* qui domum JCti totius civitatis oraculum vocat.

Medica † verò scientia privatum solùm bonum spectat, sanitatem scilicet vel conservandam, vel recuperandam. *è Galen. in arte parva. Du. Gerbard. decad.9 quæst. Polit.6.* 356. Medici.

Et quamvis apud † Hebræos & Græcos in summo pretio semper fuerit habita, apud Romanos tamen à liberalibus artibus & professionibus fuit disjuncta. *l. præses. 1. §. Medicorum. 1. ff. de varijs & extraord. cognit. l. exceptis. 1. C. de decret. decur. & in tit. de Professor. & Medic.* quin servilis † & abjecta fuit Medicorum conditio. *l. Thais. 41. § Lucius. 6. ff. de fideicommiß. libert. l. alimenta. 16. § libertis. 1. de alimēt. vel cibar. legat. l. Seio. 10. §. 3. de annuis legat. & fideicom. l. in cōmunes. 1. §. ne autem. 5. C. de cōmun. serv. manumiß.* 357. 358.

Doctoribus subjunguntur Magistri, † qui Platonis, Aristotelis, Ciceronis, & Petri Rami Philosophiam in succum & sanguinem converterunt. *Meland. in idea fol. 51.* Et hactenus de civibus conditionis melioris. 359. Magistri.

Inferioris † sortis sunt opifices, mercatores, pastores & agricolæ, de quorum laude agit *Bodin. l.3. c.8. nu. 360. & Jun part. 2. quæst. Polit. 65.* 360.

E civium numero plerique excludunt: † Pantomimos, Histriones, ludiones, & hujusmodi voluptatum ac corruptionum administros alios, de quibus tamen videndus *Alberic. Gentil. in disput. de Actor. & spectator. fabular.* 361. 362.

Controvertitur etiam à Politicis: an carnifices † honestis civibus admiscendi, inque horum numero sint habendi? An carnifices in numero civiũ habendi.

 Nos

Nos cum *Arnisæo lib. 1. doctrin. Polit. c. 12. fol. 303. & seq. Besoldo class. 1. disp. Polit. 11. th. 75. Hœnonio disp. Polit. 2. th. 51. &*
363. *Schönbornero lib. 2. Polit. c. 51.* hoc genus † hominum non admiscendum dicimus cœtui honestorum civium; sed potiùs extra mœnia ablegandum.

364. Sic per leges † censorias carnifici domicilium in urbe habere non licuit. *Cic. pro Rabirio perduelle.* Ut ne hâc quidem ætate apud Tholosates licet. *Bodin. lib. 3. de Rep. c. 8. num. 361.* quin *Cicer. eod. loc.* funestrari scribit concionem, lictoris vel carnificis interventu.

365. Sunt enim exosi † vel naturâ ipsâ humanâ hujusmodi homines, qui exequuntur mortis etiam meritæ supplicium, inquit *Tholozan.* utpote communis sanguinis naturâ condolente humano interitui alterius, eorumque munus ubivis ferè gentium sordidissimum judicatur. *Bodin. d. l.*

366. Quamvis apud † Hebræos, nobilissimos quosque, si testes capitalium scelerum fuissent, eosdem carnifices habere non modò fuit honestum, sed etiam necessarium. *Deuter. cap. 17. & 19.*

367. Et hodiè apud † Lituanos accusator fungitur vice carnificis. *Alex Guagnin. & Abr. Ortel. in descript. Lituan.*

368. Itemque in † Anglia proximi cujusque parentum, fratrum, propinquorum, qui modò in crucem aguntur, extremum pietatis officium est, agere carnificem, iisque de trabe humili pendentibus gulam frangere. *Bodin. d. l.*

369. De hoc verò quæritur: An ob sordidum illud munus infamiâ † aliquâ sint notandi? Sanè quia officium illorum Reipub. est necessarium, ne deficientibus illis honestiores se hâc maculâ inquinare cogantur, per se non possunt esse nec haberi infames. Et si honestum est, judicem in sceleratos sententiam capitalem ferre, quomodo illius executio est turpis atque ignominiosa? *Keckerman. in curs. Philosoph. disput. 32. qu. 6.* Infamia itaque,

Utrùm laborent infamiâ.

370. quâ vulgò laborant, non est † juris, sed facti, ut loquuntur Jureconsulti.

371. Causas † vero, & ob quas carnifices malè audiant, duas ponit:

ponit *Zepper. lib. 5. c. 7.* & refert *Keckerm. d. l.* quarum † prima, 372.
est Papistica irregularitas: quæ secundùm ipsos ex quovis contrahitur homicidio: adeò ut tam justè nemo alterum occidere queat, quin aliquid labis & noxæ inde contrahat, quo minus ad S. ministerium possit promoveri. Secunda, † quòd lictores & 373.
carnifices initio delecti fuerint homines facinorosi & scelerati, quemadmodum adhuc hodiè plerique horum turpiter & sceleratè vivunt, atque hoc pacto majorum suo officio ignominiam inurant. Unde officium non ipsos, sed ipsi potiùs suo vitio pollunt officium. Tertiam † addit *Keckerm.* quòd illis hominibus sor- 374.
didissima quædam à magistratu opera demandentur, quibus eò audaciæ ac protervíæ progrediuntur, ut omnem simul modestiam & honestatem, cum pietate exuant.

Cùm verò à populo impediri non debeant, quo minus ex- 375.
æquantur suum officium, exinde improbatur ea hominum † consuetudo, cùm carnifices, si in ipso actu deficiant, neque uno ictu rem peragant, lapidibus obruuntur. *Tholozan. in Syntagm. jur. univ. rs. c. ult. num. 5. Schönborn. lib. 2. Polit. c. 51. Keckerm d. q. 6.* Huicque consuetudini obviam ivit Carolus V. in Peinlicher Halsgerichtsordnung / art. 97. præcipiens: So der Richter nach dem Endvrtheil seinen Stab gebrochen hat / desgleichen auch so der Nachrichter den Armen auff die Richtstatt bringt / soll der Richter offentlich ausruffen / oder verkünden lassen / vnd von der Obrigkeit wegen / bey Leib vnd Gut gebieten / dem Nachrichter keinerley Verhinderung zu thun / auch ob jhm mißlinget / nicht Hand anzulegen.

An lapidibus obruendi, si in actu deficiunt.

Cæterùm ex civium coalitione sodalitia † & collegia ori- 376.
untur, quæ sodalitium suum unà eâdemque lege collectum & obligatum habent.

Ac licet illorum sodalitiorum maximæ & insignes sint † u- 377.
tilitates (de quibus *Kirchner. in Repub. disput. 14. th. 1. & 2. Schönborn. lib. 1. Polit. cap. 11.*) conventus tamen & cœtus † nocturnos abditasque consultationes inhibendas, nec ulli generi collegiorum ac corporum permittendas esse statuimus, *per l. denunciamus. C. de his, qui ad Eccles. confug. Myns. cent. 6. observ. pract. 2.*

per tot. & est expressa constitutio Friderici *de pace tenend. c.* 1. *à pr.* Hinc enim conspirationes, proditiones, & nefariæ in exilium Reipub. molitiones suscipiuntur. *c. conjurationum.* 21. *quæst.* 11.

379. Jus autem conveniendi † hoc modo amittitur: beneficia & privilegia abusu sui, extinguuntur. *c. tuarum.* 3. *de privil. Kirch-*
380. *ner. d. l. th.* 3. *ad lit. a.* Ubi addit: Quod si ab † omnibus, aut maxima parte collegarum peccatum sit, mulctæ itidem pro ratione
381. commissi exiguntur. In gravioribus † verò delictis, quæ capitis supplicia expetunt, æquius, auctoribus punitis, reliquæ turbæ ignoscere. *Bodin. lib.* 43. *de Repub. c.* 7. *num.* 337.

382. Collegium † definitur legitima trium pluriumve persona-
Collegiũ. rum ejusdem conditionis, professionis, & ordinis, consociatio, ut ex pluribus personis velut una persona & unum corpus fiat. *l. ult. ff. de excus. & l.* 4. *ff. de colleg. Bod. d. c.* 7. *à pr.* Quę definitio à numero personarum, quo collegium constituitur, est desumpta. Nam in solenni numero ejusque constitutione forma collegii consistit.

383. Tres † ergo faciunt collegium, ut scribit Neratius Priscus *in l.* 81. *ff. de verb. signific.* Duorum enim numerus ad eam rem solennis non est. *l.* 1. *ff. quod cujusq. univers. nom.* Rectè tamen jus collegii per duos, vel unum conservari atque retineri dicitur. *l.* 7. *ff. eod. Kirchner. d. th.* 1. *ad lit. b. & Dn. Gœdd. ad d. l.* 85. *num.* 2. *& l.* 173. *num.* 1. tradit, collegium à duabus etiam personis constare, quoad munus & officium.

384. Hinc sunt corpora † quæ plurium collegiorum sunt con-
Corpora. junctiones. *Bodin. d. c.* 7. *à pr.*

385. Ex his omnibus conflatur † universitas, quæ est omnium
Universitas. familiarium, collegiorum & corporum ejusdem oppidi juris communione sociata multitudo. *idem ibid.* ubi præter universitatem hoc amplius habere Rempublicam scribit, quòd hæc omnium civium ac oppidorum multitudinem imperii majestate complexa tueatur.

Et huc usque de origine & progressu conjunctionis, ac societatis populi in unam Rempub. à nobis fuit dictum, quomodo certis gradibus societas illa creverit. Quod ipsum *cum Othone Casmanno lib.* 1, *vit. Polit. c.* 1. paulò aliter ita repetimus;

Prima

Prima † hominis cum homine societas, eaque domestica, 386.
fuit vinculum conjugale, quod Deus ter Opt. Max. inter primos
parentes, Adamum & Evam sanxit. *Gen.* 1. *&* 2.

Secunda † hominum consociatio orta est inter parentes & 387.
liberos in eo conjugio natos, qui in iisdem simul ædibus vivebant. *Genes.* 4.

Tertia † fuit totius domus & familiæ. 388.

Quarta † eaque civilis virorum fuit, ubi plures familiæ seu 389.
domus conjunctæ ad aquam, ut utar verbis *Danæi lib.1.Polit.c.3.* ex
eodem & communi fonte hauriendum conveniebant.

Quinta † societas fuit oppidorum & civitatum. 390.

Sexta † Provinciarum & Regnorum. 391.

Formam definitionis suprà propositæ constituunt illa ver- 392.
ba: † *Summâ potestate ac rectâ ratione moderata.*

Dicitur primò: *Summâ potestate.* Nulla † enim est Respu- 393.
blica, ubi non est summa imperandi facultas. Secundò additur:
rectâ ratione moderata. Quæcunque † enim, qui clavum imperii 394.
tenent, moliuntur, ex ratione secundùm virtutem conformata,
ut fieri potest, dimanare debent: nulla actio ab iis suscipienda, quæ
honestati utilitatique publicæ adversetur.

Ex definitione proposita, & iis, quæ circa illam dicta sunt, 395.
fit manifestum, universam Rempublicam duobus † vinculis contineri, *summâ scilicet potestate ac dominatione, & civium subjectione. Aristot. lib. 7. Polit. c.* 14. unde duæ Reipublicæ † partes & 396.
membra constituuntur: unum eorum, qui præsunt: alterum, qui
subsunt *Tholozan. lib.* 4. *de Republ. c.* 1. *num.* 18. *Kirchner. de Repub. disp.* 2. *th.* 1.

Prior † autem fuit consideratio de civibus seu subditis in 397.
doctrina de Republica cujus sunt membra, eâ, quæ est de potestate & majestate, seu magistratu, quo illi tempore † priores sunt. 398.
Otho Meland. in idea stud. Pol. fol. 54. *Althus. in Polit. f.* 133. *edit. prior.*
Non n subditi † à Regibus & Principibus, sed hi ab illis creantur. 399.
Danæ. lib. 1. *Pol. Christ. c.* 4. *Keckerm. in curs. Philos. disp.* 29. *q.* 5.

Nec Princeps † propter seipsum, sed propter subditos præ- 400.
ficitur. *Besold. class.* 1. *disput Polit.* 1. *thes.* 37. & exinde convellit

impu-

impudens Machiavelliſtarum dogma, aſſerentium, ſubditos ſimpliciter eſſe propter magiſtratus: atque eſſe ex Principum ſemine
401. primitùs natos. *poſt Dan tum.* Ordine verò & prioritate † dignitis Reges præcedere ſubditos, omni caret dubio.



CAPUT II.

DE CAUSIS REMPUBLICAM CONSTITUENTIBUS, ET AMPLIFICANTIBUS.

1. DEfinitionem Reipublicæ ſequuntur principia & cauſæ ejusdem. Scire † ſiquidem eſt rem per cauſas cognoſcere, ut ait Philoſophus.

2. Harum autem aliæ † ſunt univerſaliſſimæ & remotæ, aliæ particulares & propinquæ.

3. Cauſa efficiens Rerump. prima † & univerſaliſſima eſt Jehova altiſſimus, qui eas ab initio mundi inter gentes & populos conſtituit, conſtitutas protegit & conſervat.

Cauſa efficiens Rerump. prima & univerſalis.

Aſſertionis fundamenta luculentiſſima ſunt in divinis eloquiis. *Proverb.* 8. *v.* 15. *Dan.* 2. *v.* 21. *cap.* 4. *v.* 14. *Sapient.* 6. *v.* 4. *Rom.* 13. *v.* 1. 1. *Petr.* 2. *v.* 13. *&c.* quibus in locis Reges Dei ordinatione imperare dicuntur. Hinc ſolium Regis dicitur ſolium Dei, 2. *Chron.* c. 9. *v.* 8.

4. Particularis † & propinqua ſocietatis humanæ cauſa conſtituens (veriùs & accuratiùs tamen impulſiva quælibet diceretur, quàm conſtituens, utpote quæ agentem impellit & movet ad aliquid conſtituendum) vulgò exiſtimatur triplex.

Particularis.

5. Prima, † eſt natura ipſa ſeu affectus naturalis. Homo enim ſuî naturâ & conditione eſt animal politicum, ad ſocietates

tes aptum, per rectam rationem ad civilem vitam congruenter apparatum. *Aristot. lib. 1. Ethic. ad Nicomach. c. 7. & 9. lib. 1. Polit. c. 2.* Quæ causa est impulsiva interna.

Et sic meritò reprehensionem † incurrunt heteroclita ista capita seu ἀπόλιδες & μισάνθρωποι, qui à civili societate penitus abhorrent, & in antris suis delitescunt, ob id etiam virgulâ censoriâ notati ab Impp. Valent. & Valent. *in l. 16. C. de decur.* Quidam ignaviæ sectatores desertis civitatum muneribus, captant solitudines, ac secreta, & sub specie religionis cum cœtibus monazontων congregantur, &c. Quæ vita † eremitica non tam humana, quàm beluina dicenda est. *Cicer. de amicit. Tholozan. de Repub. lib. 1. c. 1. num. 8.* sic & *Arist. 1. Polit. 2.* scribit: Is qui non fortunâ, sed naturâ alienus est à civitate, qui in societate esse nequit, aut nihilo indiget propter copiam, & pars civitatis non habetur, hic aut improbus est, aut homine præstantior, bestia scil. aut Deus: ut qui ab *Homero* per contumeliam dicitur:

6. Solitaria & eremitica vita improbatur.

7.

---- *Jure tribuq; domoq; carens.*

Pugnat † itaque talis vita solitaria. 1. cum natura hominis, qui aptus est & propensus ad societatem civilem. 2. Cum fine hominis. Nam homines hominum causâ creati sunt & generati, ut ipsi inter se alii aliis, prodesse possint, communesque utilitates in medium afferre. *Cicer. lib. 1. offic.* 3. Cum vita sociali, quam Deus & natura approbat. 4. Cùm usu & exercitatione virtutum moralium. 5. Conjuncta est cùm incommoditatibus plurimis. Nam ea vita licentiam homini concedit peccandi, & occasionem atrocissima perpetrandi delicta, fenestram aperit tentationibus diabolicis. *Timpler. lib. 1. Polit. c. 3. q. 6.* Hinc rectè *Seneca epist. 61.* omnia, inquit, mala solitudo persuadet. Nemo est, cui non sanctius sit cum quolibet esse, quàm secum. Suffragatur *Divus Bernhardus ad Sophiam virginem.* Malum quod nemo videt, nemo arguit: Ubi non timetur reprehensor, securus accedit tentator, licentius perpetratur. De incommodis ita disserit *Stephanus Guazzus lib. 1. de civili conversatione. fol. 9.* Existimans te levamenti quid consecuturum ex vita solitaria, attrahis copiam 8.

 malo-

& loca & negotia quæ tractamus omnia, quæcunque videmus audimusque, occasionem præbent, multis modis & affectibus cor ad Deum elevandi. Qui Deum verè amat, in omnibus rebus Deum conspicit: & possunt ad Dei amorem singula ipsum invitare.

Idem est judicium † *Guazzi d.lib.1.fol.44.* dicentis: Errant, 12 qui credunt, doctrinam in solitudine inter libros acquiri potiùs, quàm in conversatione inter homines doctos. Sententia n. Philosophica est, & experientiâ comprobata: scientiam meliùs apprehendi auribus, quàm oculis. *& fol.præced.*; Non absq; ratione dictum fuit à veteri Poëta: Sapientiæ patrem esse usum, matrem verò memoriam: ut ostenderet, ei qui cognitionem rerum humanarum velit acquirere, non libris tantùm opus esse, sed probâ hâc infallibili, & exercitio, circa rerum quarumcunq; intelligentiam, quæ cognitæ recipiantur, & benè infigantur memoriæ, ut experientiâ jam comparatâ cùm nosmet, tùm alios consilio regere & juvare, prout usus postulabit, possimus.

Secundam † ejus causam statuimus indigentiam plurimarum rerum. 13 Cùm enim homines initio hinc inde dispersi, more ferarum habitassent in montibus, agris, sylvis & solitudinibus, uti non solùm Poetæ, sed etiam Historici & Oratores testantur, *Æn. Sylv. in tract. de ort. & auctorit. Imp. Rom. c. 1. Boter. lib. 1. de orig. urb. c. 2.* contra quàm opinatur hoc fabulosum *Tholozan. lib. 19. c. 1. nu. 7.* nec omnia ad vitæ sustentationem necessaria haberent, eâ indigentiâ impulsi, instar aquæ confluxerunt, ut ope mutuâ faciliùs ea consequerentur, quibus indigebant. Atq; hinc nata mutua inter homines officiorum communicatio, & bonorum permutatio, per quam alter alterius inopiæ & indigentiæ possit succurrere: quia nemo per se est αὐτάρκης, id est, sufficiens ad benè vivendum. Et hæc est causa impulsiva externa, utilitas scil. *Piccol. gr. 10. Phil. mor. c. 13. Franc. Patrit. de instit. Regis lib. 1. c. 10.*

Habent itaque humanæ † res se invicem, ut catenæ circuli, 14 qui mutuo amplexu hærent, séq; invicem sequuntur: quod si unū eximis, quemcunq; tandē attrahas, tota catena cū suo principio cōsequetur: ita etiā quicquid in vitæ negotiis tibi sumas, reliqua necessariò sequi ordine continuo succedentia deprehēdes. Verbi

K 2 gratiâ

gratiâ, si quis agriculturæ studeat, annon oportet priùs haberi artem fabrorum lignariorum, & ante illam ærariorum? quam rursus metalla fodientium ars præcedat opus est. Item qui fodinis vacant, ruri ut degere possint, corpore regantur necesse est, ad quod textores ac domus structores requiruntur Similiter & alia omnia si quæras & scruteris, inter se connecti reperies. *Boter. d. lib. 1. cap. 1.*

Aliâ similitudine rem declarat *Andreas Fricius Mondrevius*
15. *lib 1. de Repub. emendanda, c. 1.* dicens: Habet se Respublica † tanquam corpus alicuius animantis unum, cuius nullum membrum servit sibi soli: sed & oculus & manus & pedes & reliqua membra in commune quasi consulunt, muneribusque suis ita funguntur, ut benè sit toti corpori: quo nimirum benè habente, membris quoque benè esse, incommodè verò habente, membra quoque incommodis affici necesse sit. Et quemadmodum, si quod membrum à corpore avulsum fuerit, non amplius suo nomine dignum est, propterea quòd nec vivere nec officio fungi possit, nisi corpori adjunctum sit: ad eundem modum nemo extra Rempubl. commodè vivere potest, aut munus suum exequi. *Hæc Mondrevius.*

16. Ad tertiam † causam referuntur injuriæ, tam ob ferarum ferociam & incursum, quàm hominum aliorum violentum impetum. *Anton. Montecatinus lib. 1. Polit. Aristot. c. 4. in pr. Patrit. d. l.* Cùm enim valentior imbecilliorem, & potentior tenuiorem premeret, nec æquali cum ipso jure vivere vellet, opus fuit politiam institui, & magistratus eligi, qui prudentiâ suâ injurias dirimere & auctoritate inferiores comprimere posset. *1. Petr. 2. Æn. Sylv. in d. tract. c. 2.*

17. Potest & quarta † causa constitui, videlicet religio, ob quam quidam homines convenisse arbitrantur, secundùm illud *Stigelij*:

Utq; alios alii de relligione docerent,
Contiguas pietas jussit habere domos.

His in veritatis portu tutò constitutis, meritò cum *Hermanno Kirch-*

Kirchnero in Repub. disp. 1. th 4. & aukt. 3. Timplero lib. 1. Polit. c. 3. q. 8. rejicimus sententiam *Bodini lib. 1. de Repub. c. 6. num. 46.* concedentis quidem respectu † causæ primæ, imperia legitima 18.
esse. Sed si de causis intermediis quæras, Regna & Respublicas vi primum coaluisse: & ita imperandi rationem sui naturâ violentam: vimque & cupiditatem imperandi, Reipubl. causam efficientem esse.

Principium † sanè potestatis & imperii semper in Deo est 19.
quærendum: licet modus sive ratio acquirendi ab hominibus dependeat. Hæc igitur quoad homines, sæpè est injustissima, non à Deo, sed ab hominum affectibus, & Satanæ malitia. vide *Tholozan. lib. 7. de Republ. c. 4. & seq.* de variis modis Regna & imperia acquirendi accuratè differentem, sed & *Chassanæ. part. 5. catal. glor. mund. considerat. 1.* tradit, dominia quædam, consideratis personis, quæ illa assumpserunt, corruptâ processisse intentione, fastu scilicet superbiæ & tyrannidis. Vicissim tamen de quibusdam militat sententia *Herod. Demosthen. Cicer. & Arist. lib. 3. Polit. c. 13.* creatos † antiquitùs Reges ob summam integritatis & ju- 20.
stitiæ opinionem.

Primus verò modus institutæ † Monarchiæ à Nimrodo u- 21.
surpatus, à violentia excusari non potest, qui *robustus venator* dictus est, quo nomine Scriptura sacra prædonem seu latronem significari voluit. *Bodin. lib. 2. de Repub. c. 2. num. 189. fol. 296. Timpler. d. c. 3. q. 9.* nonnulli amarum dominatorem nominant. *Philip. lib. 1. Chron. Carion.*

Nec minus à regia via aberrant, asserentes, Respublicas † 22.
non esse à Deo propitio, sed irato: & pœnæ loco à Deo inductas, de qua re *Besold. class. 1. disp. Pol. 1. th. 29.*

Explodimus etiam è scholis Politicis doctrinam † Epicu- 23.
reorum, qui homines temerè & fortuitò in societatem Politicam convenisse scribunt, perinde ut atomi temerè confluunt sine ulla naturæ lege vel instinctu, quam refellit *Cic. 1. & 2. de nat. Deorum.* Alias erroneas opiniones de prima societatis civilis origine, vide apud *Keck. in præcognit. syst. Polit. fol. 11. & 12.*

Materia † Reipublicæ sunt singuli homines in urbe de- 24.

 gentes. Ma-

gentes. Urbes siquidem sine hominum cœtu non potuissent neq; ædificari, nec frequentari. *Cic. lib. 2. offic.* proximè tamen & propriè sunt cives, in quibus Reipub. forma recipi nata est. *Aristot. lib. 3. Polit. c. 2. Piccolom. grad. 10. Philos. moral. c. 6.*

25. Forma, † administrationis est ratio, seu qualitas recta & proba, ac bonis legibus & consuetudinibus temperata. *Tholozan. lib. 1. de Republ. c. 1.* Etenim si hæc absit, societas per se hominum potiùs dicenda est conjuratio & ἀταξία seu confusio Reipubl. Magna siquidem Regna absque justitia, nihil aliud sunt, quàm latrocinia, *dicente Augustino.*

Forma.

26. Finis, † est conservatio societatis humanæ, ad verum decus & honestatem directa. *Bod. l. 1. c. 1. num. 3.* Alii finem constituunt duplicem: principalem, vel minus principalem.

Finis.

27. Principalis, † est publica honestas, sive felicitas Politica, quæ alias summum bonum politicum appellatur, & in publica virtutum moralium actione & exercitio consistit. *Keckerm. in præcognit. fol. 23. & in curs Philosoph. disp. 29. q. 4.*

28. Secundarius † eidem Keckermanno dicitur αὐτάρκεια, sive omnium bonorum affluentia, & splendor, *in præcognit. fol. 28.*

Francisco Piccolomineo grad. 10. Philos. moral. c. 14. finis Rei-
29. publicæ unus † est, ut congruenter gignamur, nutriamur, serve-
30. murque incolumes: alter † & postremus, ut benè vivamus. Unde
31. *Arist. lib. 3. de Repub. c. 6.* Respublicas appellat hominum † cœtus benè beatéque vivendi causâ sociatos. *Et lib. 1. de cura familiari* ait: Civitas est multitudo domorum, agris & pecuniâ, ut satis est abundans, ut benè vivamus. Quò pertinent verba *Ciceronis lib. 5. de Repub.* dicentis: ut gubernatori cursus secundus, Medico salus, Imperatori victoria: sic moderatori Reipub. beata civium vita proposita est, ut opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla, virtute honesta sit Respub. Hujus etiam operis maximi inter homines atque optimi illum esse effectorem volo.

32. Hunc tamen finem temerè † à definitione removet *Bodin. d. num. 3.* inquiens: Illud beatè vivere, si ad civitatis definitionem necessarium esse demus, nullus sit nisi cùm summa rerum omnium

omnium affluentia virtuti locus: honesta civitas, nisi placido mari secundis conspirantium ventorum flatibus impulsa feratur, &c.

Nam manifestum est, voculas † *bene beateq. vivere* de ipsa 33. virtutum actione perfecta, & omnibus numeris absoluta ab Arist. illis in locis accipi. Quæ non excludit bona † externa, sed 34. tanquam necessaria adjumenta & instrumenta, ad ejusmodi actiones commodè præstandas requirit, quibus qui destituti sunt, non possunt suam virtutem erga alios declarare. Unde *Arist. lib. 7. Polit. c.* 13. ait: ad honestè vivendum opus est rerum aliquâ copiâ. ejusque Interpretes *ad lib. Ethic. c.* 8. ad virtutis splendorem & perfectas actiones, præsertim morales, talia externa bona omninò necessaria esse existimant. Itemque *Seneca in lib. de vita beata cap.* 9. 21. & 32. ad Reipublicæ tranquillitatem & felicitatem non tantùm bonæ animæ, & naturæ, sed etiam fortunæ, corporis, aliaque quàm plurima exigit. Etenim ad liberalitatem exercendã requiruntur opes & facultates: sine quibus liberalis suam virtutem erga alterum exercere non potest. Ad fortitudinis actionem quis non necessaria dicet robur corporis, sanitatem, arma, & id genus instrumenta? Quis etenim Romanorum virtutem absque externa copia & affluentia rerum, aliisq; bonis externis emicuisse putabit? quâ ratione illorum Respublica contra varias turbas, invasiones, & diuturna bella conservata fuisset, absque corporis fortitudine, absque armis, absque abundantia pecuniarum, & aliarum rerum? Neque verò bona externa solùm adjuvant hac in parte felicitatem, sed etiam eam exornant, & splendiorem reddunt. *Theophilus Golius in comment. ad d. cap.* 8. *Aristotel. fol.* 38.

Non ergo essentia † vitæ beatæ in illis posita est, sed maxi- 35. mas commoditates ei affert. Et sic plura ad existentiam requiruntur, quàm ad essentiam, juxta tritum illud Philosophorum. 36.

Constitutionem Reipublicæ insequitur ejusdem † amplificatio. **Amplificatio Reipublicæ.**

Hæc vel † est naturalis, vel industrialis. 37.

Natu-

37. Naturalis † propagatione populi fit per legitimum matrimonium: quod ut principium urbis constituendæ, ita seminarium Reipub. amplificandæ & conservandæ. *Cic. lib. 1. offic.* & perpetuitatem humano generi largitur. Leo Imper. *Novell.* 26. immortalitatem artificiosè introducit Reipub. Justinian. *Novell.* 22.

38. Industrialis † rursus est vel voluntaria, vel coacta.

39. Voluntaria, † cùm sponte alienæ Reipub. homines tum sese tum sua aggregant, vel bonitate regionis, vel Regni libertate, vel quavis aura illecti: vel amicitiis, donationibus, testamentis, legatis, emptionibus, oppignorationibus, pactis, cessionibus, successionibus, nuptiis, dotibus, adoptionibus, unionibus seu incorporationibus, permutationibus &c. possessiones, ditiones, regna adjiciuntur. *Hippolyt. à Collib. in princ. c.* 35. *Boter. lib.* 8. *Pol. illust. c* 7. 8. 9. 10. *&* 11. *Schönborn. lib.* 2. *Polit. c.* 16. 17. 18. *Kirchner. de Repub. disp.* 15. *th.* 1. *ad lit. b.* Ita per voluntariam seu spontaneam exterorum subjectionem, Cyri imperium crevit. *Xenophon. lib.* 1. *Cyropæd.* & auctum est Romanorum: cùm plures existimarent, melius se sub eorum potestate vivere posse, quàm in sua libertate. *Liv. lib.* 4.

40. Ex testamento † populus Romanus Regno Attalorum est potitus. *Kirchn. de Repub. disp.* 4. *th.* 4. *ad lit. b.*

41. Ex Legato † Alexandri Regis Ægypti, Alexandriam & Ægyptum. *Cic.* 2. *Orat. Agrar. Schönb l* 2. *Pol. c.* 18.

42. Per modum emptionis † incrementum sumpsit Respublica Tigurina, quæ plus quàm Ducatum possidet, & ferè nil non, nisi justo emptionis titulo. *Stumpff. de Republ. Helvet.*

Eodem jure inclytam civitatem Ulmensem terras sibi adjecisse, notissimum est, & tradit *Bisoldus class.* 2. *disput.* 8. *thes.* 40.

43. Plurimi lege commissoriâ pignoris † principatus & ditiones retinuerunt (quam tamen asperitatem commissoriæ pignorum legis in imperio infirmavit Imper. Constantinus *in l.* 3. *C. de pact. pignor. & de lege commiss. in pign. rescind.*) ita Philippus Valesius Delphinatum quadraginta millibus aureorum; Beroënsem

sem Ducatum sexaginta millibus oppignoratum habuit. *Hippolyt. d. l.*

Per affinitates † & nuptias imperium propagarunt Tarquinius, Theodosius junior, Romanus Argyropolus, & alii. *Hippol. d. l.* Ubi etiam lectori ob oculos ponit familiam Austriacam, quæ Galliam Belgicam, Hispaniam, Lusitaniam, aliaque potentissima Regna dotis nomine accepit, *ex Francisco Taratta de Regn. Hispan.* 45.

Adoptione & arrogatione † multis successio est quæsita, inprimis Imperatoribus priscis Romanis, ut memorant Historici, *Sueton. Vopisc. Capitolin. & alij.* Sic Julius Cæsar adoptavit Octavium, Octavius Tiberium, Tiberius Caligulam, Claudius Neronem, Nerva Trajanum, Trajanus Adrianum, Adrianus primò Ælium Verum, quo mortuo, adoptavit Antoninum Pium, Antoninus Pius Marcum Antoninum Philosophum, natum ex fratre uxoris Antonini Pii, videlicet ex Antonino Vero. Adoptavit Antoninus Pius & Lucium Verum, quem fratrem suum adoptivum, Marcus initio sui Imperii collegam sibi fecit, eumque Cæsarem & Augustum nominavit. Ac primum tunc duo Augusti, pari potestate regnare cœperunt. *Jul. Capitolin. & Melanchton. lib. 3. Chron. Carion. in vit. M. Anton. Philosoph.* aliàs enim Cæsares Augustis minores erant, iisq; tanquam filii patribus subjecti. *Onuph. Panvin. in tract. de Comit. Imperator. c. 3.* Eodem nomine olim Regnum Neapolitanum Ludovico Duci Andegavensium à Johanna Neapolitana relictum. *Froissard. lib. 2. Hist. Gall. Bodin. lib. 6. de Repub. c. 4.* Relicta itidem tria Regna Aquilonaria, Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ, à Margareta Danici sanguinis Regina ultima, Erico Duci Pomeraniæ, & sororis Ingeburgæ filia Maria prognato, quem cum consensu procerum adoptavit, & illorum Regnorum heredem fecit. Anno 1408. *Sylv. in Europ. Alb. Crantz, lib. 10. Saxon. c. 26. & lib. 8. Daniæ, c. 1. David. Chytræ. in Chron. Saxon. lib. 4. fol. 115.* 46.

Regnorum † unio fit, quando ex pluribus oppidis exilioribus, unam magnam constituimus civitatem, quod consul is- 47.

ſimum judicatur à Politicis. *Bodin. num.* 389. exemplo Deſiderii Longobardi Regis, qui Viterbium ex tribus aliis erexit. *Rhenan. Beat. Antiquit. German. lib.* 2. aliorumque. *Bodin. d. l.* vel, quando Respubl. & Regna in unum concreſcunt imperium. *Bartholom. Muſcul. de ſucceß. anomala, part.* 2. *fol.* 7. *num.* 12. Quemadmodum etiam caſtra, jurisdictiones, feuda, &c. uniri dicuntur. *Weſenbec. conſil.* 1. *num.* 52. *& conſil.* 4. *num.* 105. Hancque unionis ſpeciem incorporationem vulgò vocant. Ita Anno 1607. Henricus IV. res Navarricas, cæteraſque ditiones, quas avitis patriiſque titulis poſſidebat, ſic Gallicis agglutinavit, ut impoſterum divelli nequeant. *Botereius Hiſt. lib.* 14. *fol.* 355. Sic etiam magnus Dux Lituaniæ, poſt amplexionem fidei Chriſtianæ & ſacrum Baptiſma Uladislaus vocatus, matrimonium contraxit cum Hedwigi Regina Poloniæ, magnumque Ducatum Lituaniæ, Samogitiæ, Ruſſiæ, Regno Poloniæ incorporavit, univit, diplomatibusque & jurejurando confirmavit. *Alexand. Ganguinus tom.* 1. *rerum Polonicarum, in vita Jagiel. Boterus in Coſmograph. part.* 2. *lib.* 1. *in deſcript. Regn. Polon.* Sic Scotia cum Anglia fuit unita, & ex univerſa Britannia unum imperium coadunatum. *Orat. Sereniſſimi Regis Britan. Jacobi VI. de Anno* 1603. 19. *Mart. Alberic. Gentil. diſput. Regia* 2.

48. Sed interdum † non unitur vel incorporatur, verùm devoratur per hanc unionem Regnum parvum à magno. *Beſold. claß.* 2. *diſp. Polit.* 8. *th.* 42. Hocque intuitu, inquit, Luſitani conjunctionem ſui Regni cum Caſtello ægrè tulerunt, nec adhuc hodiè æquo animo ferunt. Sic Norwegiæ Regni cum Danico conjunctionem, haud illi Regno prodeſſe dicunt. *Joh. Minor. in retorſione adverſus Petr. Parvum, cap.* 14. *fol.* 113.

49. Coacta † amplificatio fit jure belli: deditione nempe, vel expugnatione.

50. Jus autem † deditionis eſt, ut populus cum urbe, agro, aqua, terminis, delubris, rebusque omnibus in poteſtatem & deditionem victoris veniat: ſicuti formula deditionis *apud Livium Liv.* 28. oſtendit. *Forner. lib.* 4. *rer. quotid. c.* 24. auff Gnad vnd
51. Vngnad ſich ergeben. Durius † tamen erat *poteſtati* ſeſe & ſua victo-

victori dedisse: Lenius † verò *fidei*. In fidei enim deditos non li- 52.
cebat ullo modo sævire. *Liv. lib.* 42. *Greg. Tholozan. lib.* 11. *de Repub. cap.* 11. *num.* 7.



CAPUT III.

DE AUGMENTIS RERUMPUBLICARUM PER ÆDIFICIA ET NEGOTIATIONES.



AD industrialem Reipublicæ amplificandæ modum, de quo in cap. præcedenti egimus, spectat etiam ædificiorum † structura, operum tùm publi- 1.
corum magnificentia, tùm privatorum elegantia: nec non facultatum & negotiationum copia.

Hinc Augustus † moribundus fuit gloriatus, quòd è lateri- 2.
tia marmoream urbem fecisset, & singulari libro omnes facultates, bona, fortunas imperii complexus fuisset, *è Sueton. in vit. Aug. Kirch. de Repub. disp.* 15. *th.* 3. *ad lit. a.*

Ædificiorum † siquidem, publicorum inprimis, insignis 3.
structura & magnificentia, decus, ornamentum dignitatemque civitati maximam conciliat: quin etiam ob insigne artificium, aut utilitatem nõ exiguam in sui admirationem spectatores convertit *Boter. lib.* 3 *de Politia illustrium c.* 2 *fol.* 199. Unde Impp. Diocleт. & Maxim. lege caverunt, ne ornamenta civitatis in agrum transferrentur. *l.* 6. *C. de ædific. privat.*

Proindè alliciendi † subditi ad ædificia sibi condenda in 4.
omnibus Regni partibus, quò crescat Respub. & numerus subditorum magis magisque augeatur. Nam in multitudine populi

est gloria Regis, & cùm non est populus, est attritio principis, inquit Salomon.

5. Nec majorem † gloriam assequi Princeps poterit, *dicente Vegetio*, quàm si novas civitates fundando, aut ab aliis conditas amplificando in suum nomen transferat. Rectè illud observavit Alexander M. cùm in Ægypto urbem de nomine suo Alexandriam dictam conderet, eamque privilegiis amplissimam redderet, ut auctor est *Josephus*. Itemque Constantinus Magn. qui Byzantium, Thraciæ longè clarissimum; & maxime memorabile oppidum magnificè extructum atque munitum, Constantinopolin vocarit.

Quod si Princeps subditos ad amorem ædificiorum construendorum non possit pertrahere, suadet *Keckerman. lib. 1. system. Polit. c. 19. fol. 323.* ut advocet † aliundè colonias velut quasdam, ex iis nempe gentibus, quarum ingenia per naturam feruntur ad ædificia eleganter construenda. Hoc enim solidum & firmum est Respublicas provehendi munimentum, *Lips. lib. 4. Polit. c. 7. Schönborn. lib. 3. Polit. c. 5.* Et tandem addit *Keckerm.* utque tàm subditos suos, quàm exteros magis ad eam rem possit allicere, præbeat è publico materiam, ligna, calcem & ejusmodi alia, quæ ædificiis constituendis serviunt.

6.

7. Talem ædificandi † licentiam Serenis. Elector Palatinus concessit Belgis in extructione elegantissimæ urbis Francothalensis, & hodiè largitur in erectione propugnaculi & novæ urbis Manheimiæ inter Rhenum & Nicrum omnibus, larem fortunarum suarum ibi constituere volentibus.

8. Cùm igitur Turcarum † Dominus suis amorem condendorum ædificiorum non implantet, sed eorum ingenia sint aliena ab ædificiis, eaque nec libenter construant, nec si ab aliis benè constructa inveniant, sarta tecta cupiant servari, exinde ditiones Turcæ plurimæ manent vastæ & incultæ. Testatur enim *Auger. Busbeq. epist. 1. Turcica, & in aliis passim,* quòd non facilè in tota Turcia, quamvis magni, quamvis divitis viri paulò elegantius ædificium reperiatur, sed vulgò tuguria & casæ habitentur.

Contra

Contra verò videmus † Italiam, Germaniam superiorem 9.
& inferiorem altissimam esse, quia harum gentium ingenia stru-
cturis delectantur, & per naturam sunt architectonica. *Keckerm. d.
l. & in curs. Philosoph. disp. 31. q. 15.* cujus rei antiqui † Germani 10.
negligentiores cùm fuissent, *Tacit. de morib. German.* studuerunt
† Carolus M. Henricus Auceps, Ottones, & alii, ut Germaniam è 11.
cespitibus vetustis in dignum Imperio splendorem erigerent: quæ
nunc, teste ipsius etiam exteris, cæteras ferè omnes gentes urbium
magnitudine, multitudine & elegantiâ superat. *Kirchn. d. l.*

Princeps autem dum subditorum oblectamenta quærit, 12.
eorum † opes hirudinis instar exugere, atque ita ad desperatio-
nem adigere minimè debet. Itaque quærat quidem Princeps, qui
subditos oblectet, ita tamen, ne oblectationes illæ fortunis eorum
fraudi sint. Nam quò majus inde speratur emolumentum, hoc
subditi ad jussa sunt promptiores: Sublevat hoc ipsum gravami-
na, census imminuit, labores promovet: emolumentum autem
hæc omnia sopit, *Boter. d. cap. 2.*

Quare, ut ibid. monet, duo hic † vitanda sunt. Primum, ne 13.
omninò sint inutilia ædificia, quæ reprehensionem potiùs, quàm
laudem merentur: alterum, ne plus onerent, quàm ornent: & sic
subditi ad paupertatem ædificando perveniant. *Patrit. lib. 8. tit.
11. & Jun. part. 2. quæst. Polit. 66.* ubi *ex Plutarch. de divitiar. cu-
pidit.* citat illud de Megarensibus, de quibus dictum fuit: Eos æ-
dificare, quasi semper victuri: comedere, quasi altero die
morituri.

Luxus † itaque aberit. Magnificentia siquidem est virtus, 14.
quæ mediocritatem servat in magnis sumptibus faciendis. *Arist.
lib. 9. Ethic. ad Nicomach. c. 2.* Unde officium magnanimi præcipuè
consistit in eo, ut habeat scientiam & rationem decori in illis fa-
ciendis. *Colius in com. sup. d. c. 2.*

Hac de causa *Vincent. Castellan. lib. 3. de offic. Reg.* institu- 15.
tum Regum † Ægyptiacorum, qui subditos suos perpetuis labo-
ribus, & immensis sumptibus perpetuò gravârunt, in extru-
endis ingentibus Pyramidum molibus, ad quarum splendorem
& superbiam Romanorum fabricas & antiqua opera nullo

 modo.

manantium copia. Quorum primum & ultimum cives; Secundum, hostes, tertium, totius civitatis bonum commune spectat, ut vulgò Interpretes Aristot. notant. Et *Otho Melander in idea stud. Polit fol.* 34. urbem conditurus, inquit, tria potissimùm spectare & eligere debet. Primò, ut locus, in quo illam vult ædificare, sit saluberrimus. Secundò, ut fertilissimus. Tertiò, ut ad negotiationes & ad res bellicas maximè sit opportunus.

Salubritatem †, quod concernit, illa à duobus elementis, aëre & aqua, pendet. Ille enim in præcordia, hæc in viscera quotidiè missa vitam & spiritum humanum servant. Et ut aër spiritus vivaciores: ita aqua cibos salubriores & faciliores concoctu reddit. *Cas. lib. 7. Sphær. civit. c.* 11. 19.

Redduntur verò † vivaciores, reficiuntur & foventur spiritus tàm vitales, quàm animales, si aër sit purus & subtilis. At si sit crassus, cor ipsum, fons vitæ, suffocatur. *Galen. lib.*1.*de curanda valetudine, & de methodo medendi lib.*9.*cap.*14. 20.

Quia ergò purus requiritur aër: locus † excelsus erit saluberrimus, *dicente Vegentio. & Vitruvio de architect. lib.* 1. *c.* 4. non nebulosus, non pruinosus, regiones cœli spectans neque æstuosas, neque frigidas, neque paludibus vicinas. Locus siquidem eminens ventis est pervius, quibus aër purus redditur. *Thomas de Aquin. lib.* 7. *c.* 2. Ex locis tamen montosis admodum & asperis plus incommodi sentiunt incolæ, quàm ex iis, qui sunt in planitie. Nam facilior in his commeatuum est subvectio, è *Scalig. lib.* 3. *Poët. Schönborn. lib.* 1. *Polit. c.* 14. 21.

Et cùm cœlum † purius multum faciat ad sanitatem corporis, quæ in quadam temperie humorum consistit, consequenter etiam ad longitudinem vitæ. Nec solùm ad hanc, sed & ad ingenii alacritatem conducit. Nam in confesso est, eos ingenio magis præstare, qui cœlo fruuntur puriore, quàm qui crasso, ceu madenti. Quæ una res potissimùm effecisse creditur, ut Athenienses acumine ingenii multò præstiterint Thebanis. *Hieron. Cagnol. in lib. de recta Principis institutione c.* 61. *fol.* 80. 22.

Quodque ex influentiis † cœli singulæ Nationes suas inclinationes, mores & vires (non tamen necessariò, sed contingenter, 23.

ut

modo accedere, ait *Petr. Bellonius observat. 2. c. 42.* vehementer improbat, quamvis opera fuerint publica, tùm quia monumenta Regum erant, tùm quia ornamenta Regni. Quin insanam illam fuisse Regum Ægyptiacorum profusionem, non laudabilem magnificentiam concludit. Unam trecenta sexaginta hominum millia construxisse produntur. Erogata mille & sexcenta talenta in operarios duntaxat pro raphano, alliis & cepis. *Herod. lib. 7.* Et rectè *Plin. lib. 36. c. 12.* otiosam & stultam pecuniæ ostentationem esse dixit. Taxat etiam *Boter. d. l.* Colossum illum Veterum scriptis admodum celebrem. Notatur Claudius Imp. *apud Sueton. in vit. Claud.* quòd opera magna potiùs, quàm necessaria & utilia perficeret. Irridetur apud *Plin. d. lib. 36. c. 13.* domus aurea Neronis, quæ universam urbem cingebat. Ac ejusmodi irritus labor & conatus inanis in Isthmo Corinthiaco perfodiendo. *Xiphil. in vit. Neron.* De aliis ejusmodi nimis splendidis ædificiis, & septem miraculis mundi videatur. *Georg. Oeglerus in tr. de conservanda vera beatitudine cap 6. per discurs.*

Multò minus ergò, ex monito Politicorum, permittet Prin-
16. ceps, domos nimis † magnificas & sumptuosas à subditis extrui. Ad paupertatem enim ædificando multi perveniunt, cùm illustrium magnificentiam æmulantur. Quare provideat, ut monet *Lips. lib. 4. Polit. cap. 11.* de domibus subditorum, ne superbè nimis struant aut instruant: & signis, aulæis, aliisque operibus exornent, *ex Salust. ad Cæs.* Desipiunt enim illi, ut ait *idem*, qui omnia potiùs visenda, quàm semet efficiunt: qui divitias per omnes ædium angulos dissipant, tectaq; ipsa fulgentia habent. *Senec. de tranquill. animi cap. 1.* Nam, ut monet *Cicero de divinat.* Domus domino ornanda est, non dominus domo.

17. Jam de ratione & modo † constructionis alicujus urbis, an ad Orientem potiùs, quàm ad Occidentem, ad Septentrionem magis, quàm ad Meridiem sit ædificanda, est dispiciendum.

18. In situ † autem alicujus urbis quatuor spectantur, ut docet *Aristot. lib. 7. Polit. cap. 11.* 1. Salubritas aëris. 2. belli opportunitas. 3. civilium actionum expeditio. 4. aquarum stantium & manan-

manantium copia. Quorum primum & ultimum cives; Secundum, hostes, tertium, totius civitatis bonum commune spectat, ut vulgò Interpretes Aristot. notant. Et *Otho Melander in idea stud. Polit fol.* 34. urbem conditurus, inquit, tria potissimùm spectare & eligere debet. Primò, ut locus, in quo illam vult ædificare, sit saluberrimus. Secundò, ut fertilissimus. Tertiò, ut ad negotiationes & ad res bellicas maximè sit opportunus.

Salubritatem †, quod concernit, illa à duobus elementis, aêre & aqua, pendet. Ille enim in præcordia, hæc in viscera quotidiè missa vitam & spiritum humanum servant. Et ut aër spiritus vivaciores: ita aqua cibos salubriores & faciliores concoctu reddit. *Cas. lib. 7. Sphær. civil. c. 11.* 19.

Redduntur vero † vivaciores, reficiuntur & foventur spiritus tàm vitales, quàm animales, si aêr sit purus & subtilis. At si sit crassus, cor ipsum, fons vitæ, suffocatur. *Galen. lib. 1. de curanda valetudine, & de methodo medendi lib. 9. cap. 14.* 20.

Quia ergò purus requiritur aër: locus † excelsus erit saluberrimus, *dicente Vegentio. & Vitruvio de architect. lib. 1. c.* 4. non nebulosus, non pruinosus, regiones cœli spectans neque æstuosas, neque frigidas, neque paludibus vicinas. Locus siquidem eminens ventis est pervius, quibus aër purus redditur. *Thomas de Aquin. lib. 7. c. 2.* Ex locis tamen montosis admodum & asperis plus incommodi sentiunt incolæ, quàm ex iis, qui sunt in planitie. Nam facilior in his commeatuum est subvectio, *è Scalig. lib. 3. Poët. Schönborn. lib. 1. Polit. c. 14.* 21.

Et cùm cœlum † purius multum faciat ad sanitatem corporis, quæ in quadam temperie humorum consistit, consequenter etiam ad longitudinem vitæ. Nec solùm ad hanc, sed & ad ingenii alacritatem conducit. Nam in confesso est, eos ingenio magis præstare, qui cœlo fruuntur puriore, quàm qui crasso, ceu madenti. Quæ una res potissimùm effecisse creditur, ut Athenienses acumine ingenii multò præstiterint Thebanis. *Hieron. Cagnol. in lib. de recta Principis institutione c. 61. fol. 80.* 22.

Quodque ex influentiis † cœli singulæ Nationes suas inclinationes, mores & vires (non tamen necessariò, sed contingenter, 23.

ut

ut dicemus *infr. c. 6.)* cœli singulæ Nationes suas sortiantur, tàm Physici quàm Astrologi experimentis docent, quibus constat, sub Jove magnificos, sub Marte bellicosos, sub Luna molles, sub Mercurio dociles & inconstantes nasci. Hinc etiam Scythæ bellicosi, Hispani ingeniosi, Pœni leves, Græci mendaces, Ægyptii falsi & superstitiosi dicuntur. Si ergò privati affectus, quantò magis locorum mores à constitutione cœli fluunt? *Cas. lib. 5. Sphær. civit. c. 11.* ubi inculcat, quod ad benè administrandam Rempub. ratio influentis cœli sit habenda.

24. Palustrem † verò locum aversentur incolæ, vel maximè ob molestiam culicum ibi nascentium, nisi propugnaculum eodem loci habere velint. *Schönborn. d. c. 14.* Et quantum officiat locus depressior, humidus, paludibus & stagnis vicinus, vel sola docet experientia. Et inde enim nebulæ, vapores, & spiritus venenati bestiarum palustrium. *Vitruvius lib. 1.* Hinc Magistratus negligentiam & incuriam nostrorum temporum accusat *idem Casus d. c. 11.* itemque *Junius part. 2. quæst. Polit. 63.* dum non datur opera, ut civitates sint mundæ, non oblitæ fimo aut putredine animalium, vel olerum: Sed sæpè stagnis, sentinis, cloacis, sterquiliniis aliisque fecibus contagiosis aër & aqua sæpissimè inficiantur, quibus receptis cives non aliter, quàm veneno infecti, pestem concipiunt & exhalant.

25. Severis ergò † legibus hoc præcavendum scribit *Cas.* ut sordes civitatis longissimè ab ædibus, mœnibus, & portis in arva & agros exportentur; cùm nihil citiùs aut periculosiùs suffocet civitatem, quàm magna cadaverum & sterquiliniorum præ foribus & portis urbium accumulatio.

26. Et hæc de salubritate & commoditate loci, quæ etiam signis † & indiciis quibusdam indicatur & dignoscitur, quæ refert *Thom. d. c. 2. Cagnol. d. c. 63.* videlicet, si quæ ex terra nascuntur, sint benè picta & probè colorata: & reposita diutiùs maneant. Si pueri ibi multi & vivaces, ac senes multi reperiantur, si robusta corpora: ut contrà signum malum est, ubi mali coloris homines, aut deformes corpora debilia, membra exanimata, pauci pueri, pauciores senes inveniuntur.

Et

Ex prælibatis citra aërem inferimus cùm Philosopho & vulgo Interpretum, quod urbes † Orientem & Septentrionem versus salubriùs sint sitæ & constitutæ, quàm quæ Austrum Solisque Occasum spectant. Omnium verò saluberrimæ ad Orientem. 27.

Ratio assertionis est, quia Orientalium urbium situs à † cœlo, ventis, & aëre omnium benignissimam habet influentiam. *Caf. d. c. 11. Timpler. lib. 1. Polit. cap. 6. qu. 4.* Nam 1. ex parte cœli Sol reliquaque sidera orientia primam lucem primosque radios iis communicant, & sic vires suas in eas primùm effundunt. 2. Venti à Solis Ortu spirantes sunt saluberrimi, sicciores, ventilant aërem, vapores dissipant, temperant æstum, fovent vitales æstus præcordiorum. *Jun. d. qu. 63. Schönborn. dict. cap. 14.* Et sic aër ab Oriente redditur purissimus, quatenus à ventis & radiis Solis temperatur, & à crassis vitulentisque vaporibus purgatur. 28.

Hinc etiam *Jun. part. 2. q. 66.* monet, ut † fenestræ & portæ ædium ita sint extructæ, quò venti Orientales structuras illas ingredi valeant: & ut Sol unumquemque locum intrare queat: quia Sol aërem rectificat, *ex Avicenn. lib. 1.* utque loca sic extruantur & distinguantur, quò rebus ipsis asservandis accommodata sint: sicca tecta frumentum, frigida vinum recipiant: cœnacula reficiendis hominibus ita extruantur, quò æstate sint frigida, hyeme calida. 29.

Et eadem ratione astruunt, aquas † quæ ab ortu manant, esse saluberrima. 30.

Et sic patet, quòd urbes ad Orientem conversæ, & ad eos ventos, qui inde perflant, salubriores sint.

His secundæ & proximæ sunt urbes, quæ † Septentrionem spectant, à qua plaga mundi Boreas spirat. Ratio est, quia Boreales venti aërem quoq; purissimum reddunt, intusq; pulso naturali calore concoctionem faciliorem ac celeriorem efficiunt. 31.

Australes verò † & Occidentales venti, ceu crassiores & humidiores, alia his contraria effecta pariunt. *Caf. & Schönborn. loc. alleg.* 32.

Dabit quoque Princeps operam, ut ædificia in urbibus a-
33. pto † ordine disponantur, sic ut sit συμμετρία, concinna dispositio & forma singularum partium urbis: utque plateæ, sive viæ urbis ordinem suum certum habeant & justam quantitatem, sive latitudinem. *Keckerm. d. c. 19. fol. 320.*

34. In altitudine † quoque non peccandum Unde Imper. Trajanus legem ædificatoriam tulit: ne ædificiorum privatorum altitudo 60. pedes superaret: idque propter ruinas faciles, incendia damnosa, exitiosos sumptus. *Aurel. Victor. in Cæsarum epitome.*

Requirit etiam *Hieronym. Cagnol. de rect. princ. Instit. c. 65.*
35. *fol.* 87. Ut in construendis urbibus eligatur locus, qui † amœnitate habitatores delectet.

36. De structura † urbium peculiarem tractatum scripsit *Hippol. à Collib.* & de ædificiis publicis & privatis, quidque in iis observandum, est *liber* 8. *Cod. tit.* 11. *&* 12. multaque collegit *Schönborn. d. c. 14. th. 15.*

37. Aquæ † salubritas hominibus maximè quoque necessaria. Nam constat, plurimos, ut *Castellan. lib. 7. de offic. Reg. cap.* 9. inquit, quòd aquis malis usi fuerint, vel absumptos, vel male affectos esse.

38. Hinc veteres, ut est *apud Vitruv. lib.* 1. *cap.* 5. Oppida † aut castra stativa constituturi, pecorum, quæ ibi nascebantur, inspiciebant jecinora: & si essent livida aut vitiosa, (quoniam de aquæ vitio arbitrabantur) locum quàm primùm mutabant, quod statuerent, idem in humanis quoque corporibus metuendum esse.

39. Commendatur verò aqua à salubritate, quæ † motu est velocissima, aspectu limpidissima, pondere levissima, concoctu facillima. *Arist. d. c.* 11. *Patrit. lib. 7. tit.* 10.

40. Aquæ etiam & fluminum, maximè navigabilium, copia utilitatem † ac commodum insigne affert ob exportandi facilitatem, ut evehi possint, quæ supersunt, & advehi, quæ desunt, *idem Patrit. eod. lib. 7. tit.* 12.

41. Quod si aqua propria & naturalis desit, aqua pluva † cisternis

nis & receptaculis certis debet asservari, ita, ut deesse, si quando civitas obsideretur, nunquam possit. *Jun. d. q. 63. Meland. in idea stud. Polit. fol. 35. in fin.*

Non solùm autem salubritatis, verùm etiam † fertilitatis 42.
victusque ratio ineunda est in extruenda urbe. Nec enim commodè hominum multitudo cohabitabit, ubi victus copia non suppetit. Unde justè reprehensus est † Architectus Dinochares ab 43.
Alexandro M. quòd in condenda urbe Alexandria, quam in altissimo monte Athon collocari suadebat, rationem alimonii non perpendisset. *Plut. in vit. Alex.*

Duo tamen sunt † modi, quibus civitati potest rerum esse 44.
copia: unus, propter fertilitatem regionis omnia aliunde producentis, quæ humanæ vitæ requirit necessitas: alius, per negotiationis & mercaturæ usum, quò mediante necessaria vitæ diversis ex partibus adducantur.

Primus autem modus convenientior est: & dignior civi- 45.
tas, si rerum abundantiâ ex proprio † territorio fruatur, quàm si per mercatores abundet, cùm illud etiam sit securius, propter bellorum eventus, & diversa bellorum discrimina, quibus commeatus adportatio facilè impediri potest, ejusque defectu opprimi civitas, *Cagnol. d. tr. c. 64. fol. 84.* imò non major est via ad Regnorum amplificationem & conservationem, quàm si in rebus necessariis exterorum operâ & importatione quàm minimum indigeat, *Keck. lib. 1. system. Polit. c. 8. fol. 185.* Addit & hoc *Cagnol.* quod civitas hæc magis conducat, cui circumjacens † regio suffi- 46.
ciens sit ad necessaria vitæ, quàm illa, quæ necesse habet ab aliis per negotiationem accipere.

Rectè ergo tradit *Machiavell. in discurs. lib. 1. cap. 1.* vitandam esse loci † sterilitatem, & fertilissimum agrum in urbibus constru- 47.
endis deligendum: Ut in eo civibus numero auctis alimenta suppetant, potentiâque auctæ hujusmodi novæ urbes omnem externam vim propulsare queant.

Nec tantùm in loco civitati captando spectanda uberrima 48.
frugum gleba, sed etiam † pascua irrigua, sylvæ & nemora. *Kirchner. de Repub. disp. 13. auct. 6.*

49. Tertia opportunitas loci respicit actiones † civiles, seu negotiationes, & res bellicas, ut facilis sit civibus in aliena egressio, hostibus autem difficilis aditio, ac difficilis circumdatio, *Melandr. in idea stud. Polit. fol.* 33. Sic Alexander M. civitatem Alexandriam inter paludem & mare extruxit, & sic ipsâ naturâ loci munitam fecit, & dum positionem ejus elegit in vicinia portus Phari, negotiationibus & mercaturis exercendis reddidit idoneam, quoniam omnes illius vicos ita disposuit, ut omnes flatorum venti, qui anniversarii dicuntur, inspirarentur. *idem ibid.* Non enim ignoravit, maritima loca populosissimis & opulentissimis civitatibus constituendis lectiora, quàm mediterranea, *Kirchner. d. disput.* 13 *addit.* 7. ubi refert, idem judicium veteribus Wandalis fuisse, à quibus Balthicum littus pulcherrimus urbibus coronatum, quæ exiguis ab initiis ad summa culmina emerserunt, *ex Crantz. in Wandal.*

Ad alliciendos autem mercatores, magnâ curâ illis servan-
50. da † privilegia, nundinarum præcipuè tempore. *Hippolyt. à Collib. in pr. c.* 29. *fol.* 164.

Hic duæ illustres quæstiones discutiendæ se offerunt, quarum prima est: Utrùm ad † utilitatem, securitatem & tutelam civitatis & privatarum ædium, munitiones firmissimas extruere expediat?

51. **An munitiones extruendæ.**

Non desunt (in quorum censu est *Machiavell. lib.* 2. *comment. in Liv. cap.* 24) qui minimè consultum putant, civitates vallis, fossis, aquis & mœnibus cingere, his moti argumentis:

52. **Argumenta negantia.**

Primò, quòd propugnacula, fortalitia & castra effœminatos † reddant civium animos, iisque ignaviam & socordiam ingenerent, dum in illis salutis suæ præsidia collocant. Quare Panthoides Legatus in Asiam missus, ostendentibus sibi murum probè munitum: *Per Deos*, inquit, *ô hospites, bellum conclave mulierum! Plutarch. in Lacon.* Et Agis Rex Lacedæmoniorum, Archidami filius, cùm præteriret Corinthiorum mœnia, conspiceretq; vehementer excelsa munitaque, & in longum porrecta spatium: *Quæ sunt, ait, mulieres hunc locum incolentes?* innuens fortibus viris non esse opus mœniis. *Erasm. in apophtheg. lib.* 1.

Secun-

Secundò asserunt, non solùm securos, sed & faciles † fieri 53.
cives ad provocandum hostem: contemptum verò hostium magnopere officere.

Tertiò, subditorum † benevolentiam arcem munitissi- 54.
mam nonnulli esse dicunt: alii exercitatam juventutem. Sic Agesilaus Dux Lacedæmoniorum roganti cuidam, cur urbem muris non cinxissent Lacedæmones? probè institutam juventutem ipsorum esse nervos, muros & mœnia respondit. Idem responsum tulit Lycurgus civibus quibusdam percunctantibus, cur prohibuisset urbem cingi mœnibus? Quoniam, inquit, non caret mœnibus civitas, quæ non lateribus, sed viris cincta est. *Plut in Lycurg* Nec non Themistocles *apud Justin. lib* 2. testatur, civitatem non in ædificiis, sed in civibus positam esse Et hoc est, quod *Plato lib. 6 de legib.* ænea & ferrea magis, quàm terrea & lapidea mœnia extrui vult.

Quartò, sumptibus † ingentibus tam bellis quàm pacis 55.
tempore esse fovenda propugnacula: iisque interdum exhauriri ærarium, atque inde præcipitem esse gradum ad quodvis scelus.

Quintò, adducuntur exempla † eorum, qui imperiis maxi- 56.
mis, ac bellicis laudibus clarissimi fuêre, nec tamen arces aut oppida ulla munita habuêre. Ita Tartari ac Æthiopes belli gloriâ celebres, nullas omninò habent arces, nullas urbes: at ne oppida quidem vallo munita, sed ferè in tentoriis totam vitam agunt. *Alex. Sard. de mor. gent.*

Sextò notandum venit, quòd propugnacula certam † se- 57.
curitatem afferre nemini possint. Nam, ut ait *Cuspin. in vit. Maximiliani I* machinis & instrumentis bellicis turres dejiciuntur, muri solo æquantur, mœnia conquassantur, adeò ut nulla arx tam excelsa, tam munita sit, vel arte, vel naturâ, quæ tuta ab his consistere possit. Et *Jun. part. 2. quæst. Polit. 64. ex Machiavell.* vix urbes adeò munitæ reperiuntur, quæ diuturnam obsidionem, hoc præsertim tempore, ferre queant, quo nihil intentatum, inausumq; relinqui solet: & propter bellicarum machinarũ usum, quarũ impetũ arces, aliaq; loca munita sustinere diu non possunt. Quod ipsum testatur experientia † & veritas historica, civitas scil. 58.

 & ar-

& arces munitissimas tandem esse expugnatas, & eversas funditùs. Cui ignotum, Saguntum ab Hannibale, Athenas à Sulla, Hierosolymam & arte & naturâ munitissimam, *teste Josepho lib. 6. de bell. Judaic. cap. 6.* à Tito Vespasiano solo esse æquatam? Vude *P. Martyr. class. 4. loc. com. c. 16. f. 24* ita scribit: Principibus & populis observatione est dignum, miseros Israëlitas Deo irato, neque specus, neque arces munitissimas, neque cavernas juvisse. Quò etiam respicit Poëta, canens:

---- ---- Nam numine læso
Iratóq; Deo nec prosunt pacta, nec arces.

Quid de Ecbateni, Mediæ majestatis metropoli, dicam? ejus muri in altitudinem cubitorum triginta: turres verò in altitudinem cubitorum centū fuêre, ut *in lib. Judith. c. 1.* traditur. Hæc tamen omnia oppugnantibus non restiterunt. Babylon nullâ vi humanâ expugnari posse videbatur, nec tamen hostium vim & insidias propulsare potuit. Miraculis orbis annumerantur hujus civitatis muri, qui alti fuêre pedes ducentos, lati quinquagenos, in iisque via tam spatiosa, ut quadrigæ sibi mutuo occurrentes, pertransire facilè possent: Turribus trecentis fuêre exornati. Per ambitum stetêre centum portæ æreæ, omnes cum cardinibus. *Curt. lib. 5. Diodor. Sicul. lib. 2. Cæl. Rhodig'n. lib. 8. antiq. lect. c. 12.* Hanc portentosâ firmitate munitam urbem Cyrus astu Zopyri occupavit. Tantam ejus magnitudinem fuisse perhibent, ut cùm à Dario occupata esset, quidam ex civibus tertio primùm die captam rescîscerent.

Cernis ergo, & hoc veritatem sapere, quod ait *Marcus Tul-*
98. *lius actione in Verrem secunda:* Nihil est tam † sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ posset. Hac de causâ argenteis hastis pugnare jubemur in adagio, nato ab oraculo Apollinis Pythii, qui Philippo Regi Macedon. consulenti, quo pacto posset victoriâ potiri, respondit ad hunc modum:

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχȣ, καὶ πάντα νικήσεις.

Id est: *Argenteis pugna telis, atq; omnia vinces.* Videlicet, ut quosdam largitionibus ad proditionem sollicitaret, atque ita consecuturus esset, quæ vellet. *Erasm. Roterod. chil. 2. cent. 7. adag. 43.*

Post ipse Philippus dicere est solitus: nullam arcem esse tam munitam, quin capi possit, in quam modò asellus onustus auro posset ascendere. *Cicer. 1. epist. ad Attic. 13.* cui apophthegmati respondet illud quoque oraculum Alcameni & Theopompo Spartæ regibus datum: Tum demum vincendos esse Lacedæmonios, cùm aurum & argentum in pretio cœperint habere. Ex quo adagium natum:

Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea nihil.

Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ἑλοῖ, ἄλλο δ᾽ οὐδέν.

Una fames auri Spartam capiet subigetq;
Præterea nihil.

Erasm. Chil. 2. cent. 7. adag. 94.

Septimò asseritur, invitari † hoc modo hostes ad obsidionem diuturnam, eamque infinita secum trahere incommoda: interdictum esse civibus commerciorum usum; omniaque passim compleri populorum strage. 59.

Octavò, ipsos † cives ad ferendam obsidionem fieri obstinatos, cùm ignominiæ esse ducant, citiùs cum hoste pacisci, ut obsidione solutâ pacem urbi reddat: obstinationem istam non rarò solere ipsos cives in mutuas animare clades. 60.

Denique facit, quòd propugnacula & arces munitæ principi † adversus populum, & vicissim populo contra principem suspicionem & diffidentiam ingenerare, vel principi causam tyrannidis adversus subditos, & subditis ansam rebellionis adversus principem, quandoque etiam defectionis præbere possint. Qua de causa nec Reges Anglorum, nec Duces Moschovitarum rusticas domos ac prætoria turribus aut propugnaculis, ac ne vix 61.

quidem

quidem vallo muniri patiuntur, ne sit occasio rebellandi fossave. *Bodin. lib. 5. de Repub. c. 5. num* 559 *& num* 567. Ubi ab omnibus Orientis & Africæ regibus idem dicit institutum.

62. Pro munitionibus ex adversa parte tres † adferuntur rationes *ab Aristot. lib. 7. Polit. c. 11. & Johanne Caso in comment. super d. c. 11.* contra illos, qui urbium nuditatem sibi gloriæ ducunt. Prima, est *decus urbis*: Secunda, *salus civis*: Tertia, *terror hostis*.

Argumenta afirmantia.

63. Quid enim magis ad † honorem, ad splendorem, ad magnificentiam urbis facit, quàm mœnia celsissima, & turres artificiosissimè extructæ?

64. Salutem † quoque à mœnibus & castris sæpiùs dependere, negari nequit. Unum aliquod oppidum benè munitum, ac rebus omnibus necessariis instructum, ad tolerandam obsidionem, ad alenda militum præsidia, & ad sustinendam vim hostilem, donec ei subveniatur, maximum sæpè momentum toti regno ad salutem attulisse, & ingentes nonnunquam exercitus repulisse, illosmetipsos quandoque, qui obsidione urbem cinxerunt, fame, peste, frigore, morbis omnibus fuisse obsessos, cùm aliàs frequenter, tùm nostrâ patrumque memoriæ non semel cognitum est. *Reusner. lib. 2. art. stratagem. c.* 26.

In medium hîc adduco Romanum illud Capitolium, quòd cùm aliàs sæpè, tùm eo præsertim tempore, quo Brenno Duce, à Gallis capta Roma est, ne funditùs everteretur res Romana, obsistit. *Liv lib.* 5.

Vejos, urbem Hetruscorum munitissima decimo demum oppugnationis anno, & quidem non apertâ vi, sed in arcem actis cuniculis Camillus expugnavit. *Plutarch. in vit. Camill. Lucan. lib.* 1.

Tyrus Alexandri M. obsidionem sex integros menses pertulit, & ejus furorem retardavit, dum interim Darius ingentem exercitum conscripsit. *Curt. lib.* 4.

Constantinopolis, sedes quondam Imperatoria, Turcicam vim octo annos toleravit: quoad Tamerlane Duce Tartarorum legio-

legiones Bajazetem ab obsidione revocarunt. *Chalcacondyla lib. 3. Hist.*

Arzilla propugnaculum Regni Fessani annos septem impetum hostilem sustinuit. *Leo Afer lib. 3. Geograph. Hist.*

Novissimè Ostenda Flandriæ annos ultra tres. *Emanuel Meteranus in Polemographia Belgica.*

Et cui quæso ignotum, Viennam Austriacam superioribus annis universam nostram Germaniam à Turcarum violentia protexisse?

Quæ autem regiones munitis † oppidis destituuntur, uno 65.
vel altero prælio in hostium potestatem venêre. Quamobrem similia esse judicat *Arist.* civitatem non circumdare mœnibus, & regionem hostium incursioni primo statim ingressu perviam quærere. Est siquidem nudata mœnibus civitas, ejus invadendæ ac deripiendæ quædam illecebra.

Est quoque in civitatibus terror † hostis, timidiùs civita- 66.
tem aggredientis. Pulsavit olim Hannibal portas insignes Romæ, sed clausis repertis, citò à muris hostis discessit.

Ad hanc opportunitatem Tartari † sese tandem accom- 67.
modarunt, cùm ad improvisos hostium impetus sæpissimè imparati offenderentur.

Imò constat, urbes ac civitates propterea primùm extructas, post confirmatas muris fuisse, ut contra hostium † incursio- 68.
nes tutæ essent fortunæ, salva bona, libera & soluta à periculis. *è Plat. in Protagora, Vitruvio de Architectura lib. 2. c. 11. Bod. lib. 5. c. 5. Jun. d quæst. 64. in fin.*

Hinc muri † civitatum sancti habiti sunt. §. *sanctæ. 10. Inst.* 69.
de rer. divis. l. 8 § 2. ff. eod.

Accedit antiquissima gentium † consuetudo munienda- 70.
rum urbium ad hostium perniciem, ac salutem civium; cujus vestigia etiam in sacris extant. Sic Israëlitæ urbes munitas extruxerunt. *Num. 32 v. 16.* Pii quoque Reges in V. Test. multas urbes munitissimas in Juda ædificarunt. Sic Salomon. *2. Paralip. 8.* Sic Roboam. *2 Paralip 11 v. 5. & multis seqq.* Sic Asa. *2 Paralip. 14. v. 6, 7. 8.* Sic Josaphatus. *2. Paralip. 17. v. 2. 12. 19.* Sic Jeatamus.

N *2. Para-*

2. *Paralip.* 27. v. 3. 4. Sic Ezechias. 2. *Paralip.* 32. v. 5. Sic Manasses. 2. *Paralip.* 33. v. 14. Sic Nehemias, ut in historia ejus *Nehem.* 2. & 3. legitur.

71. Denique nec domus † ulla reperitur, quæ non parietibus, januis & similibus munita sit.

72. Etiam bestiæ † sua lustra & loca tutiora habent.

73. Aves † quoque in aptis ac securioribus locis nidos construunt *Greg. Tholoz. lib. 2. de Repub. c. 1.*

74. Ipsa † natura quasdam urbes paludibus, montibus & fluminibus munit. *Veget. lib. 4. de re milit. c. 1.*

Quamvis verò civitates ob incursiones hostiles, & furores
75. bellicos maximè muris cingendæ: tamen in extruendis † firmandisque munitionibus ac propugnaculis cavendum, ne miseri homines supra modum graventur, néve spes & fiducia omnis in eis collocetur. *Jerem.* 49. v. 4. & 5. *Daniel.* 4. v. 27 & *seq. Ægid. Hunn. tom.* 1. *disput. Theol. Marp.* 44. *de civili magistratu, th.* 65. Væ, inquit Dominus, qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut ponat in excelso nidum, & liberari se putat de manu mali. *Habacuc. cap.* 2. v. 9. Et si extuleris sicut Aquila nidum tuum inter sidera, illinc te detraham. *Abdiæ c.* 1. v. 4. Item: omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis, si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. *Naum c.* 3. v. 12.

Cautela.

Contra legitimum ergo usum munitionum non militant argumenta in contrarium allata.

Responsiones ad argumenta negantia.

Non enim officit, quod primo loco dicebatur, mœnia ignaviam, & exercitiorum militarium contemptum in civium animis
76. alere & fovere. Magistratus siquidem †, hanc socordiam per usum armorum & militares exercitationes ex civium animis expellet. *Meland in idea stud. Polit. fol.* 39. Imò credibile non est, arces ignaviam hominibus ingenerare. Notum lippis & tonsoribus, Romanos urbem & arcem munitissimam habuisse, eosdem tamen populos omnes animi robore & fortitudine superasse.

Quod secundo loco afferebatur ad provocationem hostium, adeoque ad ingenerandam audaciam muros civitatis facere, magis

magis ad † pompam & speciem dicitur, quàm ad rei veritatem. *Bodin. num.* 560.

Tertiò asserebatur, subditorum benevolentiam, & exercitatam juventutem esse instar arcis munitissimæ. Verum quidem hoc, quòd ænea †. & ferrea illa mœnia, ut vocat *Plato*, præferenda, interim terrea & lapidea non spernenda. Almacidas Dux Lacedæmoniorum rogatus, cur ipsorum urbs mœnibus non esset cincta, & ipse ostensâ juventute civitatis, respondit: quid opus est muris? muri hi sunt, hi sunt castra & mœnia civitatis. At paulò post Thebani, Ducibus Pelopidâ & Epaminondâ, Lacedæmonem obsessam expugnarunt, ipsum hanc Almacidam ceperunt, murosque istos nobiles, defectu murorum, nudos facilè superarunt. Salus profectò fuisset Lacedæmoniis, si muris circumscripti hostibus restitissent. *Cas. d. c.* 11. 78.

Quartum argumentum erat de erogandis sumptibus in fovendis & reparandis munitionibus. Ad quod aio 1. quòd sumptus necessitatis † & publicæ utilitatis causâ (ut hic) potiùs sint 79. impendendi, quàm in res ludicras & inanes, nemini insignem utilitatem præstantes. 2. quòd erogationes sumptuum tempore pacis, belli tempore utilitate †. compensentur. Nec enim tum 80. primùm, sed nimis serò, de ejusmodi rebus & mediis cogitandum. 3. quòd ut in re quavis, ità & hic modus † sit tenendus, ne ærarium 81. exhauriatur, juxta illud Poëtæ:

Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines.

Quinto loco adducta exempla Tartarorum & Æthiopum, nullas urbes & arces munitas habentium, nobis non † constituunt regulam, sed potiùs extant pro nostra sententia exempla contraria, eaque longè potiora & fortiora. 82.

Sexto argumento, quod docet, propugnacula securitatem nemini adferre posse, satisfacit cautela † paulò ante à nobis 83. proposita.

In reliquis argumentis adducuntur mala, pericula & incommoda, quæ munitiones importare queunt.

84. Respondeo verò, quòd illa sint † per accidens, non per se. Quare non obstat tyrannicus ille mœnium ad crudelitatem abusus. Hoc enim tyrannorum vitium est, non mœnium.

85. In † democratia tamen non præstat propugnacula, & loca munita condere, præter urbem ipsam, in qua sedes & domicilium popularis imperii collocatum sit: ne quis hostium vel etiam civium ac domesticorum imperandi cupiditate inflammatus, arces oppugnare, easque præsidiis obfirmare possit, unde popularis status conversio, aut etiam Reipublicæ eversio sequatur. *Bodin. d. c. 5. num. 566. Tholozan. lib. 2. de Repub. c. 3. nu. 4. 6. 7. Althus. in Polit. c. 32. fol. 467. edit. prior.*

86. Propugnacula autem † in limitibus, & intra regnum ac ditionem habere principem consultum est, tam contra subditorum rebellionem, quàm hostium incursionem. *Tholozan. dict. loc* Nec non *Hippolyt. à Collib. in princ. fol. (mihi)* 156. Princeps, ait, habeat propugnacula non solùm in imperio, ejusque finibus, sed & extra Imperii sui fines. In limitibus regnorum subditi hostium excursionibus sunt expositi, in civitatibus sunt status Reipubl. inimici, Ubique præsidium præbent propugnacula. *Althus. c. 28. fol. 390.* Potiùs tamen, inquit *Bocer. lib. 1. de bell. c. 15. num.* 10. munitiones in finibus extrui convenit, quàm in ditione, ut si qua externa vis hostium irrumpat, non intra ditionem, sed ex aliorum agris hostes oppugnare eas cogantur.

Propugnacula in Imperio & finibus habenda.

87. Requirit porrò quævis † munitio, ut commeatu, tormentis bellicis, præsidijs, robusto fortique milite, & quod caput rei est, Duce exercitatissimo sit instructa. Nulla autem munitio quantumvis satis munita, præsidiarios timidos, à quibus defendi debet, pugnaces & animosos reddit. Ubi verò præsidiarii sunt robusti ac animosi, quemvis locum, quantumvis alioquin etiam expugnatu facilem, defendere, vìmque hostium propulsare possunt. Sæpiùs experientia docuit, plurimas muniriones, quæ armis invictæ creditæ fuerunt, facilè ac parvo admodum negotio expugnatas esse: quod Principes nimis munitionum habitu & situ confisi, non satis prospexerint de cæteris necessariis. Quæ verba sunt *Johannis Boteri lib. 6. de Politia illustrium, c. 3 fol.* 382. & *lib.*

Munitio quæ requirat.

lib.10. c.1.fol.705. docet, quòd vel maximè Dux fortis † & animosus debeat esse. Cùm enim Alexandro M. nunciatum esset, quadraginta millia virûm in monte inaccesso, & ratione situs inexpugnabili delitescere sub Duce timido & meticuloso: certo certius sibi pollicitus est victoriam, ac si jam jam in manibus positam haberet: planè statuens, abjecto Ducis animo fore, ut ad montis claustra ac propugnacula ipsi contingat aditus, quod & brevi post factum. 88.

Nec solùm animosis; sed & fidis † hominibus munitiones, portarumque custodia erunt committenda. *Althus. dict. loc.* 89.

90.

Secunda quæstio est de jure † asylorum: An talia in civitate sint extruenda & permittenda?

An asyla constituenda? Rationes pro sententia affirmante.

Quòd sic, suadere videtur auctoritas juris divini & civilis: itemque consuetudo multarum gentium.

1. In jure divino † Deus ipse civitates & loca refugii constituit. *Exod. 21. v. 13. Num. 35 v. 10. & seqq. Deut. 4. v. 41. 42. cap. 19. v. 1. 2. 3. & Jos. cap. 20.* ubi sex ejusmodi civitates in terra Canaan fuêre destinatæ, ut essent asyla, ad quæ confugerant, qui fortuitum homicidium perpetrassent. 91.

2. In jure civili † est Constitutio Impp. Honorii & Theodosii. *l. 2. C. de his qui ad Eccles. confug.* quæ ita se habet: Fideii devotáque præceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere, sub hac videlicet definitione, ut si quisquam citra hanc legem venire tentarent, sciat se majestatis crimine esse retinendum. 92.

3. Fuit jus & usus asylorum apud † multos populos. sic Romulus urbis Romæ fundamentis tactis, asylum condidit: eóque omnibus confugiendi licentia fuit concessa: nec domino servus, nec debitor creditoribus, nec homicida magistratibus deditus. *Plut. in vit. Rom. Liv. lib. 1.* 93.

Triplici † enim olim hominum generi perfugium in asylis fuit, servis, obæratis, & maleficis. *Lips. in not. ad lib. 3. Annal. Tacit. fol. 94.* 94.

95. Apud Ephesios † securitatem tribuit templum Dianæ. *Halicarnassæ. lib. 4. antiq. Rom.*

96. Apud Athenienses † sepulchrum Thesei. *Plutarch. in vit. Thessal.*

97. Apud plerosque populos † & Deorum aræ immunitatem præbuêre. *Dn. Gerhard. in cent. quæst. Polit. decad. 8. quæst. 4.*

98. Verum enim verò ut ut usus aliquis asylorum esse possit, Cautelæ. cavendus † tamen maximè abusus, ut *idem Gerhard. ibidem* monet.

99. Et cùm plerisque in urbibus templa asylorum jura habeant, providendum, ne confluant eò homines qui ἐκ προαιρέσεως deliquerunt, quos punire Reipub. interest. *Sihonborn lib. 1. Polit. c. 14.* Neque enim meretur beneficium legis, qui contra eam delinquit. *c. fin. de immunit. Eccles.*

100. Imò lex † divina disertè præcipit: si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo avelles eum. *Exod. 21. v. 41.* Sic Adonias fugiens in tabernaculum Domini, tenensque cornu altaris, inde retractus legitur. *1. Reg. 1. v. 50. & seqq.* Sic Pausanias convictus proditionis, ad Chalciæcum Minervæ templum, quod Spartæ erat, confugiens, inclusus fame fuit enecatus. *Thucyd. lib. 1 Alexand. ab Alex. lib. 3. gen. dier. c. 20. Sleidan. de quat. Monarch. lib. 1.* Mater Alcithea, cùm muro fores obstruerentur, primum lapidem in ea obstructione locavit, *Melancht. lib. 2. Chron. Carion. in hist. de bello Xerxis.*

101. Neque lex † Imperatoria sceleratis delicti veniam concedit, etiamsi maximè ad terminos seu loca sanctorum & templa confugerint. Sic enim præcipit Imperator *in Novell. 17. c. 7.* Neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus, delinquentibus terminorum custodies cautelam: Sed etiam inde extrahes, & supplicium eis inferes. Non enim talia delinquentibus parcere competit, sed hoc patientibus: ut non talia à præsumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, sed læsis datur à lege: & non erit possibile utrumque tueri cautelâ sacrorum locorum, & lædentem & læsum.

Rectè

Rectè ergo Augustus † Cæsar, qui asyla à veteribus consti- 102.
tuta abrogavit, ne proposita immunitatis spes occasionem per-
petrandi facinora daret, ceu referunt *Sueton. & Dio in vit. August.*

Rectè Tiberius, † qui itidem asyla Græcorum lustravit & 103.
repurgavit, cùm templa Græcorum pessimis servitiorum comple-
rentur, eodem subsidio obærati adversum creditores, suspectique
capitalium criminum receptarentur. *Cornel. Tacit. lib. 3. annal.*
Ubi etiam C. Sestius in Senatu disputat, à Deo non nisi justas † 104.
supplicum preces exaudiri, neque quemquam in Capitolium,
vel alterius urbis templa perfugere, ut subsidio ad flagitia
utatur.

Qui ergo subsistet constitutio juris † Canonici, in quo 105.
Pontifices indifferenter omnibus, exceptis publicis latronibus,
vel nocturnis depopulatorib. agrorum, immunitatē largiti sunt,
& passim Ecclesias aperuerunt maleficis, etiamsi gravia maleficia
perpetraverint. *c. 6. de immunit. Eccles. caus. 17. c. diffinivit. 35. & c. id. constitu.mus. 36. quæst. 4.* Ecclesias etiam non consecratas.
c. 9. d. tit. de immunit. Eccles. Quid enim aliud est, Ecclesias † & 106.
alia loca sancta ad salutis aram ordinare, quàm ex domo *Dei & Orationis* facere speluncam latronum?

Quia igitur, ut canit *Ovid. 2. de Ponto*:

Confugit interdum templi violator ad aram,
Nec petere offensi numinis horret opem.

Statuimus nos; asylum refugis † nocentibus prorsus esse dene- 107.
gandum, omnemque aditum præcludendum: licet iis, qui casu Determinatio.
aut per industriam in aliquod infortunium malumque incide-
runt, concedendum siet.

Quod verò jure divino civitates refugii apud po-
pulum Israeliticum fuerint constitutæ, res est expedita & fa-
cilis.

Nam homicidis involuntariis † & casuariis, qui no- 108.
lentes

lentes occidissent, illæ patebant, & immunitatem largiebantur,
donec ipsorum causa fuisset judicata, ut expresse indicatur in loc.
sup. alleg. sic etiam in jure civili, honestatis ratione & humanita-
109. tis intuitu servis ob intolerabilem † sævitiam dominorum ad æ-
dem sacram, vel ad statuas principum confugere licebat. §. *sed &*
major. Inst. de his qui sui vel alien. jur. sunt.

Sublatis igitur asylis, utpote quæ scelerum impunitatem
alunt & spondent, consequenter etiam exterminamus cum *Her-*
manno Kirchnero disp. 17. de Repub. th. 1. ad lit. b. Macedonicam
110. Poneropolin † Philippi, quæ omnes perditos & sceleratos bipa-
tentibus portis invitabat.

111. Repellimus item Henrici Aucupis † Hasiganos: scilicet
furum, latronum, furciferorumque capitis damnatorum mani-
pulos, quos spe meliori vitæ in suburbia civitatis Mersburgensis,
criminum abolitione factâ, militiæ Sacramento adstrictos, armis
& agris donatos Imperator recepit, ut adversus hostem excuba-
rent. *è Ciria Chron. Querf.*

112. Miseros verò † & afflictos recipimus, imitatione Herois
incomparabilis canis Scaligeri, qui cùm in amplissima ista fortu-
na viveret, ut inter Italos PP. singularis penè esset, tria habuit pa-
latia, quæ erant aureis literis inscripta: *Bonæ spei pro Principibus.*
Apud Pontifices si in offensam Cardinales venissent, asylum &
adumbraculum habebat, quod appellabatur *Paradisus.* Pro lite-
ratis *Umbraculum Musarum*, ibi tanquam in viridario & paradiso
tractabantur. Digna certè hoc cane virtus!

113. Pariter & olim Romani † defensione nihil dignius, nihil
114. gloriosius ducebant. Quod perperam imitari tyrannum † Tur-
cicum perhibet *Kirchner. d. l. ad lit. d.* qui se portum & asylon
omnium oppressorum inscribit. *Sorant. in Otton.*

Devolvimur nunc ad augmentum Rerumpublicarum per
115. † negotiationes.

116. Ex his verò multum † Reipublicæ accedere accrementum,
non opus est multis probatum dare, cùm vel experientia satis lo-
quatur, quantum sæpè unius opificii celebritas & industria in ea
augenda possit. In Gallia civitas Tolerana decem millia homi-
num

Negotiationibus multum Respublica crescit.

num lanæ & serici texturâ sustentat. *Hippolyt. à Collib. in princ. c.* 34. Et quis adeò hospes in Germania nostra, qui vel unius civitatis Hamburgensis ex mercatura nesciat amplitudinem, & multitudinem populi?

Metallicorum † studiorum felicitate urbes & oppida florentissima, quæ olim nulla erant, in Misnia & aliis ditionibus Germaniæ nata. *Kirchner. de Repub. disp.* 15. *th.* 1. *ad lit. g.* ubi refert ex *Albino part.* 3. *Chron. Metall.* intra 79. annos ex una Snebergensi fodina per decimas duntaxat & prærogativas mallei signatorii, vulgò Schlegschatz/ in ærarium Saxonicum pervenisse 4118. myriadas, sive, ut hodiè loquimur, tonnas auri. 117.

Metallicis studiis urbes florentissimæ redditæ.

Hic quæritur: An negotiatio † ex mercatura sit licita & laudanda? Mercatura enim perniciosa † & inofficiosa à viris non quintæ classis prædicatur: *à Platone in lib. de legib. & Aristotele lib.* 7. *Polit. c.* 9. virtutibus inimica, scilicet propter negotiatorum mendacia, perjuria, fraudes: quòdque ad lucrum vel turpiter faciendum proniores sunt, ut loquitur Paulus JC. *l.* 44. *§.* 1. *ff. de ædilit. edict.* Hinc est illud *Ecclesiast. cap.* 26. *vers. ult. & cap.* 42. *v.* 2. Mercator & institor vix cavere possunt à peccato. Ejiciens Dominus vendentes & ementes de templo, significavit, quia homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere. Et ideò nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, projiciatur de Ecclesia Dei, ut ait *Chrysostom. homil.* 38. *ad cap.* 21. *Matth.* & habetur transsumptivè *in c. ejiciens. XI. dist.* 88. Nec non *Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum*: Negotiatorem clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. *cap. negotiatorem.* 19. *ead. dist.* 118. 119.

An mercaturæ sit legitimus acquirendi modus. Sententia negantium.

Nec modò perniciosa, sed & sordida, † homineque liberali indigna dici meretur mercatura *ab Aristotel. lib.* 1. *Polit. c.* 6. & *Cicer. lib.* 1. *offic.* his verbis perstringitur: Illiberales & sordidi sunt quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Ea de causa Romæ quæstus omnis patribus indecorus est visus, *Liv. lib.* 1. 120.

121. Affirmantium probatur. Verùm pro legitimo mercaturæ usu affertur in contrarium, quòd illa non tantùm civitatibus † utilis, sed etiam honesta sit: nec solùm honesta, verùm etiam necessaria. Quid enim, inquit *Bodin. lib. 3. de Repub. c. 8. num.* 359. Si solo tam sterili condita sit civitas, aut loco posita, ut in ea non modò non commodè vivi, sed ne vivi quidem possit? cujusmodi Athenas fuisse accepimus: qualis etiam est Limogea Gallorum, Norinberga Germanorum, ipsiusque maris mediterranei decus Venetiæ: quæ quatuor civitates sine mercatura, nunquam tales tantæque extitissent.

122. Cùm igitur uni † regioni, perinde ut nec uni homini, Deus non det cuncta, juxta illud *Ovidii*:

Nec tellus eadem parit omnia, vitibus illa
Convenit, hac oleis, hic benè farra virent.

Itemque *Virgilij lib. 1 Georg.*

Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ.

Defectus iste rerum, quâ sumus indigi, importatione à mercatoribus suppletur. Unde conferuntur pedibus in corpore humano, qui reliquis necessaria transferunt, *è Tholozan. lib. 4. de Repub. c. 2. Dn. Gerhard. in cent. quæst. Polit. decad. 9. q* 8 Ubi simul mer-
123. caturam licitam dicit, si ad † finem honestum dirigatur: si ad sustentationem familiæ, pauperum, Reipublicæ. Si lucrum habeat moderatum, si fiat sine mendaciis & perjurio, sine impostura & injuria, *è Szegedin. in locis tab. de mercat.* sic etiam *Aristotel. d. c.* 8. turpem ac sordidam illam mercaturam vocat, quam odiosi fœneratores profitentur, qui non ad victum, sed ad quæstum, sed ad augmentum pecuniæ (cujus nullus est modus) suas res omnes locant & nundinantur. Isti sunt voraces quasi corvi in Repub. & quasi lupi insatiabiles, quorum sitis non extinguitur, quorum hydrops nullis curatur herbis aut medicinis. *Cas. in comm. ad d. c. 6.*

124. Stet igitur sententia: quòd mercatura sit legitima & probanda, si † civibus sit necessaria, aut certè utilia advexerit, & inutilia

utilia evexerit. *Plat. de legib.* Addit *Cicer. lib.* 1. *offic.* si magna sit & copiosa, inquiens: Mercatura si tenuis est, sordida putanda est: si magna & copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda. Et sic ex albo sordidorum hominum eximit eos, qui uberem & quæstuosam, non qui tenuem exercent mercaturam. *Bod. d. l.*

Adde, quòd Deus † ipse legitimum mercaturæ usum ap- 125.
probet, dum præcipit, ut statera justa, & æqua sint pondera, justus modius. *Levit.* 19. *v.* 36.

Mala ista, quæ mercaturæ insunt, per accidens † fiunt, non 126.
ex natura mercaturæ, sed ipsi mercaturæ, quâ est legitimus modus acquirendi, tribui non debent.

****

Caput IV.
DE CAUSIS REMPUBLICAM CONSERVANTIBUS.



Conservatio † Reipublicæ non minoris, imò 1.
majoris est virtutis, quàm acquisitio. *Arist. lib.* 5. *Polit. c.* 6. & Poëta:

Non major est virtus, quàm quærere, parta tueri.

Conservantur autem imperia † non solum virtute, indu- 2.
striâ, potentiâ, & c. mortalium, sed inprimis divinâ gratiâ. Nam, ut scribit *Waremundus ab Erenberg lib.* 1. *de fæder. cap.* 1. *num.* 22. providentiâ Dei immotâ & in minutissimas res intentâ regitur mundus, mundi regna, mundana omnia, & mortalium consilia.

Inter illa verò, quæ humanam industriam attingunt, ad
3. conservationem Reipub. plurimum facit † ærarium, cujus maxima est necessitas. Reipublicæ enim nervi in pecunia consistunt. *Dion. in Vespas.* Quod temerè impugnat *Machiavell. lib. 2. discurs. de Repub. c.* 10, cujus rationes excutiemus *infr. lib.* 3. *c.* 4. ubi de requisitis bellicis sumus acturi: & simul demonstrabimus, quàm noxium fuerit institutum Lycurgi, qui suos ærarium habere noluit.

Ærarium.

4. Septem † autem genera conficiendæ publicæ pecuniæ, quibus cætera continentur, recenset *Bodin. lib.* 6. *de Repub. cap.* 2. *circa pr. Arnisæ. lib.* 2. *doctr. Polit. c. ult. à fol.* 558. *ad fol.* 567. *Hippol. à Collib. in princ. c.* 33.

Septem genera augendi ærarii.

5. Primum † ex agris publicis est, quo genere nullum certius aut honestius videtur Bodino. Sic Romulus agrum Romanum in tres æquas partes divisit: quarum unam sacris faciendis: secundam Reipublicæ oneribus subeundis; tertiam hostibus assi-
6. gnavit. *Dionys. Halicarnassæ. lib.* 2. Huc pertinet thesaurus † in fiscali loco, vel publico, vel civitatis repertus, qui dimidius inventoris, & dimidius fisci, vel civitatis esse debet. §. *thesauros* 39. *Inst. de rer. divis. l.* 3. §. 10. *ff. de jure fisci.* Ad fisci divitias Fridericus
7. Imp. etiam refert † vias publicas, flumina navigalia, portus, ripatica bona vacantia, &c. *in cap quæ sint regal.*

Agri publici.

8. Secundum genus † ex hostium spoliis est: ut quæ bellis exhausta sunt, sarciantur: Ita ærarium Romanorum locupletissimum redditum est, cùm publicæ pecuniæ captarum urbium inferrentur, *teste Livio lib.* 9. dicente: Omne argentum in ærarium conditum. Æris gravis CCCXC. millia pondo in ærarium intulit Carvilius Consul. Devictorum ergo tributis constabat, ut nullâ extraordinariâ collatione fuerit opus usque ad bellum ci-
9. vile: *Plutarch. in vit. Æmil.* Res immobiles, † ut agri & prædia ex hostibus capta, publicantur, & fisco, seu principi, qui bellum indixit, applicantur. *l. si captivus.* 20. §. 1. *ff. de captiv. & postlim. reverf.* quâ de re latiùs sumus dicturi. *infra. lib.* 3.

Hostium spolia.

10. Tertium, † in amicorum donationibus, ac legatis versatur,

tur, quo nihil incertius aut rarius, cùm pauci nunc reperiantur, qui principibus testamento legare velint. *Bodin.* olim † vero ex testamentis amicorum, magnam pecuniæ summam acceperunt Augustin. *Betsius de pactis famil. c. ult. fol. 732.* Et principes, quibus † dignitas minus cara erat, ab omnibus omnia legata capere, tyranni etiam extorquere non erubuerunt. *Bodin.* Augustus † verò in accipiendis legatis promptitudinem correctam voluit. *Sueton. in ejus vit.* Objecit enim *M. Tullius Philip.* 2. Antonio, quòd quorumvis hominum hereditates adjecerit. Minoribus † tamen Principibus, & civitatibus inopiâ laborantibus probro dari non debet, si à potentissimis Principibus quid accipiant. *Bodin. num.* 646. cùm & Ptolomæus Cyrenensium, Attalus Asiæ, Eumenes Pergami, Nicomedes Bithyniæ, Coctius Alpium, Polemo Ponti Reges, populum Romanum heredem fecerint, amplissimaque regna nullâ vi quæsita legarint. *Flor. in epit.* Turcis † morosè petere rubori est, sed quod ultrò offertur, posthabitâ verecundiâ recipiunt. *Menavin. Genuens. in relat. Turc.* Sed nemini vacuis manibus † ad Turcicum Imperatorem patere aditum, cùm magnificentiæ id tribuant, quòd immensam secum trahit utilitatem, è Lazar. Soranzio, & Achill. Traducio refert *Besold. class. 2. disput. Polit. 4. th. 4.* Ubi simul tradit, ærarium in Turcia ferè constare ex donariis, quæ ab aliis principibus, potissimùm Christiani, dentur: tum etiam à suis subditis atque servis. Rex quoque † Æthiopum (qui Negus appellatur) quod sponte suâ offerunt subditi, accipere solet, sed indignum majestate putat quicquam petere. *Franciscus Alvaresius in Æthiopica Historia.*

Amicorum donationes, & legata.

11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.

Quartus modus † augendi ærarium est in sociorum pensionibus: cùm annua pensio vel à clientibus, vel à sociis civitatibus ex fœdere percipitur, ut si bellum ab hostibus inferatur, militem sociis imperare liceat. Qui enim à Principe, vel Republica † tutelâ & patrocinium expectant, pro labore & onere ut vicissim aliquid cõferant, æquitas suadet. Ita Romani, quàvis victoriâ sæpè essent contenti, ut ait *Flor lib. 3. c. 2.* pensiones tamen devictis hostibus soliti sunt imperare. Hodiè Reges Galliæ annua mille

18. Sociorum pensiones.
19.

aureorum ex fœdere dependere consueverunt Helvetiorum & Rhetorum civitatibus, eâ lege, ut Reges Galliæ exercitus imperare, & auxiliaribus eorum copiis uti ad imperii sui tutelam, prætoriasque cohortes ad corporis obsequium & custodiam inde conscribere possint. *Bodin. lib. 6. de Repub. c. 2.*

20. Mercatura. Quintus † consistit in mercatura, abundanti scilicet & quæstuosa, quæ à Regibus & Principibus nonnullis, suo vel alieno nomine usurpata legitur, & nunc etiam usurpatur. Hoc genus rarius esse, ac Principe minimè dignum, sentit *Bodin. num. 650.* Ex sententia tamen *Johannis Ecteri lib. 8. de politia illustr. c. 14.*

21. *fol. 557.* tribus modis sine existimationis † jactura Principi in commerciis tractandis versari licet: primùm, cùm privati in bonis tantum non habent, ideoque aut nimiæ impensæ, aut viæ hostibus infestæ, aliave rationes à negotiationibus abstinere cogunt. Sic Reges Portugalliæ commercia in Æthiopia & India classe instructissimâ armatâque manu negotiationes restauratas hactenus magnâ sui laude & existimatione huc usque continuarunt. Jam verò, inquit, in confesso est, quæcunque Regis virtutem ac potentiam requirunt, sive ad bella, sive alia quævis, famæ Principis non obstare. Secundò, si nimis lucrosa essent commercia, & quibus subditi nimium ditarentur. Sic, ait, triremes publicas veneti amandant allatum aromata: quæ Alexandriæ primùm coëmpta, deinceps verò in Anglia, Flandria, atque alibi magno Reipublicæ bono venduntur. Ecquis verò Regi minus decorum in divitiis, quæ Regi conveniunt, legitimis mediis inhiare ausit asseverare? Tertiò, cùm commercia illa publicam salutem spectant. Sic nonnunquam potentiores Principes extremâ annonæ difficultate pressis subditis, aliunde frumenta coëmi, deinceps verò subditis vendi in distribui curarunt, non sine maxima in vasallos beneficentiâ. *Hæc Ecterus d. loc.*

22. Sextum genus † est antiquissimum & usitatissimum, ex ve-
Vectigalia. ctigalibus earum rerum, quæ aut evehuntur aut invehuntur. Ve-
23. ctigalia † siquidem Principum ac Rempublicam nervi sunt. *Thucyd. lib. 2. de bell. Peloponnes.* & refert *Ulpian. in l. 1. §. 10. ff. de quæst.* itemque *Cicer. in epist. ad Quint. Fratr.* Hæc vectigalibus impe-

imperium nullo modo retineri potest. Quod latiùs demonstrat *Zacharias* Friedenreich *in Polit. c.* 17. Hac de causa cùm Nero vectigalia omittere statuisset, Senatores impetum ejus cohibuerunt, dissolutionem imperii docendo, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminuerentur. *Tacit. lib.* 13. *annal.* Unde hoc jus exigendi vectigalia à Friderico Imperatore *lib.* 2. *feud. tit.* 56. inter regalia seu reservata Imperatoris ponitur: & fiscum augere à Feudistis dicitur. de quo ex professo acturi sumus inf. sub septimo capite majestatis.

Septimum † ex subditorum tributis habetur. Quod si enim vis aliqua major inopinatò Rempub. oppresserit, tunc demum cives ærario succurrere oportet. Id enim justissimum est, quod necessarium: & pia illa, quæ civibus imperantur tributa, sine quibus civitas ipsa funditùs sit interitura, ut sunt verba *Bodini d. c.* 2. *num.* 654. quo loci meritò illud improbat, quòd tributa subditis difficilimo belli tempore imperata, confecto bello sæpiùs continuantur. 24. Tributa.

Et hi sunt regulares modi acquirendi pecuniæ publicæ, & augendi ærarium.

Conducit & inprimis juventutis † recta institutio. Ut enim in semente posita spes messis est: ita totius reliquæ vitæ exspectatio ab educatione pueritiæ pendet. *Anton. Muret. orat.* 2. Qui itaque non rectè instituunt ac erudiunt liberos, non solùm liberis, verùm etiam Reipublicæ † faciunt injuriam. *Cicer. act.* 5. *in Ver.* inde verè dictum *à Diotogene Pythagor.* Fundamentum totius Reipublicæ esse adolescentum educationem: perinde ut hortus pereat necesse est, nisi olitor antequam arbores marcescant, novellas inserat, quarum luxuriantes, surculos præscindat, distortos corrigat, vitia emendet. *ex Plat. Lang. lib.* 3. *epist.* 6. 25. Juventutis institutio. 26.

Non solùm autem domesticæ educationi oculus admovendus, sed & publicis † institutionibus in Scholis, Gymnasiis, Academiis, quas Reipub. impendiis extrui, stipendiis foveri & servari oportet. *l.* 6. *C. de profess. & Medic.* 27.

Publica † verò institutio privatæ semper anteferenda. 28.
Fab.

aureorum ex fœdere dependere consueverunt Helvetiorum & Rhetorum civitatibus, eâ lege, ut Reges Galliæ exercitus imperare, & auxiliaribus eorum copiis uti ad imperii sui tutelam, prætoriasque cohortes ad corporis obsequium & custodiam inde conscribere possint. *Bodin. lib. 6. de Repub. c. 2.*

20. Mercatura. Quintus † consistit in mercatura, abundanti scilicet & quæstuosa, quæ à Regibus & Principibus nonnullis, suo vel alieno nomine usurpata legitur, & num etiam usurpatur. Hoc genus rarius esse, ac Principe minimè dignum, sentit *Bodin. num. 650.* Ex sententia tamen *Johannis Leuri lib. 8. de politia illustr. c. 14.*

21. *fol. 557.* tribus modis sine existimationis † jactura Principi in commerciis tractandis versari licet: primùm, cùm privati in bonis tantum non habent, ideoque aut nimiæ impensæ, aut viæ hostibus infestæ, aliæve rationes à negotiationibus abstinere cogunt. Sic Reges Portugalliæ commercia in Æthiopia & India classe instructissimâ armatáque manu negotiationes restauratas hactenus magnâ sui laude & existimatione huc usque continuarunt. Jam verò, inquit, in confesso est, quæcunque Regis virtutem ac potentiam requirunt, sive ad bella, sive alia quævis, famæ Principis non obstare. Secundò, si nimis lucrosa essent commercia, & quibus subditi nimium ditarentur. Sic, ait, triremes publicas Veneti amandant allatum aromata: quæ Alexandriæ primùm coëmpta, deinceps verò in Anglia, Flandria, atque alibi magno Reipublicæ bono venduntur. Ecquis verò Regi minus decorum in divitiis, quæ Regi conveniunt, legitimis mediis inhiare ausit asseverare? Tertiò, cùm commercia illa publicam salutem spectant. Sic nonnunquam potentiores Principes extremâ annonæ difficultate pressis subditis, aliunde frumenta coëmi, deinceps verò subditis vendi in districtui curarunt, non sine maxima in vasallos beneficentiâ. [illegible]

22. Sextum genus † est antiquissimum & usitatissimum, ex vectigalibus earum rerum, quæ aut evehuntur, aut invehuntur. Vectigalia. Vectigalia † siquidem Principum ac Rerumpublicarum nervos esse,

23. *[illegible] d. lib. 2. c. [illegible]* & scribit *Ulpian. in l. 1. §. 10. ff. de quæst.* itemque *Cicer. in epist. ad Quint. Fratr.* sine vectigalibus impe-

imperium nullo modo retineri potest. Quod latiùs demonstrat Zacharias Friedenreich in Polit. c. 17. Hac de causa cùm Nero vectigalia omittere statuisset, Senatores impetum ejus cohibuerunt, dissolutionem imperii docendo, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminuerentur. Tacit. lib. 13. annal. Unde hoc jus exigendi vectigalia à Friderico Imperatore lib. 2. feud. tit. 56. inter regalia seu reservata Imperatoris ponitur: & fiscum augere à Feudistis dicitur. de quo ex professo acturi sumus inf. sub septimo capite majestatis.

Septimum † ex subditorum tributis habetur. Quod si enim vis aliqua major inopinatò Rempub. oppresserit, tunc demum cives ærario succurrere oportet. Id enim justissimum est, quod necessarium: & pia illa, quæ civibus imperantur tributa, sine quibus civitas ipsa funditùs sit interitura, ut sunt verba Bodini d. c. 2. num. 654. quo loci meritò illud improbat, quòd tributa subditis difficilimo belli tempore imperata, confecto bello sæpiùs continuantur. 24. Tributa.

Et hi sunt regulares modi acquirendi pecuniæ publicæ, & augendi ærarium.

Conducit & inprimis juventutis † recta institutio. Ut enim in semente posita spes messis est: ita totius reliquæ vitæ exspectatio ab educatione pueritiæ pendet. Anton. Muret. orat. 2. Qui itaque non rectè instituunt ac erudiunt liberos, non solùm liberis, verùm etiam Reipublicæ † faciunt injuriam. Cicer. act. 5. in Ver. inde verè dictum à Diotogene Pythagor. Fundamentum totius Reipublicæ esse adolescentum educationem: perinde ut hortus pereat necesse est, nisi olitor antequam arbores marcescant, novellas inserat, quarum luxuriantes, surculos præscindat, distortos corrigat, vitia emendet. ex Plat. Lang. lib. 3. epist. 6. 25. Juventutis institutio. 26.

Non solùm autem domesticæ educationi oculus admovendus, sed & publicis † institutionibus in Scholis, Gymnasiis, Academiis, quas Reipub. impendiis extrui, stipendiis foveri & servari oportet. l. 6. C. de profess. & Medic. 27.

Publica † verò institutio privatæ semper anteferenda. 28.

Fab.

didicerunt privatim, qui tamen summæ eruditionis laudem fuère assecuti. *Diodor. Sicul. lib. 2.*

Et in monumentis historiarum occurrũt exempla † Impp. qui ipsi suos informare non sunt veriti. Sic Cæsar Augustum edocuit. *Xiphilin. in August.* Augustus filiam ac nepotes. *Sueton.* Carolus M. filios. *Aventin. lib. 4.* 40.

Pro privata & domestica tali schola sunt qui dimicant, & pro telo quasi adamantino illud maximè habent & adducunt: publicam pessimos † inducere mores, ad imitationem trahi aliorum exempla prava, & vitam sceleratam vitiisque inquinatam: inque ea, tanquam in turba quadam adolescentes versari. 41.

Sed hic obex ù foribus facilè removetur. Nam 1. committitur fallacia accidentis. Pravi † siquidem mores in Scholis non discuntur, sed in eas sæpè adferuntur. 2. Respondetur per instantiam: quòd plures domi † corrumpantur negligentiâ parentum, indulgentiâ matrum, oscitantiâ pœdagogorum, adulatione ancillarum, conversatione cum improbis. *Quintil. d. c. 2. Jun. part. 2. quæst. Polit. 43.* 42. 43.

Aliæ causæ Rempublicam conservantes, & in tuto collocantes, cognoscuntur ex oppositione causarum Rempublicam mutantium & destruentium, de quibus Cap. 6. dicetur.

Contrariorum enim uno cognito, cognoscitur & alterum.



P CAPUT

Publica præferenda privatæ. *Fab. lib.* 1. cui suos liberos neminem, si illud Respublica poscat, subtrahere posse, asserit *Kirchner. de Repub. disp.* 17. *th.* 2. *ad lit. b.* cùm illi æquè ac parenti partus nascatur. *l.* 1. §. 15. *ff. de ventr. in possess. mittend.* Quin pueri & adolescentes sunt Reipublicæ partes. *Arist. lib.* 8. *Polit.* Cura verò partis meritò debet respicere curam totius. *Dn. Gerhard. decad.* 8. *cent. Polit. quæst.* 7.

29. Publica itaque educationis forma utilior † est privatâ, quia
30. bonum publicum spectat: Severior † etiam, adeoque excellentior: exercitatio in ea crebrior, informatio morum constantior.

31. Domestica † verò institutio mollior ut plurimùm, ex parentum affectione, & amore nimio. *Quintil. lib.* 1. *c.* 2. cui verò ignotum, licentiâ omnes reddi deteriores?

32. Ex publica quoque promptitudo † & ausus major loquendi coram gravibus & honoratis viris reportatur.

33. Et quid non facit † æmulatio? quid non præmia, laudes & commendationes præceptorum? iis liberalia, erecta & celsa ingenia excitantur, & calcar quasi ad studiorum assiduitatem iis additur?

34. Cui pœnæ, † vituperia non ruborem incutiunt? quem non deterrent, & ad meliorem frugi reducunt, ni truncus vel prorsus quis sit desperatus?

35. Tollitur etiam inanis † persuasio & φιλαυτία, quâ turgent, & se omnibus præferunt, intra privatos parietes qui latitant. Necesse est, ait *Quintil.* 1. *Orat. Instit. c.* 3. sibi nimium tribuat, qui se nemini comparat.

36. Accedit, quòd iisdem † studiis & sacris initiati, ad senectutem usque firmas colant amicitias. *idem ibid.*

37. Hæc cùm ita se habeant, quî in luce † aliquando vivere volentibus, lumen tenebris non erit anteferendum?

38. Et talis institutio fuit apud † Lacedæmones, Athenienses, Persas, Romanos, ac plures alios. *Xenoph. lib.* 1. *Cyropæd. Plutarch. in Lycurg. Justin. lib.* 6. *Polyb. lib.* 6.

39. Chaldæi † contrà, Ægyptii, à patribus Philosophiam didicerunt

didicerunt privatim, qui tamen summæ eruditionis laudem fuêre assecuti. *Diodor. Sicul. lib.* 2.

Et in monumentis historiarum occurrũt exempla † Impp. 40.
qui ipsi suos informare non sunt veriti. Sic Cæsar Augustum edocuit. *Xiphilin. in August.* Augustus filiam ac nepotes. *Sueton.* Carolus M. filios. *Aventin. lib.* 4.

Pro privata & domestica tali schola sunt qui dimicant, & pro telo quasi adamantino illud maximè habent & adducunt: publicam pessimos † inducere mores, ad imitationem trahi aliorum 41.
exempla prava, & vitam sceleratam vitiisque inquinatam: inque ea, tanquam in turba quadam adolescentes versari.

Sed hic obex ũ foribus facilè removetur. Nam 1. committitur fallacia accidentis. Pravi † siquidem mores in Scholis non 42.
discuntur, sed in eas sæpè adferuntur. 2. Respondetur per instantiam: quòd plures domi † corrumpantur negligentiâ paren- 43.
tum, indulgentiâ matrum, oscitantiâ pœdagogorum, adulatione ancillarum, conversatione cum improbis. *Quintil. d. c.* 2. *Jun. part.* 2. *quæst. Polit.* 43.

Aliæ causæ Rempublicam conservantes, & in tuto collocantes, cognoscuntur ex oppositione causarum Rempublicam mutantium & destruentium, de quibus Cap. 6. dicetur.

Contrariorum enim uno cognito, cognoscitur & alterum.



P   CAPUT



CAPUT V.

DE AMPLIFICATIONE ET CONSERVATIONE RERUMPUBL. PER FOEDERA.



RETULIMUS in Capitibus præcedentibus modos tùm amplificandi tùm conservandi Respublicas. Cùm autem per † fœdera perpetua, seu pacta
1. gentilitia Respub. non rarò amplificetur: per alia ex parte conservetur, de utroque modo conjunctim hîc erit differendum.

Indagabimus autem. 1. quid sit fœdus. 2. quæ fœderum genera. 3. an ineunda, & omni jure approbanda sint. 4. qui contrahere possint. 5. cum quibus contrahenda, 6. quæ cautelæ observantiæ. 7. quæ conditiones. 8. quis modus. 9. quæ solennitates. 10. quæ solutio debeat esse.

2. Ad primum † membrum, seu definitionem quod attinet, fœdus à variis variè definitur, ut patet *ex Waremundo de Erenberg in meditam. pro fœder. lib. 2. c. 1. nu. 15.* Ubi in medium allatas refutat.

3. *Johannes Bodinus lib. 5. de Repub. c. 6. circa pr.* definit † publicam populorum Principumve inter ipsos conventionem in perpetuum conceptam. Quæ definitio est angustior suo definito, adeoque naturæ ipsius rei non respondet. Non enim omnia fœdera sunt perpetua, sed & quædam temporaria, ut paulò post dicemus.

Definitio fœderis Bodini.

4. Magis probatur nobis illa, quam multis verbis præscribit † *Waremund. d. c. 1. num. 14.* Fœdus est Principum duorum vel plurium,

Aliorum.

plurium, aut populorum vel civitatum liberatum pactio publica & conventio indefinitè, vel ad certum tempus, justè, legitimè & necessariò ad repellendam vim, ad rem communem vindicandam, vel injuriam à communi hoste illatam, vel ad defendendam religionem ac cultum Dei, vel libertatem, & Rempublicam conservandam, vel mutuam amicitiam retinendam, ac mutuis auxiliis ad hostem persequendum initio vel tractu temporis existentem inita, jure divino, gentium, & civili introducta, ac hodiè plerunque jurisjurandi religione, & datis obsidibus ceu fidejussoribus, & scripturâ interveniente approbata.

Breviùs ita tradit † *Joh. Hockenhaff. apud Hænon. disp. Polit. ult. th.* 2. Fœdus est pactio duarum vel plurium Rerumpub. de re quapiam sibi mutuo præstanda. 5.

Fœdus, quod & Fidus ab Ennio dictum fuisse, testatur *Varro*, à fide † denominationem habet, & inde Feciales, qui publicæ 6.
fidei inter populos præerant, ut fœdere fides pacis constitueretur, Nõtatio.
deducit *idem Varro in lib. de Ling. Lat. & lib.* 11. *de vita populi Romani*, ut refert *Bodin. d. l.*

Quod verò *Bodin.* jus † fœderum, pactionum & conven- 7.
tionum publicarum, communi nomine Feciale appellat, improbat *Joach. Cluten. in fascic. paradox. th.* 19. *ad lit. b.* quia jus feciale non ipsum jus conventionum publicarum est, sed & munus & potestas ipsorum Fecialium.

In altero membro divisiones & genera † fœderum ratio- 8.
ne conditionum, sub quibus illa contrahuntur, multiplicia con- Divisiones
stituuntur.

Summatim alia † licita & æqua ponuntur à choro Politi- 9.
corum & Jurisconsultorum: alia illicita, vel non æqua.

Ex fine † autem, ad [illegible]em fiunt, talia dijudicantur. Nam si 10.
respiciunt † publicam Reg[illegible]em, patriæ, libertatis, subdito- 11.
rumque conservationem, def[illegible]m licitam, &c. judicantur licita. *Dn. Hordleder. in discurs. ad S[illegible]dan. th.* 24. *post plures Dd. à se alleg. apud Dn Goldast. in Polit. Imperial. part.* 31. *fol.* 1374. *Mynsing. cent.* 6 *obs.* 2. Ubi inter alia scr[illegible]it, in Camera Imperiali Anno 1553. fœdus inter Episcopos Wurtzburgensem & Bambergen-

 sem,

sem, ac civitatem Noribergensem, adversus Albertum Marchionem Brandeburgensem ex hac causa & ratione pro licito judicatum fuisse, tametsi prædictus Marchio hoc ipsum fœdus tanquam illicitam conspirationem contra se factam in Camera graviter impugnasset. Talesque confœderationes ligæque, quales Principes & civitates, ac alii super generali pace provinciarum atque terrarum inter se formasse noscuntur, disertè approbantur *in Aurea Bulla tit.* 15.

12. A contrario ergò fœdera ad † illicitam defensionem, vel offensionem inita, illicita reputantur. *Mynsing. d. observ. 2. & prædicta constitutio Aureæ Bullæ à pr.* conspirationibus & conventiculis, seu colligationibus illicitis in civitatibus & extra, vel inter civitatem & civitatem, ceu detestandis & sacris legibus reprobatis pœnas, decernit.

Ex licitis diversi diversa ponunt genera. *Procul. in lib. 7. ff.*
13. *de captiv. & postlim. revers.* duo † constituit genera: alterum par, amicitiæ causâ factum: alterum impar, cùm pactio fit, ut is populus alterius populi potestatem comiter conservaret. Hæc enim adjicitur, inquit, ut intelligatur, alterum populum superiorem esse, non ut intelligatur, alterum non esse liberum.

Hujus vestigiis insistit *P. Faber. 1. semestr. c. 7.* ubi fœdus
14. ipsi est vel † æquale, vel inæquale.

15. Æquale † censetur, cum una Respub. ab altera confœderata exspectat, quantum se ei præstituram promisit. Quale fœdus initur ferè inter Respub. bonis ac viribus æquales.

Rectè *Bodin. d. c. 6. num.* 590. Principum ac Civitatum im-
16. peria † stabiliora esse tradit, & ab injuria firmiorum tutiora, cùm societates ac fœdera sic contrahuntur, ut æquabilis quædam ex omnibus potentia existat.

17. Estque hoc fœdus vel † in eadem re, vel in simili, ut cùm una Respublica defensionem, altera pecuniam, & commeatuum subministrationem æquivalentem promittit.

18. Æquo item † fœdere amicitia & societas contrahitur, quando una pars confœderatorum ab altera auxiliares copias urgente populo accipit. Sic Reges Gallorum cum Helvetiis in socie-

tatem

tatem æquis fœderibus venerunt: eâ lege tamen, ut Reges arbitrio suo exercitum Helvetiorum ad Regni sui tutelam conscriberent: ac vicissim Helvetiis adversus hostiles incursiones opem ferrent. Et quoniam ad Regni istius tutelam frequentes exercitus ab Helvetiis acciri necesse erat, ne hostes Helvetios à Gallorum societate divellerent, Reges Galliæ pensionem mille aureorum in singulas civitates spoponderunt. *Bodin. num.* 582.

Fœdus † inæquale dicitur, cùm non tantum, quantum ab una parte promissum est, ab altera exspectatur. Ac talia fœdera ineuntur plerunque inter Respub. bonis & viribus admodum inæquales. 19.

In fœdere impari aliquid † subjectionis & deditionis deprehendi, tradit *Waremund. lib.* 1. *de fœder. c.* 4. *num.* 3. Quamvis enim populus, vel civitas in eo fœdere non renunciet libertati, & socii ac confœderati tales Romanorum servi non fiant, ex auctoritate Valerii Maximi, Plutarchi, & Ciceronis: tamen si fuerint minores confœderatis, *Machjavello lib.* 3. *Polit. c.* 18. subscribit, sub amicitiæ dulcissimæ nomine tales facilè opprimi, & in servientium speciem redigi: sicut Augustus urbium quasdam confœderatas ad exitium licentiâ præcipites libertate privavit. *Sueton. in Augusto, c.* 47. *& Tiber. c.* 37. 20.

Hujusmodi fœdus inter † patronos seu defensores, aut protectores, qui Germanicè Schutz- oder Schirmherren dicuntur, & eorum clientes, agnoscunt Politici. *Althus. in Polit. c.* 7. *fol.* 75. *edit. prior. Keckerm. lib.* 1. *syst. Polit. c.* 24. *fol.* 391. *in fin.* talesque Patronos Advocatos dictos vult D*n. Besold. cl.* 2. *disp. Pol.* 6. *th.* 21. non ad Advocando, sed à Germanico Vogt. 21.

Vocatur aliàs fœdus † clientelare, estque omnium periculosissimum: nisi benè accuratéque clientum libertati caveatur: quoniam sæpissimè fit, ut patroni in dominos, vel etiam in tyrannos, clientes in subditos, sæpiùs etiam in servos evadat. *Bodin. d. c.* 6. *num.* 584. 22.

Multo verò periculosius, si qui alterius clientelam subeant sine justissima causa, cùm præcipua sit bellorum ferè omnium materia, ex qua civitatum & imperiorum conversiones, ac sæ- 23.

pissimè eversiones sequuntur: cùm subditi à suorum Principum fide ac obedientia, ut alienis imperiis pareant, distrahuntur: qui etiamsi nullius imperio teneantur, seipsos tamen suaque omnia potentiorum arbitrio subjungere videntur, ut eosdem, quos illi, hostes habeant pro iis, æquè ac pro seipsis pugnent, & eadem, quæ illi, pericula ac detrimenta subeant: victoriarum tamen utilitates nullas omninò adipiscantur.

24. Cautè † itaque protectionis capitula componenda, ne ex illis occasio subjectionis potiùs, quàm protectionis beneficium oriatur. *Tholozan. lib.* 11. *de Repub c.* 11. *nu.* 6.

25. Ejusmodi cautiones † clientelares præscribit *Bodin. num.* 584. *& seqq.* quarum prima est, ut æquissimis conditionibus uterque teneatur. Deinde, ut patrocinii tabulæ, quas protectionis literas vulgò vocant, clientibus à patrono dentur: quibus testatum sit, majestatis & libertatis jura salva & integra clientibus futura. 3. Ut breviorum temporum intervallo finiantur. Ut si clientibus graviora videantur, mutari: si honesta, continuari possint: idque potissimùm in popularibus & optimarum imperiis, quæ quodammodo sempiterna sunt. Quamobrem Genuates cum Bernatibus fiduciâ clientelari contractâ, anno 1528. patrocinium annis triginta definivisse refert.

26. Omnium autem cautionum maximam † esse ait, ne patroni clientum arces, vel oppida præsidio militari teneant. Quam observarunt Scoti, cum in Anglorum patrocinium venirent, Anno 1550. Prudenter enim ab iis provisum est, ut & obsides Scotis darentur, quos renovare sexto quoque mense, nec arcem ullam Anglis in Scotia habere liceret.

27. Hodiè multis in locis clientes à subditorum † conditione parùm differre, refert *Warcmund. d. c.* 4. *nu.* 15. & clientes, non secus, ac subditos & vasallos, *fideles* nominari, **unsere liebe Getrewen**/ & ita in curia, sive aula Sax. observari. Quorundam etiam

28. Monasteriorum † Advocatis, præter œconomiam, & obventionum rationes, jurisdictionem criminalem, quandoque etiam civilem competere testatur *Besold. th.* 24.

29. Interim tamen differentia † subjectionis & clientelæ magnum

gnum in controversiis subjectionum momentum adfert, sicut in gravissima quadam causa status observatum fuisse, scribit *Gail. in tract. de Arrest. c. 7. num* 13.

Nam jus † patronatus, aut protectionis, vel advocatiæ, nullam patrono, seu protectori, vel Advocato in clientes suos per se tribuit, jurisdictionem. Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit/ & ideò clientes Schirmsverwandten / non efficiuntur subditi, licet se alterius protectioni submittant. *Gail. 2. obs. 34. nu. 1. & per tot. Waremund. d. n. 15. Tholozan. de Repub. lib. 11. c. 11. nu. 6. Thom. Michaël. de jurisdict. conclus.* 55. 30.

Patronus verò non suis, sed clientis † sumptibus, & insuper certâ annuâ pensione solutâ, clientes debet defendere. *Gail. d. obs. 54. nu. 2. Waremund. d. c. 4. n. 12. Schurff. consil. 23. cent.* 3. 31.

Inæqualis fœderis genus & illud est, quod inter † Principem, & ejus tributarios initur, eos scilicet, qui à potentioribus victi pacem acceperunt hâc tamen conditione, ut jura majestatis retineant, victoris verò majestatem comiter observent: eique, ut libertate & pace fruantur, tributum annuum solvant. *Bodin. d. 6. nu. 582. & lib. 1. c. 9. nu. 142. & seq.* 32.

Idem Bod. n. c. 6. num. 579. tria † constituit fœderum genera. Aut enim, inquit, cum amicis, aut cum hostibus fœdus est, aut cum iis, qui nec hostes sunt, nec amici. 33.

Cum hostibus inducias † vocat diuturnas, aut pacem perpetuam, aut amicitiam. In eundem modum fœderibus temporariis *cum Waremundo de Erenberg. lib. 1. de fœder. c. 3. num.* 29. inducias annumerat *Hœnon. th. 7. lit. a.* verùm rectiùs putat *Dn. Besold. d. disput. 6. thes.* 3. huc non pertinere inducias vel pacificationes: quæ † fine, totoque genere à fœderibus differunt: cùm in fœderibus una pars alteri præstet, quod jure gentium sine pactione non tenetur præstare: induciæ verò & pacificationes consistant in simplicibus jurisgentium terminis, ne alter alterum offendat. 34. 35.

Tale fœdus cum hostibus Bodin. vocat etiam † amicitiam. Verùm aliud est fœdus propriè ita dictum, aliud amicitia: nisi abusivè ita dicatur. Sicut aliud etiam est fœdus, ein Bund und Bunds- 36.

Bundeseinigung/aliud societes, Gesellschafft. *post Meichsner. Wehner. de verb. & rer. signif. idem ibid.*

37. Metellus *apud Liv. decad.* 4. *lib.* 4. itidem † tria facit genera fœderum; unum dedititium, cùm bello victis dicuntur leges. Ubi enim omnia ei, qui armis plus potest dedita sunt, quæ ex iis habere victor, quibus mulctari eos velit, ipsius jus atque arbitrium est. Alterum, cùm bello pares æquo fœdere in amicitiam veniunt: túnc enim repeti reddique per conventionem res: & si quarum bello turbata possessio fit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componi solent. Captivi quoque redduntur, ut rescribit Pomponius *in l. si captivus. ff de captiv. & c.* Tale inter Romulum & Tatium Sabinorum Regem contractum scribit *Dionys. Halicarnassæus lib.* 2. *antiquit. Rom.* Tertium, cùm qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coëunt. Hi neque dicunt, neque accipiunt leges. Id enim victoris victique est.

38. Sed nec hæc † divisio satis commoda est, & meritò *Waremundo lib.* 1. *de fœderib. c.* 4. *n* 5. vitiosa videtur: & prius genus *miserabile & flebile* appellari scribit: talesque deditios non esse in fœdere, sed in ditione: accedere propiùs ad captivos. & subjectos, quàm confœderatos: cùm plerique fiant subditi, & tributarii ac vectigales. *Josuæ c.* 16. *&* 17. *Judic. c.* 1. *Maccab. lib.* 1. *cap.* 1. *&* 4. idipsum docuit *Tholozan. d. c.* 11. *num.* 5. *Menoch. lib.* 1. *arbit. jud. quæst.* 100. *num.* 6. *&* 23. nec non *Bodin. d. c.* 6. *num.* 578. *& seq. Althus. c.* 7. *Polit. circa fin.* deditios propriè loquendo in fidem, non in fœdus venire judicant: & idcirco fœdus non nisi impropriè & generaliter dici.

39. Præterea fœdus est vel † defensionis, vel commerciorum, vel utriusque simul: *Keckerm. lib* 1. *syst. Polit. c.* 24.

40. Fœdus defensionis † dicitur, quod contrahitur propter mutua auxilia præstanda.

41. Fœdus commerciorum, † quando sanciuntur fœdera propter commercia, ut nempe confœderati habeant jus commerciorum ultrò citróque. Sic fœdus commerciorum est inter urbes Borussiæ, Toruniuin, Dantiscum, &c. Et olim Hansæ Teutonicæ

Meica.

Mercatores quatuor emporia præcipua in aliis Regnis tenuerunt: Londini in Anglia: Burgis in Flandria: Bergæ in Norwegia, & Neogardiæ in Russia. *Chytræ. in Saxon. lib.* 23. cujus veteris emporii vestigia expressiora, huc usque Bergæ in Norwegia, quàm alibi remanere refert. Sic Anno 182. ab Antuerpiensibus Turcæ petiverunt, ut octodecim mercatorum Collegium ipsis permittere velint. *idem eod. lib. Besold. class.* 1. *disput. Polit.* 11. *thes.* 22.

Fœdus defensionis & commerciorum † simul est, quod 42. præstatur tum ad præstanda mutua auxilia, tum etiam ad commercia liberè exercenda inter confœderatos. Tale est fœdus celebre civitatum Hansaticarum, quod potentissimo Imperatori Carolo V. terribile extitisse, testis est scriptor Hispanicus *Ludovic. ab Avila in Historia belli Germanici.*

Ratione temporis fœdera alia sunt † perpetua seu æterna, 43. alia temporaria. *Bodin. d. c.* 6. *num.* 580.

Perpetua † tamdiu durant, quamdiu gentis & Reipublicæ 44. nomen erit. *Kirchner. de Repub. disp.* 17. *th.* 1. *ad lit. b.*

Ad hanc perpetui fœderis speciem alii referunt illa jura † hereditaria, seu confraternitatis, sive pacta gentilitia, quæ non 45. modò in arctissimam amicitiam & societatem, sed etiam in spem hereditariæ successionis concepta. Jure enim fœderis, & illustri pacto mutuæ successionis viri illustres inter se conveniunt, ut alterius stirpe extinctâ, ad alterum bona proveniant; quod pactum hereditatem conventionalem seu pactionalem, anomalam, item fraternitatem, Germanicè Erbverbrüderung / Erbvereinigung / (inter quæ tamen aliàs differentia constituenda, ut mox dicetur) vocant: talesque paciscentes fratres, & heredes conventionales, vel ratione pactionis, pactionales vocantur, Erbverbrüderte / Erbveireinigte. *Schönborn. lib.* 2. *Polit. c.* 13. *Althus. in Polit. cap.* 7. *Waremund. de fœder. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 11. post alios à se alleg.

Hinc ob reciprocum † fœdus ad mutua invicem auxilia 46. & copias militares tenentur. *Hippolyt. à Collib. in tr. de Princ. c.* 5. *Laudens. in tr. de confœd. Princ.* Et alterius Principis subditi alteri homagium & juramentum fidelitatis de futuro præstant: quod

tamen, vivente Domino naturali, nullam subjectionem inducit. *Althus in Pol. d. c. 7. Schönborn. d. c. 13.*

47. Ad vigorem autem istorum pactorum confirmatio † superioris tanquam feudorum Domini, requirenda est. *Gail 1. obs. 127. num.* 5. qualis confirmatio Imperatoria accessit fœderi hereditario Principum Saxonum & Hessorum, ut jam dicemus. Et sic ritè fœdera ista non tantùm ipsos contrahentes, sed etiam ipsorum

48. successores † obligant, cùm præsumantur ejusdem esse voluntatis & affectus cum prædecessoribus. *Schönborn. d. loc.* factaque nec non contractus Principum demortuorum, præsentium Principum esse censentur: cùm Respublica semper eadem existat. *Bald. consil.* 326.

49. Exempla † hujusmodi pactorum apud Historicos passim sunt obvia. Tale viget inter Duces Saxoniæ & Landgravios Hassiæ, initium Anno 1268. *Chytræ. lib.* 18. *Saxon. fol.* 480. *juxta Fabric. lib. 6. orig. Saxon.* An. 1262. cui ansam præbuit bellum novenne, quod Henricus illustris, Misniæ Marchio gessit cum Sophia, Ludovici Landgravii Hassiæ & S. Elisabethæ filiæ, desponsata Duci Brabantino. *Chytr. ibid. & Andr. Knichen. de jur. Saxon. non provoc. verb. Electorum. c. 2. num.* 61. confirmatum à Rodolpho I. Imp. posteà à Carolo IV. Anno 1370 à Sigismundo Anno 1431. *Choppin. de Doman. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 59. *ex Dec. consil.* 515. *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 2. num.* 13. quoad numerum annorum variant alii, ut *Wäremund. l. 1. c. 2. num.* 35. *Fabric. d. lib. 6. & 7.* Posteà, Anno scilicet 1557. Marchiones Brandeburgenses ad fœdus der Erbvereinigung: (id est, confœderationis, quæ certum modum belli pacisque tempore observandum continet) Anno verò 1587. ad Erbverbrüderung (confraternitatis, quæ mutuam confratrum successionem concernit) accessisse, *ex Reusner. 1. consil. 3. num.* 45. *Knichen. num.* 72. scribit *Wäremund. d. c. 2. num.* 38. salvâ conventione cum Ducibus Pomeraniæ inita: quamvis liga semper videatur facta sine præjudicio juris primi. *per Canonistas in c. redolentes. de statu Monach.*

Verùm contrarium testatur *Dn. Arumæ. d. l. fol.* 256 factam scilicet confœderationis inter Principes Saxonicos, Brande-

bur-

burgicos & Hassiacos renovationem, Anno 1487. & 1537. item 1555. ut ergo Brandeburgenses ad eam accessum anteà fecerint, necesse esse. Sic etiam tradit *Sleidan. lib. 26. & Chytr. d. fol.* 480. renovatum esse hoc pactum successorium inter Augustum Electorem Saxoniæ, & Johannis Friderici Electoris filios, Johannem Fridericum II. Johannem Wilhelmum, Johannem Fridericum III. Fratres: Joachimum II. Electorem Brandeburgensem, Johannis fratrem, Johannem Georgium Electoris filium, & Georgium Fridericum, Georgii Ansbacensis filium: & Landgravios Hassiæ, Philippum & Wilhelmum filium, Naoburgi ad Salam, Anno 1555.

Quòd verò Waremund. & alii, de Anno 1587. Brandeburgenses ad fœdus der Erbverbrüderung seu confraternitatis accessisse autument, ejus rei vestigium nullum extare in formula confraternitatis Naumburgi dicto Anno, 8. Julii renovatæ, asserit *idem Arumæ. ibid.* ubi illius verba recenset: sed Saxoniæ Hassiæque Principes saltem exprimi. *Et fol. præced.* 255. refert, eodem Anno 1587. Christianum I. Electorem, Fridericum Wilhelmum, Johannem, Johannem Casimirum, Johan. Ernestum, Duces Saxoniæ: Wilhelmum, Ludovicum, Georgium, Mauritium Landgravios Hassiæ, Naumburgi confraternitatis pactum renovasse.

Sic etiam Johannes Fridericus II. Johannes Wilhelmus, & Johannes Fridericus III. Duces Saxoniæ, cum Principibus Hennebergicis, An. 1554. pactum gentilitium de mutua successione iniverunt: ut his deficientibus ad Duces Saxon. perveniret Comitatus Hennebergicus: contrà hi in districtu Coburgensi succederent. Conditio evenit in Principibus Hennebergicis. Anno 1583. *Schönborn. lib. 1. Pol. c.* 13.

Jure familiari etiam utuntur Duces Bavariæ & Comites Palatini Rheni, tum in legitima bonorum suæ gentis successione, tùm etiam in Electoris Imperiali munere. *Bodin. d. num.* 13. Alia exempla jam prætereo.

Cæterum sempiterna fœdera Hebræi appellant † *fœdera salis*, ut videre est *Num.* 18. *v.* 19. quòd sint incorrupta & æterna. Nihil enim eorum, quæ concreta sunt ex elementis, sale in- 50.

corruptius est: quo etiam sensu *statuam salis* accipiendam docet *Bodin. d. c. 6. num.* 615. non quæ ex sale concrevit, *Gen.* 19. sed quæ sempiterna sit futura Ubi subjicit: Ego tamen nihil in cõsocian-
51. dis Principibus ac populis perniciosius esse statuo, quàm ut † perpetua sint, cavere. Nam cui fœdus iniquum videtur, occasione oblatâ fidem fallet propter perpetuam fœderis iniquitatem: Sin breviori temporis intervallo finiatur, etiamsi grave cuiquam ex sociis videbitur, in eo tamen permansurus est. Facile est autem tempore finitam societatem emendare, aut novo fœdere antevertere ac præoccupare.

52. Verùm non immeritò Bodino repudium † mittunt *Herm. Kirchner. d. disp. 17. ad lit. h. Joach. Cluten. in fascic. paradox. th* 20. *ad lit. a. Christoph. Besold. d disp. 6. th.* 38. qui hanc rem ex circumstantiis potiùs dijudicandam censet: maximéque in popularibus & optimarum imperiis, sempiternas societates æquissimis legibus coiri posse trahit.

Sanè multa hujusmodi fœdera passim à gravissimis auctoribus celebrari & commendari in aperto est. Quid de prudentia
53. dicam † Romanorum, qui omnibus suis fœderibus æternitatem imponebant? *teste Sabellico lib. 8. Ennead.* 2. Ubi hanc formulam apponit: Romanis atq; omnibus Latinis urbibus inter se pax esto: donec cœlum terráq; eundem habebunt statum. Rectè pacis causâ constituta fœdera æterna esse voluêre. Nam amicitias immortales, inimicitias mortales esse convenit. *Heig. part. 1. quæst. 11. num.* 4.

54. Quid de auctoritate Scripturæ sacræ? in qua Deus † ipse in sempiternum contrahit fœdera. *Num.* 25. *v.* 12. & 13. ita loquitur: Ecce do ei pacem fœderis mei. Et erit tàm ipsi, quàm semini ejus pactum sacerdotii sempiternum.

55. Perpetuis tamen fœderibus opus est † renovatione, ne temporis diuturnitate ac reticentiâ amicitiæ refrigescant. *Bodin. d. num.* 615.

56. Temporaria † fœdera ad certum tempus, vel ad confœderati Principis excessum vigorem suum extendunt.

57. Sæpiùs tamen excipitur, ut alterutro † Principe mortuo

tres

tres quatuorve annos societati cum successore (à quo alioqui ratihabitio fœderis cum antecessore contracti exigi debet. *Bodin. num.* 584. *fol.* 913. *in fin. Hænon. disput. th* 7. *ad lit. e.*) locus sit. *Bodin. num.* 580. sit quoties ea societas, quæ Regibus Gallorum cum Helvetiis intercedit, quoties renovatur, disertè caveri solet, ut in quintum annum à Principis obitu continuetur. *idem ibid. & nu.* 616. *& lib.* 6. *c.* 4. *nu.* 713.

Dicebatur *ad certum tempus* vigere fœdera temporaria. Non enim indefinitè † in longum tempus, auff eine lange vnd geraume Zeit / propter incertam longi temporis definitionem, ineunda fœdera. Quare conducibilius est, brevi temporis intervallo, eóque certo, puta decennio vel viginti annorum, constituto, fœdus concludere, cum pacto, si placuerit, de renovando. Si prolixiore tempore fœdus circumvallatum fuerit, vilescit auctoritas & amicitia: & omnis ardor diligentiæ in conferenda pecunia remittitur, & planè extinguitur. *Cluten. d. l. Waremund. lib.* 2 *c.* 1. *num.* 47. *&* 48 Ubi admonet Principes viros, ne generalitati subscribant; *& num.* 51. ait: Melius est certum tempus determinare, quàm se concertationibus Doctorum committere & subjicere. Doctores ipsi inter se non consentiunt, quæ sit locatio ad certum tempus *ex Pinell. & Zoarez.* 58.

Denique *Waremund. l.* 1. *de fœder. c.* 4. *num.* 11. *&* 12 *fol.* 338. fœderibus aggregat ordines † Equitum, Ritterorden / quos recenset. Hos tamen impropriè † confœderationum titulo veniré, adstruit *Besold. d. disp.* 6. *th.* 19. cùm subditi etiam eum acquirant honorem. 59. 60.

Ducitur jam ad *membrum tertium: An* † *fœdera sint ineunda, & omni jure approbanda?* Utrùm ferienda, & an è salute Reipub. vel minùs sint, sæpè in deliberationibus agi solet, ut *apud Herodot. l.* 8. *& Thucyd lib.* 1. *&* 6. *de bell. Peloponnes.* de qua quæstione in utramque partem disputat *Melch. Jun. part.* 1. *quæst. Polit.* 74. Ubi concludit, quòd 1. ad bellum feliciter gerendum fœdera & societates sint necessariæ. 2. quòd societates & fœdera tum gloriam, tum potentiam nostram augeant. 3. quòd natura ipsa societates & auxilia communia requirere videatur, quan- 61.

semper expreße † Imperator excipiatur, *è Quetta. consil. 6. nu. 15. Dn. Arumæ. d. fol.* 256. *Dn. Cluten. in fascic. paradox. th.* 7. Quod 69.
ipsum & alii monent, Principibus inferioribus vel Rebuspublicis semper esse excipiendam majestatem Reipub. superioris. Indeque Imperio † excepto in fœderibus, non excipi Imperatorem, 70.
malè putare *Bodin. lib.* 1. *de Repub, c.* 7. scribunt *Arumæ. & Cluten. dd. ll.*

Quamvis verò confœderationes Principum generaliter † 71.
& indistinctè ex textu Aureæ Bullæ permitti videantur: attamen Maximilianus I. societatem cum exteris † nationibus contrahe- 72.
re inhibuit. *è Julio Pflug. in Orat. de Repub. German. Dn. Arumæ. d. fol.* 256. *Waremund. ab Erenberg. lib.* 1. *de fœder. c.* 2. *num.* 142. *fol.* 229. Quare priorem constitutionem secundum posteriorem exaudiri debere, asserit *ibid. Arumæ.* quamvis hodiè non observetur. ubi vide.

Ex dictis inferunt Doctores, civitates † Regalia & jura Im- 73.
perii ex privilegio, consuetudine, & præscriptione non habentes, fœdus inire non posse: nec illud jus competere subditis.

De civitatibus mixti † status, ut vocant, major est concer- 74.
tatio. Nam certâ lege & conventione superiorem agnoscunt, & extra pacta conventa suâ placidè fruuntur libertate. *Gail.* 2. *obs.* 54. *num.* 10. *Rutger. Ruland.* 5. *de commiss. part.* 2. *c.* 4. *num.* 47. indeque iis talem facultatem sanciendi fœdera plerique adscribunt, exemplo scilicet civitatum Hansaticarum, maritimarum, & aliarum Teutonicarum, quibus cohæret fœdus civitatum Wandalicarum, der Wenden Städte/quæ adhuc durant, & numerantur: 1. Lubeca 2. Wismaria. 3. Rostochium. 4. Stralesunta. 5. Gripeswaldum. 6. Hamburgum. 7. Lunæburgum. *Crantz. lib.* 1. *Wandal. Chytræ. lib.* 23. *Saxon.* circiter Annum Christi millesimum ducentesimum, (juxta *Waremund. d. cap.* 2. *num.* 44. circiter An. 1270.) paulò ante Friderici II. Imp. ætatem institutum. *idem Chytræ. fol.* 608. (unde *Waremund. num* 45. rectè notat errorem *Bodini lib.* 1. *de Repub. cap* 6. existimantis, circiter Annum 1560. fœdus inter Wandalicas civitates contractum) & confirmatum à Carolo Quarto Imper. *idem Waremund. d. num.* 44. in Recessibus

item

item Imperii passim nominatum & approbatum. *Receß. Spirens. de Anno* 1542. §. Demnach/ *vers.* Dergleichen auch die Häyne vnd Seestädte/ꝛc. *Receß. August. de Anno* 1548. §. Vnd also erstlich/ *vers.* Das mit den See- vnd Anseestädten gehandelt werden soll. *Receß. August. de An.* 1566. §. Die Hayn- vnd Seestädt belangend. *Receß. Ratisbon. de An.* 1567. §. Auff das/ *vers.* So stehen wir auch mit den Hayn- vnd Seestädten in Tractation/ ꝛc. *Receß. Ratisbon. de An.* 1594. §. Desgleichen die freye Ritterschafft/ *vers.* Zusampt den Hansee- vnd Seestädten/ ꝛc.

75. Hoc ergo fœdus † Hansaticum plurimis, ceu legitimum, tuentur *Dn. Arumæ. in d. discurs. 6. ad Aur. Bull. conclus. 9. fol. 262. & seqq. Matth. Steph. lib. 2. de jurisdict. p. 2. c. 4. num. 4. Bartholm. Muscul. in dissert. de confratern. sive pacto successorio illustr. person. th. 17. Nicol. Betsius in tract. de pact. famil. illustr. Hænon. disp. ult. th. 3. ad lit. b. & in Apologia, seu* in der vereinigten Hansestädte nothwendigen Verantwortung/*de dato* Lübeck/ 24. *April. An.* 1609. probatur, quòd ad pacis publicæ conservationem & executionem penitùs directum sit.

76. E contrà auctor quidam † anonymus quorundam scriptorum, in quibus fœdus illud Ansaticum, ceu ligam prohibitam, factionem & conspirationem impugnat, & ad commercia tantum restringit, nec ad necessitatem tuitionis seu defensionis, ipsarum imprimis urbium pertinere contendit.

77. Verùm civitates † Ansaticæ, in dicta Apologia sua multis argumentis docent, fœdus suum non solùm commerciorum, sed etiam defensionis, & ejusmodi esse, quod omnibus juribus sit conveniens. Sequitur *Hænon. d. l.* cùm omnia jura permittant & approbent colligationes, quæ fiunt ad aliquod bonum, puta ad defensionem, quemadmodum multis probat *Mynsing. cent. 6. observ. 2.*

78. Auctori anonymo calculum suum addit † *Andr. Knichen. in velit. Apologet. & Waremundus de Erenberg d. num.* 44. Ubi in hæc verba scribit: Quamvis initiò immensa fuerit hujus fœderis utilitas, & sanctio honestissima, contra Danos & Cimbricæ Chersonesis incolas & Suecos initi, qui in Holsatiæ, Luneburg. & Saxon.

xon. regiones & civitates irruebant: tamen si penitus examinaverimus hujus fœderis vel conventionis naturam, vix negare poterimus, quin sapiat, quoad nonnullas civitates, speciem conspirationis: cùm multæ civitates eo comprehendantur aliorum imperio subjectæ, quæ neque regalia à Cæsare, Imperióve habent, & superiorem magistratum præter Cæsarem agnoscunt; quibus & alii Principes mandare possunt: quæ etiam nec in Comitiis, nec circularibus conventibus sessionem ac votum habent; neque matriculâ sunt comprehensæ, nec contributionem Cæsari, sed Principibus solvunt. Sed benè est quòd domesticis insidiis, & privato commodo fascinati, nesciant hâc potentiâ ingenti uti, cùm homines alant aliis Regibus Principibusque addictos & obligatos, & concionatores, ad quælibet vulgus incitantes. Ostendit hoc bellum Suecicum & Danicum, bellum Megapolitanum contra Rostochienses. *Bartholom. Keckerman. in curs. Philosoph. disp. 33. q. 18. fol.* 688. periculosum hoc † valdè dictu scriptúque esse asserit, & 79.
tale omninò; quod valdè optat ab isto viro vel non scriptum, vel majoribus argumentis dedisse evictum: ejusque assertioni respondet *Muscul. in d. tract. de confraternit.* itemque *Ampliß. Dn. Arumæ. fol.* 264. dicens: quòd civitates † nonnullæ municipales, iisque 80.
non absimiles in eo (collegio) reperiantur, fit propter vetustatem receptionis. Latet enim, an tum plenariè, ut jam, aliis subjectæ fuerint, vel an Dominorum tunc consensus intervenerit.

In quinto membro videndum est: *Cum † quibus fœdera percutienda sint?* 81.

Ubi *ratione cultus divini* occurrit quæstio illa percelebris, 82.
& multorum ingeniis agitata: *An cum † infidelibus fœdera sint ineunda, nec ne?* Quæ † controversia maximè fuit mota, cùm Franciscus I. Galliarum Rex cum Imperatore Turcico fœdus iniret, de quo *Sleidan. lib. 5. com.* ubi alii in hanc, alii in illam inclinant sententiam. 83. An cum infidelibus fœdera ineunda.

Cum infidelibus & manifestè impiis, hostibus Dei & veritatis, ut Turcis, Saracenis, & similibus, fœdus † permissum esse, quibusdam placet. *Alberic. in l. 1. C. unde vi, num. 19. Laudens. de bello* 84. Sententia affirmativa.

bello, quæst. 9. *& consil.* 71. *Corset. de potestate regia, part.* 4. *q.* 35. *Afflict. de feud. tit. de pac. juram. firm. in verbo, conventicula, numer.* 32. *Frideric. Schenck, ad c.* 1. *eod. tit. Socin. consil.* 20. *Oldrad. consil.* 71. Ubi apertè scribit, si bellum justum fuerit, posse Principem jure principatus, auxilio infidelium uti, illosque ad sui defensionem vocare. Argumenta & exempla pro corroboratione hujus sententiæ sunt talia:

85. Primum † desumptum est à lege naturæ. Id quod quisque ad tutelam sui corporis facit, justè fecisse existimatur. *l. ut vim.* 3. *ff. de just. & jur.* Quod maximè verum est, si aliter nequit se tueri. Sed Princeps ad sui tutelam infidelium operâ utitur. Ergo justè ab illo fieri dicendum est.

Ejusdem argumenta

86. Secundò † ita arguunt: Quovis modo, virtute, dolo & insidiis inimicos repellere, ac propulsare possumus. *c. utilem.* 22. *q.* 2. *& c. dominus.* 23. *q.* 2. Quare infidelium quoque operâ uti concessum erit.

87. Tertium † argumentum est: Fideles possunt in justo bello infidelibus suppetias ferre. *caus.* 11 *quæst.* 3. *c. Julianus.* 94. *& §. Imperatores.* Igitur pari jure infideles possunt fidelibus auxilium præstare, ubi bellum justum extiterit. Hucque trahunt factum Pauli, qui à Tribuno milites petiit, quorum auxilio servaretur illæsus. *Act.* 23. Quin ipsius Dei exemplum proponunt, qui in ulciscendis Judæorum peccatis gentium ministerio usus est. *c. remittuntur. §. hinc notand.* 23. *q.* 5.

88. Quarta † ratio est, ex ista amicitia & confœderatione cum infidelibus, dissidiorum semina spargi inter infideles, quibus se mutuò conficiant: adeoque magis in tranquillo futuros fideles.

89. Quinto † loco adducunt exempla sacræ Scripturæ. Abrahami scilicet, qui cum Aner, Eschol & Mambre gentilibus, fœdus sancivit, eosque secum duxit in bellum. *Gen.* 14. *v.* 13. Davidis, qui cum Hiramo Rege Tyri amicitiam contraxit. 1. *Reg.* 5. *v.* 1. Salomonis, qui cum eodem Hieram pacem & fœdus iniit. *d. c.* 5. *v.* 12. & affinitate conjunctus fuit Pharaoni Regi Ægypti. 1. *Reg.* 1. *v.* 1. Judæ Machabæi, qui cum Romanis. 1. *Maccab.* 8. *v.* 1. Idque fœdus

fœdus cum Romanis & Spartiatis Simon summus Sacerdos renovavit. 1. *Maccab.* 14. v. 18. *cum seqq. Joseph. lib.* 12. c. 17. His addunt exemplum Justiniani Imp. qui cum Persis fœdus percussit, *l.* 2. *à pr. C. de offic. præfect. prætor. Africa, & l.* 4. *C. de commer. & mercat.*

Sed alii, † inter quos *Octavius Cacheranus in dissertatione de hac materia, ad Thomam Languscum Strobianæ Comitem, Sabaudiæ Cancellarium, in fin. decis. Pedemont.* illam sententiam prorsus rejicit & explodit, próque contraria innumera ferè S. Scripturæ loca V. & N. Test. adducit, quibus nonnullas rationes subjicit. Pro hac opinione negativa, cui tam Theologi, quàm recentiores Politici subscribunt, has inprimis cape rationes. 90. Sententia negans.

En apertissimam Dei † prohibitionem. *Exod.* 23. v. 32. & 91. c. 34. v. 12. Cave, inquit, ne unquam cum habitatoribus terræ istius jungas amicitias, ne sint offendiculum in medio tui. Non feries cum eis pactum. *Deut.* 7. v. 3. Nec Judæorum ullum fuit cum Samaritanis commercium. *Joh.* 4. v. 9. Et Paulus 2. *Cor.* 6. v. 14. & *seq.* ita præcipit: Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conventio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? In ipso fœdere eos, cum quibus initur societas, quædam amoris & voluntatis communicatio est: At quis amor in eos, qui ipsius Christi & membrorum ejus jurati sunt hostes? *Greg. Schönborn. lib.* 4. *Polit. c.* 36. Hujus rationes.

Adde quòd reprehendantur † à Prophetis Dei, qui cum impiis percusserant fœdera. Ita Asa Rex Juda ob fœdus initum cum Benhadado Rege Syriæ corripitur, 2. *Paralip.* 16. v. 7. & Josaphat ob contractam amicitiam cum impio Achabo. 2. *Paralip.* 19. v. 2. itemque cum Ochozia. 2. *Paralip.* 20. v. 37. Quamvis hic excipiat *Oldrad. d. consil.* 71. Josaphatum objurgatum fuisse ex eo, quòd bellum illud fuerit injustum. Adhæc: Impium † in re impia jurare, est impietatis, & manifestæ in Deum diffidentiæ. Si hoc feceris, Deus finet te cadere coram hostibus tuis. *Keckerman. in curs. Philos. disp.* 33. q. 18 *fol.* 686. 92. 93.

Talia quoque fœdera occasionem † mutandæ religionis præbere possunt. *Richter. axiom. Polit.* 277. 94.

95. Alii tamen rursus † ut priorem opinionem simpliciter intellectam prorsus falsam dicunt: ita hanc posteriorem absque limitationibus à veritate alienam arbitrantur. *Felin. in cap. ad liberandum. num. 9. de Jud. & Sarac. Johan. Andr. in addit. ad specul. in tit. de Jud. col. 3. vers. convertendo nunc sermonem.*

E recentioribus nonnulli existimant, cùm infidelibus, ut in communi periculo opem sibi ferant, fœdus percuti posse, si eo-
96. rum perspecta † sit fides, hoc est, dictorum conventorumque constantia, & veritas ipsorum manifesta sit, & de ea minimè dubitetur. *Bocer. lib. 1. de bell. c. 8. num. 16.* verùm hoc condimentum
97. non ad gustum nostrum est: præsertim cùm rarò † apud infideles fidos inveniatur *Richter. axiom. Polit. 157.*

98. Media sententia Francisci Aratis. Aliud † temperamentum, ac medium quoddam inter duo extrema tentavit assequi *Franciscus Aras in tr. de bell. 3. part. sum. tit. 4. c. 2. §. 41.* quem refert *Celsus Mancinus in tract. de juribus principatuum lib. 6. c. 17.* Vult enim, Principi Christiano licere auxilio infidelium uti, ubi adsint hæ conditiones. 1. quòd summa sit necessitas, eaque inevitabilis. 2. quòd bellum sit justum.

99. Celsi Mancini. Mediâ item † viâ incedit dictus *Mancinus c. 18. ejusd. lib. fol. 253.* cujus verba, quia auctor in omnium manibus non versatur, adscribere placet. Sic verò inquit: Ego semper arbitratus sum, si Principi Christiano bellum sit cum Principe etiam nostræ legis, ei non licere infidelium auxilio uti, simpliciter loquendo: neque etiam pro sui tutela, atque defensione. At verò, si bellum justum sit cum infideli, tunc possit Christianus Princeps contra infideles auxilio infidelium uti. In hanc me ducunt sententiam exempla, quæ pluribus in locis sacræ Scripturæ leguntur. Ea, si mediocri rationis examine ponderentur, nos certè hanc docebunt conclusionem. Ubi enim fideles Reges prisci, sub lege Moysis qui vixerunt, fœdus inierunt cum infidelibus adversus infideles, sacra historia hujusmodi factum haud reprehendit. At ubi fœdera pepigerunt cum infidelibus, ut fideles oppugnarent, procul dubio damnantur, atque hoc, tanquam facinus & probrum,

brum, eis objicitur. Fœdus ineunt Machabæorum sancti Duces cum gentilibus. A sacra historia non vituperantur, nec tanquam crimen eis objicitur, aut pœnam decernit Propheta, sive alius quivis sanctus, nomine Dei. *Et fol. 255. à pr.* pepigit fœdus Rex Asa, qui erat Rex populi fidelis, cum Benhadado, Rege Syriæ gentili, contra Baasa, Regem Israël, populi circumcisi, veri Dei cultoris. Princeps legis Mosaicæ vocavit Principem gentilem in sui auxilium contra Baasa. Misit Rex infidelis Principes exercitus sui, qui Ahion, Dan & Abelmaim, ac universas urbes Nephtali muro circumdatas aggressi, prædati sunt. A Deo reprehensus est Asa ab Hanani Propheta illis verbis: *Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syriæ Regis exercitus de manu tua, &c.* In medium etiam adducit fœdus, quod pepigit Phacee, filius Romeliæ, Rex Israël in Jerusalem, cum Rasim, Rege Syriæ, ut Achaz Regem Juda, oppugnaret: Illudque à Domino reprobatum, irritumque redditum fuisse dicit. *Esa. 7.* Finaliter, ut antea concludit, in magna & urgente necessitate constitutos fideles Principes, cum infidelibus fœdus contra infideles inire posse.

Determinatio.

Ergo nos duplicem determinationem hic reperimus. 1. quòd contra † fideles, & sic contra religionem, vel Christum, illicita sint fœdera cum impiis. 2. quòd contra infideles † alios licita sint, *magnâ & urgente necessitate:* Utpote quæ legibus non est subjecta. *c. 4. quod non est licitum, de reg. jur.* 100. 101.

Nec talia fœdera cum infidelibus, extremâ † necessitate imposita, quæque non possunt aut arte eludi, aut commodè declinari, improbant nostrates, sed illud, quòd quidam absque ulla urgente legitima causa, ad pangendum fœdus cum infidelibus quibuscunque, velut ad jocum & ludum transiliunt. *Schönborn. d. c. 36.* sic etiam *Wartemundus de Erenberg. lib. 1 de fæder. c. 2. nu. 89.* statuit, cum extremo inimico religionis, tamen non nisi in extre- 102.

 mis

nis constitutis contrahenda esse fœdera. A quorum partibus stat *Melch. Jun. part. 2. quæst. Polit. 74.* docens, talia fœdera cum im-
103. piis & infidelibus rata esse debere, cùm † summa ingruit necessitas, hostiumque crudelitas, nec alia ratio evadendi sese offert.
104. Deinde cùm † Reipub. salus, & causa fidei postulat. Postmodum
105. cavendum monet, ne quæ † insidiæ vitæ ac religioni struantur: ut-
106. que, quantum † fieri potest, citò & bono modo dimittantur. Verendum enim est, ne tempore necessitatis deserant; *ex Frachetta in Principe, lib. 1. c. 20. fol. 156. Waremund. d. loc.*

107. His addo, in fœderibus illis fiduciam † collocari non deberi: quo nomine ab Hanani reprehensus legitur Asa. *Maledictus n. est homo, qui fidit homini, & carnem brachium suum ponit, & à Jehova recedit cor ejus.* Jerem. 17. v. 5. vereque Poëta:

----- ---- Numine læso
Iratoq; Deo nec prosunt pacta, nec arces.

Responsiones ad argumenta sententiæ prioris.

Sed destruenda nunc est machina illorum, qui simpliciter omne fœdus cum infidelibus & Christianæ religionis inimicis licitum esse asserunt.

Primo loco dicebatur, defensionem cuiq; à natura permit-
108. ti. Resp. Verum hoc, sed non qualicunq; modo, omnis † enim defensio legitimis terminis & præceptis est inclusa, ut docent Dd. sic illa defensio legitima perhibetur omni jure, quæ est cum moderamine inculpatæ tutelæ. *l. 3. ff. de just. & jur. & ibi Bald. Jas. Salom. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. l. 1. de vi & vi arm. §. 27. l. 1. C. unde vi. &*
109. *ibi Bart. & alij.* Quod † moderamen in tribus potissimùm consistere docent vulgò Doctores: in modo, causa, & tempore.

Secundum argumentum sumitur à dolo & insidiis, quas hosti struere licet, ad auxilium infidelium. Sed aliud pes, aliud cy-
110. thara. Solertia † seu dolus non est culpabilis, dummodo non est conjunctus cum aliquo scelere, vel perfidia. Unde duplex refertur dolus *in l. 1. §. 1. 2. & 3. ff. de dol. mal.* bonus & malus. Ad auxilium

fium verò infidelium confugere, non caret vituperatione & crimine, ut antè oſtendimus. Et ſic committitur elenchus comparatorum.

Tertium argumentum à natura relatorum, petitum *ex c. Julianus, & c. Imperatores,* ubi milites Chriſtiani ſervierunt apoſtatæ & infideli Imperatori Juliano. Reſpondeo ex ipſis verbis, quæ in prædict. locis habentur: obediebant † ei, quando juſſit aciem producere pro defenſione Reipub. Cùm autem diceret eis: 111. producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem cœli. Unde † *Celſus Mancinus d. lib. 6. c. 19. fol. 260.* hoc argumentum attingens, duplicem poſſe ejus eſſe ſenſum dicit: vel, quòd 112. ſimpliciter liceat uti auxilio infidelium, tùm contra fideles, tùm contra infideles: vel quod duntaxat poſſit Princeps Chriſtianus uti infidelium præſidio contra infideles. Si primo ſenſu accipiatur, negandam eſſe illationem, nec aliquâ ratione concedendam. Vetitum non eſt, inquit, Chriſti fidelibus, ubi juſtitia bellum gerit, juſtéque pugnatur, infidelibus præſto eſſe, ut crucis hoſtes deſtruantur. at negatum eſt credentibus, Chriſtique diſcipulis, inimicis fidei & crucis, fideles peſſum dare, ac interimere. Hancque ſententiam *d. cap. Julian. & c. Imperat.* eſſe ſcribit.

Factum † Divi Pauli nihil prorſus relevat. Uſus eſt is miniſtris, & auctoritate Tribuni, ob jurisdictionem, cui Pharifæi, qui 113. conjurarant in eum, ſubditi erant.

Nec † Dei exemplum illis clypeum præbet. Quæ enim illa 114. ratio conſequentiæ: Deus eſt uſus gentium miniſterio: ergo & nobis id licebit? Eadem ſcilicet atque hæc: Deus Turcarum miniſterio & operâ utitur ad plectendos Chriſtianos: ergo Chriſtiani quoque Turcarum auxilio utentur, & ſic eorum ſodalitio fruentur. Imparitas magna: Deus † non utitur jure fœderis, 115. ſed jure abſolutæ poteſtatis, ut rectè loquitur *Schönborner. dict. c. 36.*

Ad quartum argumentum, quo dicebatur, diſſenſiones inter infideles ſpargendas, quibus ſe mutuò enecent. Reſpond. 1. Non

116. Non † sunt facienda mala, ut eveniant bona. 2. Raró † hoc fit &
117. infrequenter. 3. Quòd si † infideles ad mutuam discordiam adi-
118. gendi sunt, aliis, iisque legitimis modis est faciendum, ut faciliùs debellari possint. Actiones enim non tantùm finibus, sed etiam mediis distinguuntur & terminantur, juxta tritum Philosophorum canonem.

Ultimo loco adducuntur exempla ex divinis literis: Abrahami scilicet, Davidis, Salomonis, Machabæorum. Sed ista non
119. officere, respondet *Mancinus d. c. 19.* cùm Abrahamus † & Machabæi non iniverunt fœdera cum incircumcisis & gentilibus, ut sibi
120. essent auxilio contra fideles. Deinde addit, fœderis † non esse unicam acceptionem: nec tantùm sumi pro unione ad bella gerenda, verùm etiam pro conventione. Et sic Abrahamum cum
121. Escol, Mambre & Aner convenisse, ut ibi pacificè † posset habitare. Et hoc ipsum est, quod tradunt alii, fœdera legitimè contrahi
122. posse de † limitibus & finibus, ut finitimi pacem & tranquillitatem colant. Quibus accedit *Althus. in Polit. cap. 26. fol. 351. edit.*
123. *prior.* inquiens: Confœderatio cum † vicinis contrahitur pacis & tranquillitatis atque concordiæ causâ, vel etiam auxilii conrra hostes Dei. Tranquillitatis & concordiæ causâ, Abraham cum Rege Abimelecho, David & Salomon cum Hiramo Rege Tyri, fœdus & pacem coluerunt. Ubi addit: Pacis verò cum exteris diuturnæ magnam esse felicitatem, apparet ex Salomonis Regno pacato & tranquillo. Quapropter decet magistratum maturè & studiosè hanc pacem quærere & sancire cum vicinis, & antiqua fœdera renovare ac fovere. Et sic in rebus quibusdam externis fuit, gloriam Dei minimè impedientibus, sed potiùs promoventibus.

Quamvis enim Chananæi impii fuerint & maledicti, nonnullos tamen ex consuetudine cū Abrahamo si nō prorsus fideles, tamen à fide & cultu Abrahami non omninò dissimiles fuisse, vel saltem non ejus hostes, verisimile est: idque colligitur ex *cap. 21. Genes. v. 22.* Ubi Abimelech Rex Geraris, & Phichol Princeps exercitus ejus, ad Abrahamum dicunt: Deus tecum est in universis, quæ agis: & proinde fœdus cum ipso contrahunt. Nec non c. 23.

v. 5.

v. 5. Hethæi Abrahamo dicunt: Princeps Dei es apud nos. Similiter *c.* 26. *v.* 28. Abimelech, Ochozatz & Phichol respondent Isaco: vidimus tecum esse Dominum: & idcirco nos diximus: sit juramentum inter nos, & ineamus fœdus. Quibus hoc addendum, quod lex illa, quâ interdictum fuit Judæis, ne fœdus inirent cum gentibus Chananæis, tempore Abrahami nondum fuerit lata, sed 460. demum pòst annis, cùm jam gentes istæ essent exterminandæ, & ab Israëlitis tota terra occupanda.

Quòd verò Salomon † affinitatem contraxit cum Pharaone, ejus filiam ducendo, id minimè approbatur vel in sacro Codice, vel à choro Theologorum. Adamavit siquidem mulieres alienigenas (& inter eas filiam Pharaonis) de gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israël: *Non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim avertent corda vestra, ut sequamini Deos earum.* *Exod.* 34 *v.* 16. Quod evenit in Salomone. Nam cùm esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur Deos alienos. 1. *Reg.* 11. *v.* 4. 124.

Justinianum † quod concernit: hic non ex liberrima animi voluntate, sed extremâ necessitate compulsus, pro salute & tranquillitate Reipubl. pacem & fœdus cum Persis inivit. 125.

Ex prælibatis ergo manifesta differentia fœderum conspicitur, quòd scilicet fœdus aliud † sit defensionis ac mutui auxilii, & quando id probandum, vel minus: aliud pacis & tranquillitatis. Vult enim Divus Paulus, ut quantum in nobis est, pacem cum omnibus habeamus. *Rom.* 12. *v.* 18. 126.

Diximus supra, quòd etiam sit fœdus † commerciorum atque contractuum: quod fugiendum non facilè quis dixerit. Licitum † enim est cum ipsis impiis propter publicam utilitatem, & vitæ necessitatem tales contractus celebrare. Hinc rectè *Lamberdus Danæus lib.* 2. *Ethic. Christian. c.* 8. *fol.* 132. *à pr.* Duplex, † inquit, est nostra cum idololatris & infidelibus societas: una necessaria, 127. 128. 129.

S

saria; quæ nobis subeunda est non affectantibus: altera voluntaria quæ non nisi ex privato animi proposito fit. Necessaria est omnis, quam evitare non possumus, sive quatenus cives & incolæ ejusdem vel urbis, vel regionis. Ergo ab illis emere, iisdem vendere, cum iis de communi Reipublicæ statu & incolumitate deliberare non prohibemur, ut nihil tamen eorum erroribus & superstitioni assentiamur. sed illa commercia omninò nobis sunt necessaria, nec evitari possunt. 1. *Cor.* 5. *v.* 10. Voluntaria verò & non necessaria cum his societas homini Christiano est interdicta, etsi lucrum ex ea capere potest. Sed præferendus est honor Dei omnibus rebus: & periculum ex ea societate maximum imminet, ut docet Paulus: Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava. 1. *Cor.* 15. *v.* 33. Ex quo fit, ut omnes ex voluntariæ societates & spontaneæ sint fugiendæ.

130. De spontaneis † ejusmodi familiaribus & frequentibus conversationibus exaudiendum est dictum Paulinum 2. *Corint.* 6. *v.* 14. quod vetat jugum ducere cum infidelibus. Ex illis siquidem facilè periculum oriri potest & solet.

Hic obiter notamus, quòd alia sit ratio fœderum cũ infide-
131. libus, defensionis † & auxilii mutui gratiâ: alia item cum Turca pu-
132. blicæ † pacis causâ initorum, quæ induciæ rectiùs dicũtur, ut etiam supr. hoc cap. indicavimus, eisque nemo sanus ciconiam damnatoriam apponet.

Hæc de confœderationibus cum impiis & infidelibus: paucissimis dicendum de diversæ religionis hominibus.

An cum diversæ religionis hominibus fœdera percutienda?

133. Dissentientes in controversis † religionis articulis, in aliis multis consentientes, ad fœdera minimè alliciendos esse, fere opinio *P. Coreti*, *Possevini*, *Pamelii*, *Scipionis Ammirati lib.* 11. *discurs* 3. *ad Cornel. Tacit. lib.* 20. & aliorum. à qua non abs re divortium facit *Waremundus de Erenberg. lib.* 1. *medit. pro fœder.* c. 2. *num.* 86 & *seq.* & *num.* 120. ubi etiam cum † Pontificiis fœdera non fugienda esse tradit. Frustrà ait *d. num.* 86. talem con-
134. sensum in religione exigis, vel evertis pacem religionis constitutione publicâ inter Pontificios & Confessionis Augustanæ socios factam. *d. num.* 87. leves ac malitiosos turbatores esse scribit ex

Dellæ

Della Nove discurs. 3. *p.* 81. *& seq.* qui ob diversam religionem controversorum articulorum, in aliis multis consentientes, fugiendos, damnandos, & anathemate feriendos esse clamant, statim addit: Istis magistris si sumus creduli, quâ mente, quibus viribus, quo consensu, contra Mahometem conjunctim pugnabimus? prædictam tamen opinationem singulari † cum cautione accipiendam esse; docet *Besold. class.* 2. *disp. Polit.* 6. *th.* 15. cùm fieri possit, ut in paucis articulis dissidentium nimis arctæ conjunctiones haud periculo careant. 135

Ratione loci, *cum vicinis* † probanda fœdera, improbanda cum nimis remotis. Nam, ut habet Proverbium: Procul qui habitant amici, non amici. *Jun. d. q* 74. Si enim loci opportunitas absit, non facilè in præsenti periculo affulgebit auxilium, cùm remoti non ita citò se nobis conjungere possint, & vicinorum animi arctiùs etiam quasi naturæ vinculo copulati videantur ad mutuum auxilium & defensionem. *Keckerm. in curs. Philosoph. disp.* 33. *q.* 18. *fol.* 687. 136

Ratione fortunæ & potentiæ, multi fœdera improbant *cum miseris* † *& afflictis*, *aut valdè periclitantibus*, qui, ut loquitur *Lucan. lib.* 8. 137

----- ---- quærunt
Cum qua gente cadant.

Jun. d. q. 74. *Althus. in Polit. c.* 20. *fol.* 275. *edit. prior. Lips. lib.* 4. *Polit. c.* 9. *Waremund. d. c.* 2 *num.* 131. *& seqq.* ne scilicet Respublica cum illis periclitetur. Jubent felices colere, nec in caducum parietem inclinandum monent, juxta dictum Hadriani.

Potentia † autem, fines Imperii, opes, nummos, & opera: imò virtutes ipsius Principis virosque *cum Lipsio lib.* 1. *de magnitudine Rom. Imperij c.* 3. *lib.* 4. *c.* 11. comprehendit *Warem.und. numer.* 133. 138

Sæpius † tamen fit, inquit *idem num.* 135. ut nos jungamus exiguæ potentiæ at summæ prudentiæ † Principibus. Plus enim hâc in cōfœderatis quàm opes, pecuniam ac potentiam desidera- 139

mus. Animi enim dotes, fides, fortitudo, prudentia, magnanimitas sæpè opes in Principibus superant.

140. Sed & potens † impotenti non sine periculo jungitur. *Lips. d. c. 9.* unde periculosa hæc societas leonina dicitur à *Junio d. q. 74.* qualis plerunque est cum Regibus, aut aliis præpotentibus; eâ enim commodum omne ad unum aliquem tendit: reliqui socii ac fœderati interim fraudantur: damnum non lucrum sentiunt.

141. Sanè quòd facilè occasione † & prætextu fœderis impotens à nimis potente opprimatur; & cùm suam suorumque incolumitatem anhelat, ad interitum sui non sine dolore potentiori
142. viam recludat, nulla nullius seculi historia ignorat. Talis fuit † Palæologorum cum Turca confœderatio, per quam Constantinopolis, quâ nihil habuit orbis post Romam majus, sedes Imperii Orientalis, Christo periit & cœlo. Ita etiam Johanni Regi Ungariæ exitialis fuit cum Turca conjunctio, quâ Turcæ in Regnum allecti, id mirificè devastarunt.

143. Quare infeliciter † superiorum ambitur amicitia, quę non nisi in æqualitate fundata est. *Keckerm. d. l. fol. 687. 1. pr.* Hac de causa Argivi societatem cum Lacedæmoniis inituri, cùm Regem suum non æquali cum Lacedæmoniorum loco esse viderent, ad Persas defecerunt. *Herodot. lib. 7.*

Non solùm autem in fœderibus percutiendis habenda est
144. ratio religionis, vicinitatis & potentię, sed etiam *similitudinis † morum & humorum*: quia dissidentibus & opinionibus & voluntatibus diversa fiunt. *Thucyd. lib. 3.* Nec amicitia firma, aut libertas tuta, ubi animorum exulat conjunctio. Suspiciones variæ oriuntur. *idem ibid.* & refert *Jun. d. l.*

Consequenter etiam periculosa dubiaque sunt fœdera
145. cum iis, *qui in diversa † politiæ forma vivunt*: quia diversitas imperii cum animorum plerunque dissensione conjuncta est: & consiliorum in agendo diversitatem parit: quæ vel maximè fœderibus est inimica, utpote quæ diuturna esse non potest, nisi animi & opinionum consensu, & consiliorum univocâ conspiratione conglutinentur. *Keckerm. d. fol. 686.*

Sed & *anteacta* † *vita perpendenda. Jun. d. l.* Nimirum qua- 146.
les se ii erga alios socios & confœderatos gesserint, qui inire fœ-
dus nobiscum cupiunt: cum levibus † enim & inconstantibus fœ- 147.
dera non tutò institui possunt. *Thucyd.lib.* 1.

Utrùm consultius sit societates & fœdera inire cum Regi-
bus, † Principibus, an Rebuspublicis liberis, in utramque partem 148.
disserentem, vide *Jun. d. q.* 74.

Sexto loco, certæ † cautelæ erunt observandæ. Nam verè *Bo-* 149.
din. lib. 1. *c.* 6. nullâ re magis Principes ac populi periclitantur,
quàm in pace cum hostibus sancienda, & in feriendis fœderibus
ac societate ineunda. Unaquæque enim res, quò majoris est utili-
tatis & amplitudinis, eò citiùs ad pericula prolabitur, suisque cer-
tis limitibus communienda est.

Quare à Principibus & Rebuspublicis fœdera cautissimè † 150.
ineunda, ne, dum promiscuè fœderibus se implicant, eorum oc-
casione alienorum peccatorum, adeoque alienarum pœnarum
participes fiant. *Althus. in Polit. c.* 26. *fol.* 352. *edit. prior.* ita in fœ-
deribus plerunque alienorum erratorum pœnas luendas esse
Wolffgangus Palatinus ab agnato Friderico Electore gravissimè
erat monitus, ut refert *Dav. Chytræ. in orat. de vit. Wolffg. Palatini.*
Nec non *Strigel.* 1. *Reg.* 5. Qui se, inquit, arctiùs fœderibus impli-
cant; sæpenumerò inviti rapiuntur ad negotia injusta & perni-
tiosa. Quodque interdum ruina unius confœderati opprimat re-
liquam multitudinem, his verbis docet *Vittorinus apud Richter. a-*
xiom. Polit. 277. Impliciti fœderibus sequi coguntur alienos furo-
res: quod adeò verum est, ut multi etiam ad propriam ruinam fœ-
dera cum aliis contraxerint: quia semel datam fidem præstari o-
mninò oportuit. Et sicut in testudine, si una chorda discrepet, to-
ta ilicò harmonia turbatur: sic si unus confœderatorum premi-
tur, alter quoque idem continuò experitur.

Quamobrem optimum † & firmissimum fœdus est; *Rectè* 151.
agere, secundùm præceptum Isocratis, & oraculum prædicti
Wolffgangi Palatini, de quo *Chytræ. loc. citat.* scribit: optimum
& firmissimum fœdus hic Princeps existimavit, justa & necessaria
modestè agere.

152. Quia autem fœderum pactiones valdè ambiguæ & periculosæ sunt, subditorum † consilium in iis faciendis regulariter admittendum esse, suadet *Waremund. de Erenberg. d. c. 2. num.* 223. cùm nullum firmius præsidium sit Principibus subditorum benevolentiâ. *Liv. lib.* 8. *Senec. lib.* 1. *de clem.* Sanè nequit Princeps pacta ac fœdera in præjudicium vasallorum contrahere. *Dd. in c.* 1. §. *prætereà, de prohibit. feud. alien. per Frider. Waremund. d. l. Wesenbec. consil.* 2.

153. Ponunt & hanc cautelam Politici: loca silentio † esse involvenda, in quibus fœdera panguntur invidiosa. Sic Carolus V. Imp. Schmalcaldiam civitatem, propter fœdus ibi factum, solo æquasset, nisi intercessione Mauritii Electoris Saxonici fuisset placatus. *ex Spangenb. in Chron. Hennenberg. l.* 5. *c.* 53. *Waremund. d. c.* 2. *num.* 40.

Omnium autem cautionum maxima putatur, si fœdera
154. affinitate † & propinquitate contractâ jungantur. *Bodin. d. c.* 6. *num.* 508.

155. *Septimò conditiones † fœderum* debent esse honestæ & æquæ *Bodin. d. nu.* 580. *fol.* 907. non pugnantes cum pietate aut virtute aliqua Politica, sed potiùs ad harum præsidium facientes. *Hænon. th.* 29.

156. Cavendum † ergo maximè, ut rectè monet *Waremund. d. c.* 2. *fol.* 188. ne utilitatis & privati commodi, vindicandæ injuriæ leviusculæ illatæ gratiâ, & respectu occulti honoris vani, voluptatis ludicræ, ludi jocique gratiâ, vel securitatem in carnis mortalis brachio quærens quis contrahat fœdus. Nisi enim quis ad Dei gloriam, proximi dilectionem, patriæ libertatis, subditorum conservationem respexit, & ut majestas & religio salva sit, is finem & effectum fœderis ut non considerat, sic neque causam & principium ejusdem intelligit: & ob dictas rationes fœdera reprobata sunt in Asa Rege Juda. Quis enim non ultrò concederet, fœdera diuturna aut salutaria esse non posse, si fiduciâ virium & potentiæ propriæ & fœderum spe, non necessaria suscipiantur, si dispares sunt confœderati, si non unum & solum publicum, sed privata sub prætextu publici quæsierint. 2. *Paralip.* 16. & 19.

Apage

Apage † ergo confœderationes ad aliorum injuriam, offensionem, & oppressionem libertatis, vel etiam religionis spectantes, tantumque utilitatem absque honestate habentes conjunctam. *Thucyd lib. 1. in orat. Corinthiorum. Jun. d. l.* Ubi & ipse causæ bonitatem & æquitatem desiderat. 157.

Tales fœdus sanguinolentum † (sacrum quod ab ipsis vocatur, & describitur à *Mercurio Gallo Belgico lib. 1. à pr. fol. 2. & seq.*) inter Pontificem, Hispanum, Sabaudum, & conjuratos in Francia Regiæ familiæ hostes, contractum: mirabili Dei consilio solutum divulsumque esse tradit *Waremund. d c. 2. num. 55.* 158.

Nec solùm honestæ & æquæ confœderationes ut sint necesse est, verùm etiam † possibiles: scilicet ut pecuniarium & militum auxilia aliaque necessaria præstari possint. 159.

Octavò; Modus † *sanciendi fœdera* debet esse clarus, perspicuus & apertus. Ambiguitatem † enim verborum præcidere, & quoad ejus fieri potest, de pactis conventis amputare, utilissimum est, ne justorum aut injustorum specie, perjurio latebra, decipiendique occasio quæratur. *Bodin. d. c. 6. num. 594.* Tantæ † siquidem sunt hominum fraudes, tot in mentibus latebræ, tantique recessus, ut fidei violandæ occasio ex rebus quibusque levissimis quæratur: quanquam perfidia deesse potest nemini perfidiæ latebras quærenti. *num. 607.* Cujus rei exemplum nobis præbent Thraces, qui post inducias 30 dierum cum Thessalis, noctu prædabantur: factum excusantes, quòd non de nocte, verùm de die pepigerint. Quo nomine meritò damnantur. *Strabo.* Idem judicium ferendum de Cleomene Lacedæmoniorum Rege, qui cùm & ipse septem dierum cum Argivis inducias fecisset, tertiâ nocte, cùm Argivi securi agerent, nihil per id tempus verentes, Cleomenes incautos adortus, magnum eorum numerum cæcidit, atque cepit. Cùm autem perfidiæ Argivi eum arguerent, septem dierum se inducias dixit pepigisse; cæterùm de noctibus nullam prorsus fecisse mentionem. *Baptista Fulgosius lib. 6. de dict. & fact. memorabil. c. 2.* Alii † non verba tantùm, sed & syllabas aucupantur, ut Ludovicus XI. Rex Francorum: qui, quò Ludovicum Luxemburgum magistrum militum ad supplicium quæreret, 160. 161. 162.

ret, amicorum in modum jactabat, se capitis tanti viri egere plurimùm: quæ ratio loquendi duo significat, & capitalem pœnam,
163. & consilium. *Bodin. d. num.* 607. Alii † denique sententiam malitiosâ interpretatione corrumpunt, quorum exempla & facta refert *idem ibid.* Legatus quoque Romanorum malitiosè & sophisticè se gessit cum Antiocho, qui cùm navium dimidium Romanis, & regi constituisset dandum, eas omnes reipsâ dividi ac secari jussit: id autem fecit, ut Rex navali præsidio funditùs destitueretur.

164. Deindè claris † etiam verbis exprimi debet, utrùm cum Rege tantùm, an verò cum Rege populóque fœdus contrahatur. Hoc etenim plurimùm interest, *Cabot. 2. disp.* 13. Quorum verborum quanta vis esset, si non antea certè quidem intellectum est, cùm Eduardus IV. Rex Anglorum Regno exutus esset, ac Francorum opes fœdere pactas per Legatos imploraret: responsum est Legatis, cum Anglorum Rege Regnóque contractum esse fœdus, nec adversus novum Angliæ Regem Regnúmve, salvis fœderibus bellum geri posse. Ea vis est horum verborum: *cum Rege populo'vè.* At cùm Rex Regi, & vir viro dat fidem, etjam Regno spoliatus auxilium jure petere potest. *Bodin. sæpè dicto loco num.* 579.

165. Hæc autem fœdera ut sanctiora sint, sæpè in † Senatu vel in curia majore, vel in Comitiis optimatum populivè promul-
166. gantur. *idem ibid.* Et sic ad fœderis † conservationem consultum, imò utile fuerit, statis temporibus, conventum agere, deliberationemque ea de re instituere. *Hænon. disp. ult. th.* 26.

167. Modus etiam requirit † bonam, sinceram & integram fi-
168. dem. Fides † siquidem totius justitiæ, adeoque fœderum est fundamentum. *Cic. lib. 1. offic.* quam nulla utilitatis publicæ, nedum privati ratio violari patitur. Unde & infidelibus, hæreticis & hostibus servanda. Etenim abrogatâ vel violatâ fide, omnis inter homines societas tollitur: nullo fœdere, nullâ conditione pacis firmiter reparanda: & ipsemet Reipub. Princeps fiet omnium exul, qui erat omnium Præsul, ut loquitur *Bald. in l. Princeps. ff. de legib.*

Cùm

Cùm itaque fœdera bonâ fide, hoc est, reverà & seriò, ut vulgò exponunt, contrahi debeant: hinc in † pacis maximè actionibus aut offensiones acceptæ reticendæ, ut sæpè fit, aut commemorandæ: atque omninò injuriarum oblivione pactâ sopiendæ. 169.
Bodin. num. 579. *& Waremund. de Erenberg. lib.* 1. *de fœderib. c.* 2. *num.* 101. diligenter cavendum monet, ubi Principes fœdera sint inituri, statim initio, si quid rancoris lateat in cordibus moderatis expostulationibus ejiciatur. Quomodo enim fœdus subsistet, si minutissima nubecula rancoris in corde hæret, unius vel alterius partis, cùm constet ex amicitia & benevolentiâ mutuâ fœdera vires ac alimenta sumere. Tali moderatâ expostulatione usus est Abrahamus, fœdus percussurus cum Abimelecho, quem increpavit propter puteum aquæ, quem vi abstulerant servi ejus, *& v.* 26. Abimelech modestè se excusavit, quòd nesciverit, quis illam rem fecerit.

Cùm ergo exprobratione aliquâ, vel etiam familiari declaratione præmissâ injuriæ sint sepeliendæ: non † vulgi more, palinodiâ & formulis revocatoriis institutis, abolendæ erunt. 170.

Nec etiam vetustæ † causæ, jamque emortuæ excitandæ. 171.
Quod de causis vetustis belli non excitandis scripsit *Gentil. lib.* 1. *de jur. bell. c.* 22.

Quod *nono loco ceremonias* † *& solennitates fœderum* concernit, eæ apud varias gentes variæ fuerunt, quas referunt *Herod. lib.* 3. *&* 4. *Liv. lib.* 10. *decad.* 3. *Alexand. ab Alex. l.* 5. *gen. dier. c.* 3. *Tacit. l.* 4. *Camerar. part.* 2. *medit. histor. c.* 78. *Waremund. l.* 1. *c.* 3. *num.* 20. *&* 21. *Bodin. d. c.* 6. *num.* 609. Ubi omnes inanes vocat, si cum perfido Principe res sit. Quòd si dignitas illi & existimatio curæ est, inquit, sermo pro lege: fides pro oraculo futura est. 172.

Vetat autem lex † divina alterius, quàm Dei nomen ac numen jurejurando obtestari. *Deuter.* 6. *v.* 13. *cap.* 10. *v.* 20. *Matth.* 5. *v.* 33. *Wesenbec in parat. de jurejurand. num.* 5. Is enim solus est, qui & sui nominis contemptores & perfidos ulcisci potest, non ii, qui nullam rerum humanarum procurationem gerunt. Rectè ergo 173.

David & Jonathas, qui novum fœdus coram Domino percussisse leguntur. 1. *Sam.* 23. *v.* 18.

174. Talia juramenta, quibus fœdera confirmantur, rectè etiam Legatos † vel Procuratores, speciale mandatum habentes, præstare, tradit *Dn. Besold. d. disp.* 6. *th.* 34. *arg. c.* 1. *sed utrùm. tit per quos fiat invest.* quamvis in iis juramenta per Procuratorem non esse præstanda, ut omnis evitetur elusio, & fraudis suspicio, sentiat *Waremund. lib.* 2. *c.* 1. *nu.* 123. *& seq.*

175. Juramento præstito, nihilominus obsides † dantur interdum pro servando fœdere. *idem Waremund. d. c.* 1. *num.* 170. ut etiam pro servandis induciis. *Dd. in l. obsides. ff. de testament. Gail. de pac. public. l.* 2. *c.* 2, *num.* 10. Sic in fœdere, quod ictum est inter Henricum Secundum Regem Gallorum, & Mauritium Electorem Sax. Albertum Brandeburg. & Wilhelmum Hassiæ Landgravium, duo Germaniæ Principes, Philippus Hassiæ junior, & Christophorus Megapolitanus, Gallo dabantur. *Sleidan. lib.* 24. *Waremund. d. num.* 170.

176. In solennitate perficiendorum fœderum scriptura † etiam plerunque accedit: quæ ut requiratur, non natura, sed usus exigit. *Besold. th.* 35. Nam contracta multa fœdera absque scriptura, præsertim, si negotia bellica scribendi occasionem præripuerint, ne vel confœderationes divulgentur. *Waremund. d. c.* 1. *n.* 174.

177. Sequitur *membrum decimum & ultimum de* † *solutione fœ-*
178. *derum.* Danda † ergo est opera ne fœdera semel facta mutentur aut violentur. *Jun. d. cap.* 74. Nec probantur, qui ob levissimas quasque offensiones à sociis acceptas ruptis fœderibus bellum inferre non dubitant: ut quondam Scoti adversus Pictos gravissima bella gesserunt ob canes ereptos, tametsi sexcentos ferè annos pacem ac societatem coluissent, ut memorat *Bodin. d. c.* 6. *circa fin. num.* 620.

179. Quoties † verò illi, qui fœdere conjuncti sunt, secessionem faciunt, & se dissipari patiuntur, dubitari amplius non debet, quin paulatim omnes cladem aliquam accipiant. *Comine. lib.* 1. *de reb. gest Ludovici XI. Regis Gallorum, fol.* 360. Ubi paulò post subjicit, omnium verò mortalium optimè callebat Ludovicus

Rex

Rex artem dirimendi societates atque fœdera, in eoque non parcebat ulli vel sumptui, vel labori, modò perficeret, quod vellet. Neque verò Principes, verùm etiam familiares ipsorum sollicitabat.

Quando ergo controversiæ † & contentiones inter fœderatos incidunt, non ilicò ad arma perveniendum: sed hæ componendæ & dirimendæ judiciis sunt. Hoc cogitandum: quicquid ex multis partibus constat, ita naturâ comparatum esse: Ut aliqua ejus pars laboret, quæ non ilicò resecanda, aut expellenda: quod ita reliquum corpus aspectu turpe redditur, totum denique breviter interit. *ex Dionys. Halicarnass. lib. 8. Jun. d. q. 74.* 180.

Et sic omnia † priùs tentanda, ac pleraque dissimulanda sunt. *Bodin. d. l.* 181.

Quamobrem in omnibus † Principum ac Rerumpublicarum fœderibus concipiendis, pactis conventis utilissimum est, arbitros ac judices fœderum ac pactionum constituere: si qua inter socios controversia oboriatur: sic tamen ut in utramque partem arbitri pares sint. Imò necessarium est, ut idem monet *nu.* 592. unum aliquem potentiâ, vel auctoritate præstantem populum, vel Principem excipere, qui sociorum ac fœderatorum arbiter sit futurus: ne aut bellum temerè inferatur, aut illatum non facilè exitum reperire possit. 182.

Interdum † etiam fœderis constituitur protector seu Præfectus, obrister Bunds Hauptman/ quem malè *Bodin. l. 1. de Repub. c. 7.* Ducem, superiorem & Principem fœderis appellat. Nam talem superiorem fœderati non agnoscunt: ut neque Principes Imperii Henricum II. Gallum in fœdere Chambortino. *Cluten. in fascic. paradox. th. 6.* 183.

Concludimus nos: quòd dissolutio † fœderis aliter fieri non debeat, quàm tempore, quod præfixum est, elapso: vel alterâ parte fœdus violante. Nam nulla † frangentibus fidem fides debetur. *Bodin. num. 598. fol. 938. & num. 599. fol. 937. in fin.* dicit, quòd nullo perjurio teneatur, qui fœdifragis fidem non servat. *fol.* tamen *seq.* 938. *à pr.* statim addit: Sed hæc res interpretatione temperanda est. Nam cui rupta fides erit vel uno capite 184. 185.

fœderis, jurisjurandi religione solutus est, ita ut nullo fœderis capite teneatur: non tamen si nova fœdera iisdem, quibus antea aut diversis legibus feriantur, perjuria præterita repetere liceat: alioqui nullus fidei, nullus religioni locus sit, nec perjuria ullos exitus reperiant.

****

CAPUT VI.

DE CAUSIS RESPUBLICAS MUTANTIBUS SEU CORRUMPENTIBUS, CONVERTENTIBUS ET EVERTENTIBUS.



1. EGimus huc usque de causis Rerumpublicarum constituentibus, ratio ordinis requirit, ut disseremus de causis earundem † corrumpentibus & destruentibus.

2. Oppositorum † siquidem eadem est disciplina & cognitio. *l. 1. de his qui sunt sui vel alien. jur. &c.* Utque

3. in † Medicina non solùm sanitatem, sed etiam morbum, & remedia: ita in Politica scientia non solùm Reipublic. constitutionem, sed etiam depravationem, & curationem describi oportet.

4. Sunt autem morbi † Rerumpublicarum in duplici differentia. Interdum enim evertitur & interit Respub. cùm nempe universus populus cùm Reipublicæ forma deletur. Interdum convertitur in suis tantùm formis & gubernandi generibus: ut quando Monarchia degenerat in Aristocratiam, vel in Democratiam, & contrà. Interdum pervertitur; cùm nempe status non aliam formam, sed in contrarium abit vitium, puta legitima Monarchia in tyrannidem, Aristocratia in oligarchiam, Democratia in

P ochlocratiam, quos morbos φθορὰς, corruptiones & labes vulgò appellant.

Etsi autem in harum mutationum † causis indagandis mul- 5.
ti, & inprimis Ethnici Scriptores summam operam collocarint:
dum alii conversiones & eversiones Rerumpublicarum ac civitatum à fato, alii à fortunæ temeritate, alii ab astris, alii ab eclipsibus, alii à terræ motibus, alii à fatali Regnorum periodo seu termino, alii denique à numeris Platonicis dependere senserunt & scripserunt. Tamen hi ad scopum veritatis non collimarunt, in quorum sententias inquiremus, & posteà, quæ veræ harum mutationum sint causæ, quas partim humana sapientia, partim verò & quidem maxima ex parte divina nobis indicant oracula, excutiemus.

Mutationes ergo illæ minimè adscribendæ sunt fato † illi 6.
Stoicorum, quod tam Philosophi saniores, quàm Theologi reji- Fatum Stoicorum.
ciunt. Fatum † nullum esset, scripsit *Augustinus lib. 5. de civitate*
Dei. vid. *Bodin. lib. 4. de Repub. c. 2. num.* 392. Hanc fatalitatis sen- 7.
tentiam à religione nostra alienam esse, *post Lutherum in tract. de servo arbitrio*, docet *Lamberd. Danæus lib. 3. Polit. Christian. c. 5. fol.* 204. Unde explodenda eorum opinio, qui volunt, fato etiam dispositum, qnando & quomodo unicuique moriendum. *Waremund. ab Erenberg. lib. 1. meditam. pro fœderib. c. 1. num.* 18. & contra illos, qui omnium rerum fatalem necessitatem statuunt, & contingentiam negant, tenemus illud *Scoti*: Qui negant contingentiam, ajentes, omnia necessariò fieri, tormentis exponendi sunt, ac tamdiu cruciandi, donec fateantur, possibile esse se non torqueri. Quod si tamen fati nomen acceperis pro vi, & potestate Dei, omnia videndi, sciendi, gubernandi, cur eo sensu, inquit *Waremund. d. c. 1. num.* 14. non uterer cum *Lipsio lib. 1. c. 9. de constant.* fidenter? vid. *dict. nu.* 14. *& seq.*

Nec † fortunæ. Omnium enim Theologorum ac Philoso- 8.
phorum decretis constat, res humanas hujus temeritate non ferri. Fortuna.
Fortuna † siquidem nihil est, sed nos ducimur regimurque à divi- 9.
nitate quadam, quæ etiam ipsa sit potior ratione, ut docet summus & acutissimus ille Philosophus *Julius Cæsar Scaliger exerc.* 188.

Valere igitur jubemus *Plutarch. in vit. Pompeii*, scribentem, fortunam omnia solvere: *& Demosthen. in orat. de pace.* asserentem, fortunam omni humano ingenio & sapientiæ imperare.

10\. Neque ab † astris, errantium & inerrantium siderum vi ac potestate, vel à Copernici eccentrici revolutione & motu, quem terræ cum Eudoxo tribuit, petenda illarum mutationum causa.

Sidera.

Rejicimus enim hîc opiniones & superstitiones Astrologicas eorum, qui mutationes Regnorum & Rerumpublicarum ex astrorum & cœlestium motuum varietate, operatis & influxu necessariò pendere asserunt.

11\. Rationes sunt evidentes. 1. Quia Astromanteia † est incerta, nullis certis principiis, sed argumentis fallacibus innititur.

12\. Unde deprehensum, Astrologos, † qui stellarum vim in civitates, quicquid ad multos annos effecturæ sint, sine errore prædicere non potuisse. Et quâ ratione annorum plurimorum effectus ex constellatione astrorum prænunciabunt, cùm sæpè ea nesciant,

13\. quæ ante pedes sunt, & in crastinum futura? Hinc Bion † dicebat, maximè ridiculos esse Astrologos, ut cùm non videant pisces, juxta se nantes in littore: illos, qui in cœlo sunt, se videre dicant.

14\. *Stobæ. sermon. 73.* Sic Thales † Philosophus siderum, atque cœlestium rerum valdè studiosus & indagator, cùm cœlum astraque iter faciens intueretur, & adverso fato in fossam præceps ruisset, dum eum anus inde educeret, audivit argutè sibi ab ea dici: En, quomodo te in cœlo quæ sunt, spectare posse credis, si quæ inter pedes posita habeas, non discernis? mordaci enim verbo, homini Philosopho nimiam eorum curam, quę perfectè sciri non possent, exprobravit. *Fulgos. de dict. & fact. memorabil. l. 7. c. 2.*

15\. 2. Quia astra † quidem inclinant, sed non necessitant. Unde est illud: Sapiens dominabitur astris. Adeoque multis rationibus docet *Thom. tom. 3. opusculo 139. & 9. contra gentes. c. 88. &c.* quòd corpora cœlestia non sint causæ voluntatum & operationum nostrarum: quibus concludi potest, Regnorum & Rerumpublicarum mutationes vel institutiones, quæ ex voluntatibus & actionibus populi & regentium sequuntur, non fieri. *P. Gre-*

16\. *gor. Tholoza. lib. 21. de Repub. c. 9. num. 18.* Quare † Cassius cùm à Chal-

Chaldæo recitaretur, Parthos bello lacessere, priusque Sol Scorpii sidus evasisset: Non, inquit, Scorpiones metuo, sed sagittarios: ad Parthos alludens, quorum sagittis Romanorum legiones, sub Crasso, in Chaldæa fusæ ac prostratæ fuerant. *Plutarch. in Crasso.*

3. Quin injuria † cœlo irrogatur, inquit *idem Urbolozan.* 17. *eod. c. 9. n.* 13. Si Regnorum destructiones, seditiones, clades, bella hominum in summa scelera ab illo pendere, & fatalem necessitatem accipere dicamus, magnum dedecus cœlo, si ejus stellæ influant latrocinia, homicidia & ejusmodi, impiumque, dicere malas stellas, cùm Deus quæ fecit, valde bona fecerit. *Gen. c. 1. v. 31.*

Irrogatur & † Deo. Si enim necessitas tribuitur stellis, 18. nulla potestas, nullumve judicium Deo relinquetur. Sequeretur & alia blasphemia: Deum esse crudelem & impium, si pro delictis, quæ necessitas vitare non permitteret, damnaret homines, & malè imperaret vitare mala, quæ evitari non posse sciret, pejusque esset statuere bona, quæ quis facere necessitate prohiberetur. *Hæc ille:* qui *num. præced.* 12. vanam, † defectuosam & inanem 19. hac in causa constitutionem necessitatis esse asserit, & ipsos † A- 20. stronomos, & personarum, & Rerumpublicarum genethliacos à Rebuspublicis esse repellendos, utpote qui ex ejusmodi eventis evulgatis, ingenia hominum, quæ facilia sunt ad dissentiendum, ad conjurationes, proditiones, defectiones, & rebelliones concitent, & instruere videantur ad ea, de quibus antea nihil cogitaverint, nec ad cogitandum animum intendere ausi fuissent.

4. Quid? quòd Deus † ipse, additâ gravissimâ commi- 21. natione & pœnâ, hujus artis studium atque exercitium interdicat. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos. *Levit. cap. 19. vers. 31. & cap. 20. vers. 6.* Anima quæ declinaverit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis; ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. *in fin. cap.* Vir sive mulier, in quibus Pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum

sit

ſit ſuper illos. *Deut. cap* 18. *v.* 9. *& ſeqq.* Quando ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium: nec inveniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos ſciſcitetur, aut obſervet ſomnia atque auguria: nec ſit maleficus: nec incantator, neque qui Pythones conſulat, nec divinos, & quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter iſtiusmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo, *Eſai. cap.* 3. *v.* 1. 2. *&* 3. exclamat Propheta: Ecce Dominus, Dominus exercituum auferet à Jeruſalem & Juda validum & fortem, & virum bellatorem, judicem & Prophetam, & ariolum, & ſenem, &c. *Jerem. cap.* 10. *v.* 2. A ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes. Nec ſolùm prohibet Deus tales divinationes, ſed etiam illudit: Defeciſti, inquit apud *Eſai. cap.* 47 *v.* 13, *& ſeqq.* in multitudine conſiliorum tuorum, ſtent & ſalvent te augures cœli, qui contemplantur ſidera & deſignant menſes, ut ex eis annuncient futura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, &c. *Et cap.* 44. *v.* 25. irrita facio ſigna divinorum, & ariolos in furorem converto, converto ſapientes retrorſum: & ſcientiam eorum ſtultam facio. Confer *cap.* 41. *v.* 22. 23. *&* 24. Salsè etiam ridet *Eobanus Heſſus*:

Ah miſeros, qui ſigna notant, & ſidera ſpectant,
Et ſpes inde hominum vanaq; vota trahunt.

Juri divino accedit conſtitutio Juris Canonici & Civilis.

22. Canones † artem hanc divinatoriam, aſtrologiam judiciariam ſeu Magiam, hujusque cultores, obſervatores & conſultores anathematis fulmine feriunt. *cauſ.* 26. *quæſt.* 5. *c. ſi quis ariolos.* 1. *c. qui divinationes.* 2 *c. non liceat.* 3. *c. non oportet* 4. *c. ſi quis Epiſcopus* 5. *c. Aliquanti.* 6 *c. ſi quis clericus* 9. *c. contra.* 10. *c Auguriis.* 11. *c. Epiſcopi.* 12. *c. nec mirum.* 14. *& quæſt.* 3. *c. illud.* 6. *c. illos planetarios.* 8.

In

In jure † civili ita præcipit Constantius Imp. *in l. 5. C. de* 23.
malefic. & mathematic Nemo Aruspicem consulat, aut Mathematicum, nemo Ariolum. Augurum & vatum prava confessio conticescat. Chaldæi, & Magi, & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnis perpetuò divinandi curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio ultore prostratus, quicunq; jussis nostris obsequium denegaverit. Audin' ejusmodi † Mathe- 24.
maticos maleficis ab Imp. annumerari? *Et l. 2. eod. tit.* ab Impp. Dioclet. & Maximian. ars mathematica damnabilis, & interdicta omninò dicitur. Hinc sub imperio Claudii, Tiberii, Neronis, Domitiani, Othonis, & Vitellii, Mathematici ac Genethliaci urbe totâque Italiâ pulsi sunt, & qui eos consulebant, mulctati. *Zonaras tom. 3. annal. Cuspinian. in vit. Cæsarum.*

Annumerant † verò Imperatores Mathematicos malefi- 25.
cis nominumque illa confusio Magorum, Ariolorum, Aruspicum & Mathematicorum inde manavit, quòd tum temporis Mathematici vaticiniis maximè incumberent, & magicis suis incantationibus & illicitis divinationibus titulum Mathematicæ iniquè præfigerent & manciparent. Et sic abusiva Mathematica seu Magia, vel, ut alii loquuntur, Astrologia judiciaria sive superstitiosa notatur.

Consentientem hic habemus *Jacob. Cujacium in paratit. in Cod. tit. de malefic. & mathemat.* qui textus modò allatos accipit de iis, qui Mathematicorum liberali nomine adumbrantes ineptias suas, profitemur se fata cujusque nosse, & natalitias siderum observationes.

Etenim hæc † præcipua est eorum destinatio, ut casum homi- 26.
nis, ejus mortem, genus, tempus, minutumque moriendi, arcana, furta, Magicâ suâ arte referent & manifestent. quod non diffitetur *JC Ulpian. in l. 15. §. 13. ff. de injuriis & famos. libell.* his verbis: si quis Astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat, injuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eos tenent. (Quod intelligendum de constitutione Constantii Imperatoris, quam modò ex

dò ex *l.* 5. *C. de malef. & mathem.* enarravimus.) Et hoc est, quod calamo suo perstringit *Niceta Choniata lib.* 2. *annal.* Nugatores isti stellarum progressiones & retrocessiones, certosque positus, configurationes, accessus, recessus, cæteráque ad felicitatem humanosque casus multum valere garriunt, & id in divinæ providentiæ fraudem affirmant, ac dissimulanter fatalem omnium rerum necessitatem statuunt.

27. Ut enim de cœlo † non est evitabilis causa peccandi. *Augustin. lib.* 1. *Dulciloq. c.* 9. sic non vitæ, nec mortis potestas ac dispo-
28. sitio. Sortes † enim vitæ nostræ in manu Dei. *Waremund. ab Erenberg. d. c.* 1. *num.* 19. Conformia scribit *Sadlerus in dian. Astrolog. c.* 1. Deus fatali sidereæ necessitati, tam impio & scelesto vinculo minimè est alligandus: siquidem manifestò deprehendit Christianus homo, vitam & mortem hominis in Jehovæ manibus consistere: cùm ne quidem pilum è capite sine ejus benigna voluntate in terram decidere, Christus prædicet. Hic idem ille est, qui piis prorogat vitam, impiis decurtat. Hic idem ille est, qui hominis vitam certo numero dierum, ut limite circumscribit. Nec animus, ait *Simplicius in comment. ad Epictet.* ad hoc vel illud
29. mortis genus à sideribus cogi potest. Astrologia † itaque, quæ de morte, vita, fortuna prædicit, tanquam divini imperii majestatem diminuens, nullatenus ferenda. *Waremund. d. num.* 20 Nec enim
30. † Mathesis est, sed Matæa, quæ ex astris mortalium omnium fortunas, casus, eventa cuncta, fatum ipsum, tanquam à suggestu militari pollicetur, ut tradit *Scalig. exerc.* 251 Et hanc Matæam, non veram & laudatam Mathesin intelligit *Augustin. in qq. Vet. & Nov. Test. q.* 115. asserens, quòd nihil tam contra Christianos sit, quàm si arti Matheseos adhibeant aurem.

31. Sed in mentem tibi fortasse veniet, quod de † Vespasiano referunt scriptores rei Romanæ, & præter alios *Sueton. in ejus vita c. ult.* eum tam certum de sua arte fuisse, ut post assiduas in se conjurationes ausus fuerit affirmare senatui, aut filios sibi succes-
32. suros, aut neminem. Et quod de † Domitiano refert *idem Sueton.* eundem fatalem horam suam ad unguem cognitam arte suâ ha-
33. buisse. In medium item afferes, quòd Julio † Cæsari Spurina aruspex

spex fatalem horam prædixerit, licet optimè sciret, horum omnium Cæsarem derisorem esse: eo ipso enim die, quo occubuisse dicitur, Spurinam irridens falsi arguit, quòd sine ulla noxa idus Martiæ sibi tantoperè cavendæ, adessent: quanquam is venisse quidam eas, sed non præteriisse diceret. *Alexand. Appian. Plutarc. h. Sueton. & Zonar. in ejus vita.* Oppones etiam exemplum † Vitellii, Astronomos & ariolos omnes expellentis, certo die præfinito, intra quem totâ Italiâ excederent. Qui noctu vicissim in schedis propositis ei denunciarunt, ut intra eum diem è vita excederet, quo excessit, ut refert *Niceta Choniata l. 2. annal.* 34.

Sed hosce arietes ita repellemus, ut dicamus, hanc † ipsorum artem Astronomicis fundamentis & apparentiis non niti, sed talia ac similia arcana, à sensibus & cognitione humanâ, quatenus humanâ, esse remota, ex astrorum positu, constellatione, aspectu motúque haberi non posse, prout etiam testatur *Otho Casmannus in Uranographia.* 35.

Nec propterea † dicendum, artem ipsorum ideo non videri fallacem, eò quòd semper prædictioni effectus corresponderit. 36.
Evenit † enim sæpissimè improbo & superstitioso homini id, quòd timuit, *teste Salomone Proverb. 10. v. 24.* puniturque per ea, per quæ peccavit. Ita nonnunquam ex certo † decreto Deus patitur, ut cacodæmon horum vel illorum, quos Jehova perdere destinavit, tanquam carnifex obitum præsciat, suisque cultoribus, ut inde magnam apud eos sibi aúctoritatem conciliet, revelet & manifestet. Ast cur hoc? hæc † potestas immundis spiritibus ideò datur, ut per vasa sibi apta, hoc est, pravos homines seducant illos, qui spernunt veritatem, atque credunt mendacio. *Sadler. in dian. Astrolog. cap. 1.* idem judicium etiam est *Casmanni in Uranographia.* 37. 38. 39.

De eo, an facultas divinandi sit naturalis in hominibus, vid. *Francisc. Valles. de sacra Philosophia fol. 183.* De responsis Dæmonum, & quot modis futura prænoscant. *fol. 182.*

Vides itaque Astrologiam divinatoriam, judiciariam sive Magiam, tùm † decretis divinis & canonibus Ecclesiasticis, tùm legibus humanis & civilibus sub cominatione supplicii extremi, 40.

anathematis fulmine, & excommunicationis Ecclesiasticæ pœnâ omnimodò esse prohibitam & detestatam.

De istiusmodi immaturis Prophetis, eorumque nugis, ineptiis & vanitatibus, si plura requiras, adeas *Cicer. 2. de divin. & 1. Tuscul. quæst. Bodin. 4. de Repub. c. 2. num. 395. Tholozan. lib. 21. c. 9 Augustin. lib. 5 de civit. Dei c 7. Chassanæ. p. 11. catal. glor. mund. considerat. 52. Danæ. Phys. Christian. part. 2. tract. 4. c. 32. 34. &c.*

41. Extat etiam dissertatio Phavorini † Philosophi *apud Gellium lib. 14. Noct. Attic. c. 1.* qui scito dilemmate Astrologos judiciarios perstringit, dicens: Aut adversa eventura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera, & fallunt, miser fies frustrà exspectando. Si adversa dicunt, & mentiuntur, miser fies frustrà timendo. Si verò respondent, eaque sunt non prospera: jam inde ex animo miser fies, antequam è fato fias. Si felicia promittunt, eaque ventura sunt: tum planè duo erunt incommoda: & exspectatio te spei suspensum fatigabit: & futurum gaudii fructum spes tibi jam defloraverit. Nullo igitur pacto utendum est istiusmodi hominibus res futuras præsagientibus.

42. Religio verò nobis sit, verùm † & genuinum Mathematicæ & Astronomiæ usum è medio tollere, quæ cœli naturam stellarum motus contemplatur: & cujus beneficio Astrologus ex dispositione & configuratione astrorum, influentiis eorum ad amussim inspectis, aëris qualitatem, & hinc dependentes casus prædicit.

43. Hic enim nititur suis † principiis, quæ fundantur in qualitatibus sive influentiis stellarum, quæ à posteriore medio effectuum, quamvis difficilimè & ægrè cognoscuntur. Certas enim, & insignes quidem vires, splendidissimis his cœlestibus corporibus inesse, ipsa satis evincit experientia. Nam præterquàm quòd Luna & Sol luceant, cunctaque suo lumine illustrent, peculiares etjam vires humectandi & exsiccandi nacti sunt: & reliquos præterea planetas stellasque fixas admirando modo in hæc inferiora & sublunaria agere deprehendimus, licet Sol tantùm nativum lumen habeat, ut habent verba *Sadleri loco anteà citato.*

Asseri-

Asseribam hic egregia verba *Francisci † Piccolominei grad.* 44.
1. Philos. moral. c. 35. Quàm inanes sint quorundam Astronomorum† jactationes, ipsamet opera patefaciunt: Cùm enim quasi terrestres Dii velint futura prædicere, tam longè distant à vero, quàm ipsi à Deo, & terra, cujus sunt incolæ, à cœlo Deorum sede. Astronomia ut est pars mathematicæ, magnificienda est: in prænoscendis autem futuris, dum juncta Physicæ cognoscens vires communium Physicarumque causarum, prædicit communia & Physica quædam effecta, veluti siccitates, pluvias, sterilitates, fertilitates, tempora salubria, insalubria, cæteraque hujus generis, rectè facit, ac ea valet prævidere & prædicere, non ut necessariò, sed ut frequenter eventura. Nam impediri ea quoque possunt (in rebus siquidem naturalibus non est necessitas simplex, sed cum exceptione impedimenti: quia interdum impeditur occursu rei externæ, ceu communis Physicorum docet Schola.) At dum ad particularia descendunt, ac insuper vel lucri, vel inanis gloriæ desiderio ducti, ea volunt prædicere, quæ eveniunt rarò, ac hominis libertati subjiciuntur, innumeris mendaciis levitatem temeritatemque suam patefaciunt. Prænosci possunt aliquâ ratione hominum temperamenta, ac etiam propensiones, quæ temperamenta sequuntur: at non actiones, quæ frequenter adversus propensiones fiunt, & semper & in nostra facultate sunt positæ. *Et paulò post:* Hinc rectè dicimus, Physiognomiam cæteris divinatoriis artibus firmiorem, constantioremque esse; & ratio est, quia inspicit illa, quæ sunt proximiora. considerat enim temperamenta & complicata cum temperamentis, quæ intimiùs & proximiùs ad producendas humanas actiones conspirant: quamvis nec illa quoque cogant, sed solùm pariant propensiones ad varia, quæ assuetudine mutari possunt. Hinc inspicimus sub eadem cœli constitutione, ob varietatem propinquorum principiorum, nec non assuetudinis, homines reperiri adversis moribus præditos. *Hactenus ille.*

ὁμόψυφ© est *Elias † Cratensis Episcopus ad Nazianz. orat.* 45.
2. de Theol. ita scribens: Græci ex horum siderum, quæ in Zodiaco moventur, conjunctione, congressu, distantiâ mutuâ, concurren-

tibus nimirum illis hoc vel isto pacto, natalitias prædictiones, & aliarum etiam eventuum fingunt. Nos autem colligi quidem ex his signa quædam & ipsi fatemur, si videlicet pluviæ exorituræ, nec ne, frigus an calor, humor an siccitas, venti denique, & alia talia. Ortus verò nostri actionumque causas, nequaquam in eis ponendas definimus.

46. His omninò addenda sunt verba hæc *Damasceni* † *lib. 2. de orthodox. fid. c. 7.* Nos dicimus, ex astris fieri signa imbris & serenitatis, frigiditatis & caliditatis, humiditatis & siccitatis, & ventorum & similium: nostrorum autem actuum nequaquam. Nos enim liberæ potestatis à conditore facti, domini nostrarum actionum sumus. Si enim ex astrorum latione cuncta facimus, ex necessitate ea operamur, quæ facimus. Atqui quod necessitate fit, neque virtus, neque vitium est. Si autem neque virtutem neque vitium possidemus, neque laudibus & coronis, neque vituperationibus & punitionibus sumus digni. Invenietur autem & Deus injustus, his bona, illis tribulationes tribuens. Sed neque gubernabit, neque suarum ipsius creaturarum providentiam geret Deus, si secundùm necessitatem dicuntur omnia atque feruntur. Sed & in nobis ratiocinandi potestas vana erit. Nam si nullius actionis domini sumus, vanè consultamus. Rationalis autem potestas, omninò consilii gratiâ indulta est. Unde & omne rationale, liberæ potestatis ac arbitrii est. *Sic Damascen.*

47. De † Cometarum tamen apparitionibus major alicui scrupulus injici posset *Ludovicus de Reg. in Astrolog. Aphorism.* 98. & 137. Mutantur, inquit, Regna per Cometarum apparitionem in signis regiis, dum moventur in motu sensibili de uno signo in aliud, & magis dum unà complures in uno erunt. Nam nunquam eveniunt sine magnâ mutatione Regnorum illius climatis, in quo apparuerunt, &c. Quod ipsum suo calculo testatum facit *Ptolomaeus aphorism.* 100. Si affulserit in cardine Regni alicujus cometa, interibit Rex, vel magnus quispiam in eo, ut refert *Arnisæ. lib. 2. doct. Pol. c. 2. p. 540. in fin.*

Cometæ.

48. Ejusmodi † prodigia & ostenta prænunciantia mortem Impp. Romanorum, narrat *Suet. in vit. Cæsar. August. Caligulæ, &* *Flavij*

Flavij Domitiani. Sic *in vita Cæsaris* refert, quòd stella ingens crinita post Cæsaris interitum ad 7. usque noctes eximio fulgore apparuerit, posteaque nunquam visa fuerit. Tempore quoque Claudii Cæsaris talem visam fuisse memorat *Dio Cassius lib. 45. hist. Roman.* Quid dicam de cometa, qui per integrum annum in specie ensis super urbem Hierosolomytanam stetit? *Euseb. lib. 3. hist. Eccles. c. 8 Joseph. l. 7. de bell. Judaic.* Alia exempla videre licet apud *Tholozan. lib. 21. de Repub. c. 6.* Et quæ non mala in Germania † nostra 49. cometarum apparentias fuêre insecuta? Bella, tumultus & obitus Magnatum. Exempla paulò vetustiora non profero, sed adduco cometam, qui toti Germaniæ & aliis Regnis illuxit Anno 1618. mense Octobri & Novembri. quid ille? prænuncius fuit mortis Maximiliani Archiducis Austriæ, itidemque Magistri Ordinis Teutonici: mox Annæ Augustæ, conjugis Matthiæ I. mense Decemb. ejusdem anni, & paulò post ipsius Imperatoris, mense Martio, an. seq. 1619. Fuit & bellorum, quorum faces in Bohemia & Germania adhuc flagrantes quis non videt? Hinc non abs re dixit *Manilius Poëta*:

Nunquam futilibus excanduit ignibus æther.

Et *Claudianus*:

In cœlo nunquam spectatum impunè cometam.

Verùm cùm cometæ plerique habeant causas † naturales, 50. ut disputat *Plinius lib. 2. Hist. Nat. c. 26. 27. & 28. Scalig. exerc. 79. sect. 1. Johan. Magirus lib. 4. Physiologiæ, c. 3.* non poterit inde prognosticon vel conclusio † universalis, certissima, & ut Philo- 51. sophi loquuntur, apodictica, sed conjecturalis & probabilis inde desumi. Quodque cometæ necessitatem inevitabilem non inferant, & quàm plurimi eorum sine prænuntiatione, vel importatione novi cujusdam eventus fuerint visi, hisce verbis testatur, & scribit *Julius Cæs. Scaliger. dict. exercit. 79. sect. 2. à pr.*

Quod

52. Quod quæritur: Cometæ signane † sint, an causæ, neutrum censeo. Etenim existimare à cometa Regem interfici, ridiculæ dementiæ est. Tanto minus everti Provinciam. Sed ne signa quidem sunt, ut fumus ignis. Verùm sicuti aliquis affectus est alterius signum propter cohærentiam: veluti signum, quòd gallina peperit, cantus. Nam gallina utriusque, & partus, & cantus auctor est. Neutrum verò ab altero pendet necessariò. Multi itaque sunt à nobis cometæ visi: quos nulla usquam tota in Europa subsequuta est pernities mortalium. Et multi clarissimi viri suo fato
53. functi sunt sine ullo cometæ indicio. Idem prorsus ex † Crantzii, Sigeberti, Widekindi, ex Saxonico antiquo Chronico, inprimis verò ex Buntingi Brunswicensi, Pomarii Magdeburgensi, item ex Marchico, & Rivandri Thuringico Chronico patere asserit *Arnisæ. d. l. fol.* 451. qui nihil ferè nisi cometas narrant, nec tamen singulis notabiles rerum mutationes asscribere possunt. Concludimus itaque cum *Gregorio Tholozano lib. 21. de Repub. c. 9 nu.* 19.
54. Patet † errare & decipi eos, qui casus, mutationes, mala & subversiones Principatuum, Regnorum & Rerumpublicarum referunt ad cœlestia fata, ad conjunctiones, naturas, influxus stellarum crinitarum, seu cometarum, Solis Lunæve defectus, &c.

55. Hinc judicium etiam ferri potest de Eclipsibus † Solis & **Eclipses.** Lunæ, ad quas nonnulli in causis conversionum & corruptionum inquirendis deveniunt. In mentem sibi revocant defectum Lunæ in prælio ad Arbelam, & Solis, tempore Pompeii. *Dio Caß. lib.* 45. & quòd Anno 1093. Sole totaliter fermè obscurato, multa Regna innovata fuerint. *Dodec. in addit. ad Marian. Scot. Chronic.* Sic & *Freig. lib.* 14. *Physic.* asserit, eclipses in imperiis portendere mutationes.

56. Præterea, plures † Soles ferè visos constat, cùm nova essent **Plures Soles.** fœdera consuta, aut structæ adornatæque conspirationes, vel ad rapienda imperia: vel eos, qui præsiderent, de fastigio dejiciendos. *Peucer. de divinat. Tholozan. d. lib. 2. c. 7.*

57. Verùm cùm & eclipses naturales † habeant causas, ut docent & confitentur Physici ac Mathematici, non est, ut inde nostrarum actionum † normam, & Regnorum interitum *necessariò* peta-

peramus & dijudicemus, licet *interdum* post eclipses factas mutatæ vel conversæ fuerint Respublicæ. Probè hoc tenuit † Pericles, 59.
qui exercitum ob luminis solaris defectum exanimatum, & arma omninò abjecturum, paulò post erexit, & timore exempto ad belligerandum alacrem reddidit, veras eclipsium causas proponendo, & sinistrum sensum ac scrupulum omnem eximendo. *Frontin. lib. 1 stratag. c. 12.*

Terræmotus † tamen *sæpiùs* sunt signa mutationum & e- 60.
versionum in Republ. non tamen *semper & ex necessitate.* Sic Terræ
quamvis *Johan. Magir. lib. 4. Physiologiæ c. 10.* tam ex Astrologis, motus.
quàm ex Physicis causas terræmotus naturales constituat: mox tamen causam ejusdem finalem, dicit esse significationem iræ Dei, sicut dicitur 2. *Reg.* 22. *Commota est & contremuit terra, fundamenta montium concussa sunt & conquassata, quoniam iratus est eis Dominus.* Ea propter terræmotus est prænuncius magnarum calamitatum, sicut testatur Plinius, inquiens: Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus prænuncia esset. Hinc Cardanus, terram, inquit, ex flatu scindi, & maximè indicare seditiones, haud dubium est. *Hæc ille.*

Nec desunt † exempla hujus rei plurima. Terræmotus sub 61.
Tiberio duodecim celebres Asiæ urbes evertit. *Tacit. 2. Annal.* Totidem Campaniæ oppida alius sub Constantino: quandoque etjam totæ insulæ absorptæ, Helice, Bura, *Melancht. lib. 2. Chron. Carion, de Imperio Laconico*, & in Selandiæ partibus duæ insulæ oppidis virisque: *Lips. lib. 1. de Constant. c. 16.* Sed & mortem Theodosi Secundi Imp. antecessit terræmotus, qui duravit sex menses, concussit Constantinopolin, & multa Asiæ loca. Dehiscente terrâ multa oppida absorpta sunt. Mare alibi fugiens hiatu absorptum, alibi in terram effusum multa oppida obruit. Hæc prodigia sequentes Imperii ruinas & Mahometica initia significarunt. *Melancthon lib. 3. Chron. Carion. in vita Theodos. & Ambros. in orat. funeb. Theodos.*

62. Historici etiam Polonici annotarunt, post terræmotum in Polonia singulares mutationes accedisse. *Herbort. lib. 6. Chron. c. 6. & lib. 7. c. 10.*

63. Ad fatales † Regnorum periodos quod attinet, multi has ipsas,non tamen certis suffulti rationibus, sed intuitu temporis præterlapsi,& experientiæ freti præsidio,defendunt, ac annorum numeris & cancellis,quos transilire nequeant,imperia definiunt: ita ut quædam quingentesimo, vel parte hujus mediâ, quædam septingentesimo anno aut aliò sint translata, aut eversa funditùs, aut cum nova commutata forma. Alii rursus sentiunt, eam ætatem esse tantùm annorum centum viginti, quod tempus ætati quoque hominum,ut longissimum, à Deo præscriptum est. *Psal. 90. v. 10.* Itaque illud tempus volunt cuique Reipublicæ esse periodum fatalem regnandi & dominandi: periculosum, & quasi climactericum. E quorum numero sunt *Philip Melancht. lib. 4. & 5. Chron. Carion.* quingentesimum annum Imperiis plerunque fatalem constituens. *Peucerus de gener. divinat fol. 30. 31. & seqq. Georg. Richterus axiom. Polit. 1. 2. 3. 4. & 5.* item *Johan Leunclav. in proœm. Historiæ Musulmannæ*, inquiens: *Sunt certa temporum momenta quædam, cùm omnibus in genere, tùm maximè tyrannicis statuta divinitùs imperijs: quæ si necdum adpetierint, frustrà tentare videmus heroïcos etiam Principes, quicquid vel ad tuendum suas suorumq. fortunas, vel ad repetendum ablatas injustè Provincias, suscipiunt. Sin absoluto cursu, quasiq. periodo suâ, fatales jam vices, metasq. cælitùs præfixas attigerint: tum ipsâ mole suâ nutant, tum hostis, etiam cunctorum opinione debilis, impulsu præcipitata corruunt: ut orbis universi mutationem prodigiosam non à viribus humanis, sed ab inadspectabili & præpotenti numine, mirificâ res mortalium providentiâ gubernante profectam agnoscat.* Sic ille.

64. Pro hujus sententiæ confirmatione exempla † Imperiorum & Regnorum haud obscura adducuntur.

JUDÆORUM scilicet,quorum Regnum â Saule primo Rege,usque ad Sedechiam occisum & Imperii eversionem,recurrit numerus annorum 496. secundum *Bod. lib. 4. de Repub. c. 2. n. 410.* juxta

Fatales Regnorũ periodi.

Juxta Danæum verò *d. fol.* 164. duravit plus quàm totos quingentos annos.

PERSARUM, quorum Monarchia, *Agathiâ Auctore*, à Cyro ad Darium Codomannum stetit annis 228.

ROMANORUM, apud quos Reges septem imperarunt annis ducentis quadraginta quatuor. *Liv. lib. 1. Dionys. Halicarnassæ. lib. 5. Sleidan. lib. 1. de quat. monarch. fol. 61.* idemque imperium exactis Regibus usq; ad Julium Cæsarem annos 480. durâsse nonnulli scribunt: alii verò plus quàm sexcentos.

LONGOBARDORUM in Italia 240. annis floruisse, & à Carolo Magno excisum tradunt.

ALBANORUM Regnum in Italia ante Romam perstitisse annos trecentos, his versibus docet *Virgil. lib. 1. Æneid.*

---- Et longam multâ vi muniet Albam,
Hic jam ter centum totos regnabitur annos.
Gente sub Hectorea.

CARTHAGINEM post annos septingentos triginta septem deletam, testis est *Solin. c. 40.* Plura exempla refert *Richter. dict. loc.*

† Priorem † sententiam atro carbone notant *Bodin. d. c. 2. & in method. hist. c. 6. Henning.* [illegible] *lib. 2.* [illegible] *Polit. c. 2. Joh. Casus lib. 5. sphær. civit. c. 1.* [illegible] *lib. 3.* [illegible] *an. c. 2. fol. 164. & c. 3 fol. 204.* ubi asserere non dubitat [illegible] Rerumpubl. ex certis periodorum & temporum metis ac circuitibus metientes, fatum † Stoicum, ubique à Christianis & piis viris damnatum, inducere atque tueri: ac si ex connexione & serie, ipsâ, necessitate quâdam inevitabili & absolutâ, causarum secundarum interitus duratioque rerum sit definienda. 65. 66.

Quid nos dicendum putabimus, cùm experientiæ refragari Soph[illegible] *Galeno*? scilicet, cum r. in incerto † eventu mu[illegible] & annus modò quingentesimus, modò pars h[illegible] modò septingentesimus fatalis d[illegible], sed tamen, ut ait Melanchton, *plerumq;* imò *circiter* quædam Re- 67.

spublicæ aut mutatæ aut eversæ sint, ut patet exemplis in medium allatis. 2. Temporis † apud Philosophos nulla *per se* sit efficacia: periodos illas non esse causas (si modò causæ dicendæ) mutationum Rerumpublicarum proprias † & adæquatas, sed communes & contingentes. Deinde respondemus, non valere inductionem ab insufficiente enumeratione partium seu exemplorum: cùm & alia † imperia aliis terminis ac annis, quàm istis climactericis, quos constituunt, mutata, finita, eversa in historiis legantur, quibus ad oculum demonstratur, à scopo aberrare illos, qui statuunt omninò, definiuntque unamquamque Rempub. supra quingentos aut septingentos annos non perstiture.

Pauca, eaque illustria, exempla in contrarium attulisse sufficiat.

Imperium ASSYRIORUM, *juxta Eusebium*, duravit annos mille & ducentos: *secundum Justinum lib. 1. fol. 15.* à Nino annos 1300, idque propiùs ad Scripturæ veritatem accedere, scribit *Christophorus Helvicus in Chronologia, in descript. Regni Assyriaci, fol. 2.*

Regnum SCYTHARUM, ut idem *Justin. lib. 2.* notat, aliquot annorum millibus stetit.

VENETORUM Respublica, *secundùm Danæ. d. c. 5.* floruit per annos octingentos: *juxta Keckerm. lib. 1. syst. Polit. c. 1. fol. 36.* annos jam mille & ducentos propè.

FRANCICAM item politiam per annos penè mille ducentos viguisse.

ATHENIENSIUM verò Rempublicam per solos quinquaginta annos durasse, refert *Danæ. ibid.*

71. Non ergo respectu † numeri, vel mutationum in illo factarum, sed ratione & dispositione † Dei certas periodos agnoscimus. Ut enim Deus singulis hominibus certum terminum vitæ præfixit: ita & Regnis terminum & tempus durationis. idque maximè ex auctoritate Scripturæ sacræ de quatuor summis totius orbis Imperiis, Assyriaco inquam, Persico, Græco, & Romano asserimus, illis scilicet Deum ter Opt. Max. ex singulari quâdam providentiâ, certos posuisse terminos ac limites. Ita enim de-

quatuor

[illegible] Regna ista præfigurantibus, dicitur *Daniel. cap. 7. v. 12.* quod tempora vitæ ipsis essent constituta usque ad tempus & tempus. A qua nostra sententia non est alienus *Keckerm. lib. 1. syst. Polit. c. 26. fol. 408. & seqq.*

Devenimus nunc ad numeros † Platonicos. Hos nemo adhuc probè explicare potuit usque adeo verum est, quod antiquitas in ore habuit: *Numeris Platonicis nihil obscurius. M. Tull. lib. 7. epist. ad Attic.* Ipse enim *lib. 8. de Repub.* causam mutationis & interitus Regnorum transfert in conversionem & revolutionem quorundam orbium cœlestium, factam certo annorum numero, quam postquam res attigerunt, incipiunt rursum quodammodo retrogradi, & paulatim in deterius commutari. Communior tamen est eruditorum sententia: Platonem notare voluisse, miram esse efficaciam numeri septenarii & novenarii cum suis quadratis & cubicis. *Schönborn. lib. 7. c. 23.* vid. *Caspar. Peucer. de divinat. lib. 5. cap. 12. Scalig. exercit. 352. sect. 1. Dn. Gerhard. in cent. quæst. Polit. decad. 10. quæst. 2. Keckerman. d. c. fol. 408. in fin. & seq. Bodin. lib. 4. de Repub. cap. 2. num. 410. & seqq. & in method. histor. cap. 6.* Ubi in hæc verba scribit: Absurdum † mihi sanè videtur, quod Plato Rerumpub. exitus, & vicissitudines solâ numerorum potestate metitur: tametsi enim Deus immortalis, potentiâ, numeris, ordine ac mensurâ mirabili colligavit, non tamen numerorum viribus, multò minus fato tribuendum est, sed majestati divinæ, quæ ipsa, ut Augustin. scribit, fatum est, aut nullum aliud omninò existit.

73. Numeri Platonici

74.

Restat, ut veras, proprias & adæquatas causas illarum mutationum excutiamus. Sunt illæ vel † Theologicæ, vel Politicæ.

75.

Theologicæ † tam ex parte Principum, quàm subditorum, sunt horum impietas, † blasphemia, idololatria, & contemptus Religionis. Notum est illud *Esai. cap. 5. v. 24:* **Sicut devorat stipulam ligni ignis, & paleos flamma absumit, sic radix eorum quasi putredo**

76.

77. Causæ mutationum Rerumpub. veræ quæ.

erit, & germen illorum sicut pulvis ascendet. Quam ob rem? quia abjecerunt legem Domini exercituum, & elogium sancti Dei Israël blasphemiis affecerunt.

Sic etiam Jehova per *Ezechiel. c. 25. v. 3. & 4.* minatur: *Propterea, quod dixisti, Euge, supra sanctuarium meum, quia pollutum est: & super terram Israel, quoniam desolata est: & super domum Juda, quoniam ducti sunt in captivitatem: idcirco ego trado te filiis Orientalibus in hereditatem, & collocabunt Palatia sua in te, & comedent fruges tuas, & bibent lac tuum.*

Præ multis autem hoc luculenter testatur excidium urbis Hierosolomytanæ, quæ propter neglectum Dei cultum, impietatem & blasphemias solo est adæquata. *Josephus in antiquitat. Judaic.* Quin & Poëtæ, qui fabulis sapientiam texuerunt, Numen ob spretam neglectamque Religionem hominibus irasci agnovêre, dum Deos Trojam amicam civitatem deseruisse, atque ob adulterium Paridis everti passos fuisse commemorant, ut refert *Augustin. lib.* [illegible]. Propter inobedientiam Samuel denunciat Sauli: *Scidit Dominus regnum Israël à te hodiè, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* *1. Sam. 15. v. 21.*

Cùm Salomon mentem à Domino avertisset, polluens se Deorum plurium cultu, audivit hanc sententiam: *Quia non custo-*

custodivisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & illud dabo servo tuo. 1. Reg. 11. v. 11. Et alibi ad populum Samuel. *Quod si perseveraveritis in malitia, & vos, & Rex vester pariter peribitis.*

Osee cum populo Israël transfertur in Assyriam, servusque fit Salmanasseris Regis Assyriaci, ob cultum idololatricum. 2. *Reg.* 17.

Est itaq; Deus, † *qui constituit & transfert regna.* 78
Dan. cap. 2. *v.* 21. *c.* 4. *v.* 14. *& Job. c.* 12. *v.* 23. qui (Deum intelligit) *multiplicat gentes, & perdit eas, & subversas in integrum restituit.* v. 24. *Qui immutat cor Principum terræ.* *Vellejus ait:* Ineluctabilis fatorum vis, cujus fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. Et *Hippolyt. in princ. c.* 26. Omnes propemodum gentes, ait, propter intolerandam vel superbiam, vel iniquitatem vel luxum, præter alias pœnas, quibus à Deo mulctatæ fuerunt, hanc etiam accepisse, quòd securę manserint, artesque liberales & militares abjecerint, & se delitiis corrumpi & effœminari permiserint. Quibus subjicit *illa Seneca:*

Iratus ad pœnam Deus si quos trahit,
Auferre mentem talibus primùm solet,
Caliginemq; offundit, ut ruant suas
Furenter in clades, sibi quas noxiis
Accersiverunt ultrò consiliis malis.

Hoc

Huc refero illud *Pausaniæ lib.* 2. Et causam quidem, quamobrem tantoperè Sicyoniorum opes attritæ fuerint, non facilè quis, etiamsi studiosè quæsierit, invenire possit: Quare id quod Homerus de Jove dixit, pro causa esto:

Urbes qui multas à celso culmine vertit.

79. Causæ † Politicæ evertentes aut mutantes Respublicas, sunt vel Internæ, vel Externæ.

80. Internæ, † sunt vel respectu Principis, vel subditorum.

81. Respectu Principis † sive Magistratus (à quo bonorum, malorumque omnium torrens in totum populum, velut à perenni quodam fonte promanat, ut loquitur *Thomas Morus in Utopia*

82. *lib.* 1.) Sunt præcipuè 1. Injustitia, † injuria & legum iniquitas. *Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias & injurias, & contumelias, & diversos dolos. Ecclesiast. c.* 10. *v.* 8. Ubi non est pudor, nec cura juris, sanctitas, fides, instabile regnum est, inquit *Seneca*

83. *in Thyeste.* Nam jus & æquitas † vinculum civitatum est, tanquam alterum atque proximum à Religione, rectè administrandæ Reipublicæ fulcrum, neque ullum invenitur tutius Magistratuum præsidium, aut ullum firmius gubernaculum, quàm juris & æqui observantia. Sic & Salomon *Proverb.* 16. *v.* 12. *Justitiâ firmari solum docet.*

Apprimè huc facit, quod dicit glossa notabilis. *C. de Justi-*

84. *nian. Cod. confirm. in pr.* Duo † ista brachia, *Arma & Leges,* fecerunt urbem Constantinopolitanam præ omnibus aliis dominari. Etenim ut Majestas Imperatoris sine legibus ita neque sine armis firma ac tuta esse potest. Idcirco Majestatem Imperatoriam non solùm Legibus oportet esse armatam: sed & armis decoratam, ut utrumque tempus & belli pacis rectè gubernari possit, ceu scribit Justinianus *in proœm. Instit.* à *pr.* Et *Johan. Sleidan. in orat. ad Princip. & Ord. Imp.* Non tam armatorum præsidia Rempublicam tuentur, quàm leges atque judicia, & constans inviolati juris

studium.

ſtudium. Contrà facilis conjectura eſt, Rempublicam illam, in qua perverſa judicia fiunt, diu ſtare non poſſe. Intellexit id Ochus † Rex *apud Athenæ. lib.* 1. cùm is diu regnaſſet, & moriturus tandem à filio natu majore, regni ſucceſſore, interrogaretur, quidnam faciens regnum tot annos cuſtodiviſſet: reſpondit, τὰ δίκαια πράττων πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους καὶ θεοὺς, hoc eſt, juſte erga omnes homines Deosque faciens. 85.

Secunda cauſa: eſt ſubditorum † expilatio, tributorum nimia exactio, & oppreſſio pauperum. 86.

Væ qui ſpolias, nonne & ipſe ſpoliaberis? *Eſai. cap.* 1. *v.* 1.

Idcircò quod diripuiſtis pauperem, & prædam electam tuliſtis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantiſſimas, & non bibetis vinum earum. *Amos c.* 5. *v.* 11.

Et quæ alia cauſa † defectionis decem tribuum Iſraëlis à Roboamo Rege, quàm gravium onerum in[illegible]o, & oppreſſio populi? 1. *Reg.* 12. 2. *Paralip.* 10. 87.

Ab Hiſpano † Belgas ſeparavit, quòd Dux Albanus omnium rerum decimam exegerat. *Chytræ. in Chron. Saxon. lib.* 21. 88.

Ungari † Matthiam Corvinum deſtituerunt in medio Regni curſu, quòd exhauſto per longa bella ærario, ad nova vectigalia & tributa cogeretur confugere. 89.

Franci † Theodorum Regem, quòd populum tributis premeret, de Regno dejecerunt. *Bodin. lib.* 6. *de Repub. c.* 2. *num.* 657. & in Ludovicum XI. bellum excitarunt ad avertendas exactiones, cui *Boni publici* nomen prætexuerunt. *Arniſæ. lib.* 2. *de Repub. c.* 3. *ſect.* 6. *num.* 51. Ubi tamen propter ſeveras † tributorum exactiones, quæ quam proximè ad tyrannidem accedunt, non eſſe 90. 91.

 deſe-

deserendum Principem monet, si de cætero Reipublicæ benè consulatur. Et severiores tales Principes à seditioso vulgo continuò tyrannos vocatos, à perfectis tyrannis omninò distinctos vult. Eadem est sententia *D. Ægidij Hunnij tom. 1. disp. Theolog. Marpurg. 44. de civili Magistrat. th. 88. & seqq.* dicentis: in oneribus civilibus exigendis etsi modum interdum excedit Magistratus: nullam tamen hinc justam subditi habent rebellandi causam. Etenim non solùm bonis & humanis, sed etiam pravis dominis parére jubemur. 1. *Petr.* 2.

92. Tertia causa: est avaritia † & cupiditas plura habendi: Talis Princeps inhians alienis, sæpè amittit propria. Antigonus Rex aleatori similem eum esse dicebat, qui spe futuri lucri proprias opes prodigit, nec unquam contentus est eo, quod in alea vicerit, sed quæcunque collusoribus supersunt, magnâ aviditate cupit, inque ea relictis omnibus solùm inhians, quæcunque ante quæsierat, profundit.

93. Tertia: est discordia † inter Principes, inprimis vicinos:
94. Discordiâ † enim maximæ res dilabuntur, & potentissima evertuntur imperia: quod exempla historica passim obvia testantur.
95. *Divi* † *Chrysostomi in cap. 1. Matth.* similitudo talis est: Quemadmodum certantibus ventis mare concutitur: sic Regibus adversantibus sibi, populus Regni vexatur. Decet ergo regalis apicis curam, generalitatis custodire concordiam, quæ ad laudem regnantis trahitur, si ab hominibus pax ametur. Quid enim est, quod Principem melius prædicet, quàm quietus populus, concors Senatus, & tota Respublica morum honestate vestita? *Cassiodor. epist.* 22.

96. Quarta: est tyrannis † seu crudelitas, quæ metum & odium excitat apud eos, in quos adhibetur: & tyranno postmodum periculum creat. Unde *Juvenal. Sat.* 10.

Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt Reges, & siccâ morte tyranni.

Quin-

Quinta: Intemperantia † seu temulentia, luxus & libido, 97.
quæ contemptum in animis hominum excitant, & voluptatibus
deditum Imperio indignum, & impotentem judicant, qui impe-
rare sibi non possit. Hinc cùm Dionysius † senior inaudivisset, fi- 98.
lio cum honesti cujusdam civis uxore rem fuisse, acerbius in eum
invectus graviter increpat, additâ interrogatione: Num unquam
de se sive fando sive visu tale quippiam percepisset. Huic filius:
Quod à te, inquit, idem non est factitatum, id unum, quod non
esses Regis filius, obstitit. Hisce regerit parens: Imò nisi à profli-
gata ejusmodi vita manus abstinueris, nunquam Regis parens
eris. Quâ voce ejus imperium non futurum diuturnum augura-
tus est. A Dione enim avunculo, post Dionysii senioris obitum,
imperio spoliatus, & in exilium missus est. Quin luce meridianâ
clarius est, urbis † Trojanæ exscindendæ causam præbuisse Hele- 99.
næ raptum à Paride. Sabini raptu suarum puellarum graviter
commoti, Tatio Duce bellum intulerunt raptoribus Romanis,
Liv lib. 1. Plutarch. in vit Romuli. Et superioribus annis duæ
† Africanæ urbes potentissimæ à Rege Fessarum defecerunt, pro- 100.
pterea quòd Præfectus sponsam alienam Regis exemplo rapuis-
set: quo statim occiso, Rex ipse Fessarum Abusabita cũ sex liberis
cæsus est à domestico servo, quòd ejus uxori stuprum intulisset, ut
narrat *Boter. lib. 1. Polit. illustr. c. 4.* ubi plures refert, qui ab impe-
rio fuêre remoti, cùm impuræ libidini, quàm virtuti servire ma-
luissent. Reges † olim Romanos, ob vim illatam castissimæ nobili 101.
fœminæ Lucretiæ, Româ fuisse expulsos, nemini non in Republi-
ca literaria versanti ignotum est *ex Liv. lib. 1.*

In sexto ordine ponuntur: Imprudentia, † inscitia, stulti- 102.
tia, pigritia, & negligentia in tuenda ac conservanda disciplina &
honestatis legibus, & consequenter impunitus scelerum. Sic enim
à Deo constitutum est, ut quod virtute partum fuit, obscuretur
flagitiis: quod acquisitum industriâ, hoc ignaviâ amittatur. *Mid-* 103.
dendorp. quæst. 1. Polit. De pœnis delictorum Solon † dicere sole- 104.
bat: Rempublicam partim præmiis, partim pœnis constare. Nam
præmiis spes ad optima qu que studia promptiores, & pœnæ me-
tus ad pravas & improbas a..iones efficit tardiores. Et *Demosthen.*

 contra

contra Leptinem, non facile Rempublicam consistere probat, ubi non est præmium virtuti propositum, & pœna sceleri. Ubi injuriari, & quævis pro libidine facere licet, illam civitatem existimandum est, tandem ex bono statu recedentem, in profundum ruituram. *Sophocles in Ajace.* Ac proinde interrogatus Antisthenes, quæ res civitatibus portenderet exitium? cùm, inquit, non est bono-
105. rum ac malorum discrimen. Æqualis † itaque præmiorum ac pœnarum distributio in Repub. erit necessaria. *Kirchn. in Repub. disp. 19. th. 1. ad lit. a.*

106. Septimo loco venit auctoritatis † amissio seu contemptus. Quid enim vilius illo Magistratu, qui semel contemni cœperit? *Monosin. lib. 5. flor. fol. 241.*

107. Oritur † autem contemptus ex tribus causis. 1. ex vitiis & pravis moribus Principis, ut si nimium est credulus, facilis, simplex, jocularis, ebriosus, libidinosus, popularis nimium, stolidus, ridiculus, nimis deformis, vanus, temerarius, levis, arrogans. *Tholozan. lib. 22. de Repub. c. 6. lib. 8. c. 4. & lib. 6. c. 12.* ubi exemplis illustrat. 2. Ex forma regiminis prava atque inepta: & si tractat aliena ab arte gubernandi. *Althus. in Pol. c. 20. fol. 284. ed. t. prior.* 3. Ex infelicitate, vid. *Lip. lib. 4. Polit. c. 12. Besold. class. 2. disput.*
108. *Polit. 5. thes. 7.* Interim animo tenendum est elogium † sacrum: *Deus effundit contemptum super Principes,* *Psal. 107. v. 40. Job. 12. v. 21.* Hinc cùm Abisai filius zerviæ vindicaturus esset probra & convitia Simei in Davidem, respondit Rex: *Dominus sic ad eum locutus est, ut malediceret Davidi. 2 Sam. 16. v. 10.*

109. Auctoritas † ergo, quæ summa est & augusta tùm subditorum, tùm externorum de celsitudine imperantis existimatio; Principi minimè est negligenda, sed omni, studio quærenda & conservanda. Est enim quasi anima Imperii, & per eam Respublicæ in vigore, & subditi in tranquillitate conservantur. Unde *Curt. lib. 8.* majestatem Imperii salutem dixit.

110. Auctoritas autem est vel causæ † occultæ, vel apertæ, ut docet

docet *Keckerm. in system. Polit. fol.* 129. & 130. *Kirchner. de Repub. disp.* 20. *th.* 11.

Illa † divinitùs singulari naturæ dote heroibus ad majestatis præsidium est indita: adeoque secreto quodam naturæ impetu homines nolentes volentes trahit; talemque in Nimrodo primo hominum venatore fuisse, scribit *Kirchner. ad lit. a.* itemque in Alexandro M. minoris staturæ Principe, cujus umbra etiam & fama maximas gentes, nedum homines terrebat. *Curt. lib.* 2. eamque etiam divinitatis vim in peradolescente Philippo Cattorum Principe animadversam fuisse, refert *è Luthero in Colloq.* 111.

Et huc refero illud *Ciceron.* scribentis; Neminem unquam magnum fuisse sine peculiari afflatu divino.

Hæc † vel ex animi rarioribus provenit donis, in admiratione hominum positis: ut sunt ultra communis sortis aleam virtutes: Pietas, prudentia, fortitudo, justitia, magnificentia, beneficentia, &c. quibus exercendis assiduò Princeps occupatus, nihil parvum, nihil humile cogitabit, ex voce *Justiniani Imp. in princ. Novell.* 1. vel ex corporis, quæ in regali aspectu & habitu, totiusque corporis dignitate, morum gravitate, incessu, sermone, vel etiam potentiâ, felicitate, &c. consistunt. *idem Kirchner. ad lit. c.* Siquidem in majestate corporis veneratio est. *Curt. lib.* 6. 112.

In octava serie est Innovatio † subita, temera legum ac Religionum mutatio. Nullâ enim fermè re tam facilè mutationes Rerumpublicarum, quàm Religionis mutatione introducuntur. 113.
Quid enim? Religio † est potissimum vinculum & firmamentum Reipublicæ. *Polyb. lib.* 6. nihil eâ ad moderandas stabiliendasque Respublicas firmius. *Cromer. lib.* 2. *hist. Polon.* Negotio Religionis in rebus humanis, nihil præstantius esse, sentit & scripsit quoque *Lactant. lib.* 5. *divin. Instit.* Religionem siquidem quælibet gens, licet immanissima etiam fuerit, magni semper fecit. Quare ipsa ab omni violatione probè munienda: & in negotio ejus Argo oculatiores se præstare opus habent Provinciarum Rectores. 114.

115. Circa † leges etiam cautionem maximam adhibebunt, & à temeraria ſubitáq; approbatarum, præſertim fundamentalium, & publicum regni ſtatum cõcernentium mutatione abſtinebunt. Cujus rei violationem graviſſimè ſuâ morte luit Demetrius Dux Moſcovitarum, ſi credimus *Keckerm, lib.* 1. *ſyſt. Pol. c.* 6.

116. Cauſæ ex parte † ſubditorum & quidem 1. Ordinis Eccle-
117. ſiaſtici, ſunt ambitio † & curioſitas Sacerdotum, ſi vel politicam gubernationem appetant, quæ πολυπραγμοσύνη publicis Magiſtratus edictis refrenanda eſt; ut & eorum, qui foris quidem præ ſe ferunt modeſtiam, intus faſtu & ambitione nimis turgent, dealbatis ſepulchris ſimiles: ſuntque in aliorum vitiis lyncei, in ſuis talpâ cœciores, ut loquitur *Schonborn. lib.* 3. *Polit. c.* 40. vel, ſi calumniis, diſceptationibus ac quæſtionibus intempeſtivis, & talibus, quæ pari pietatis adjumento aut ſciuntur, aut ignorantur, quandoque etiam frivolis, quæ, ut Alciatus JC. dicebat, tantum in religione poſſunt, quantum canis in balneo, hominum ſocietatem turbant illi Theologaſtri, (de quibus unice ſermo eſt) qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt, & quidem falſõne, an verè laudent, culpent quem velint, floccifaciunt, ut *ex Plaut. in Trinum* loquitur *idem Schönborn. lib.* 7 *c.* 6. ubi vide.

118. Hinc illa clades evenit, ut vulgò audiatur nullum † bellum Theologico citiùs exardeſcere, nullum tardiùs deflagrare. *Bucholtzerus in Chron.* Quare in officiis demandatis curabit Magiſtratus,
119. ut quilibet † ſtatus ordoque ſe intra limites ſuos contineat, ſeculares non immiſceant ſe Eccleſiaſticis, & contrà Eccleſiaſtici ſecularibus negotiis abſtineant, & adſignata negotia vocationis ſuæ agat, & tractet diligenter & fideliter. Puniet itaque πολυπραγμοσύνην & ἀπραγμοσύνην, ut itidem monet *Althuſ. in Polit. c.* 27. Eſt enim vitæ perturbatio munerum confuſio.

120. Secundo loco reſpectu ordinis politici ſe offerunt: Superbia, † invidia, ſimultates, cupiditas regnandi, & divitiarum ambitio & factio, maximè potentum & primatum, domeſticæ civileſq; contentiones & diſſenſiones, unde factiones, ſeditiones, & bella
121. civilia. Quemadmodum enim ventis † inter ſe dimicantibus mare

com-

concutitur. Ita & civium simultatibus nec non contentionibus Respublica turbatur: utque ea corporis incommoda, quæ extrinsecus homini obveniunt, facilius curari possunt: Pari modo in Rebuspublicis citius bellis † mederi externis, quàm intestinis se- 122.
ditionibus possumus. unde factum, quòd florentissimas sæpenumerò Respublicas partim diminutas, partim funditùs deletas, ob seditiones, ex historiarum monumentis cognoscamus. Et quid quæso Romam † omnium alioquin gentium victricem, in exitium 123.
duxit? Certè contentio & seditio ex diversis partibus Pompeii & Cæsaris orta, quæ flammam subministravit bello civili & exitioso admodum, de quo præter alios prolixè *Zonaras tom. 2. Annal.* Nec alia interitus Imperii † Græcorum olim causa extitit, quàm civilis 124.
discordia. Testatum id facit *Justin. lib. 3. Laonicus Chalcacondyla de reb. Turc lib. 1.* hisce verbis: Græcorum res ancipiti fruebantur fortunâ, cùm intestinis discordiis agitarentur, propter Byzantii Regnum, Reges ambo avus & nepos Andromici, ex familia Palæologorum orti. Cùm autem seditionibus jactarentur, quidam hunc, pars illum sequebantur. Ex quo effectum est, ut planissimè res ipsorum interierint. Illustrat hanc rem testimonium † Christi: Omne regnum in se ipsum divisum, desolabitur. 125.
Matth. 12. v. 25. Lucæ 11. v. 17.

Item illud *Salustii* † *in Jugurth.* Concordiâ res parvæ cre- 126.
scunt, discordiâ maximè dilabuntur.

Tertio loco præter spiritum † tribunitium eorum, quos 127.
ambitio impellit, quò potestatem & honores, quos quietâ Republicâ desperant, & eâ perturbatâ consequantur, alias etiam causas mutationum & seditionum enumerat *Tholozan. lib. 23. de Repub. c. 1. 2. 3. 5. 6. 7. & 8. Althus. in Polit. cap. 26. Schönborn. lib. 7. Polit. cap. 13.* Scilicet debitum † & æs alienum. Obæratis enim affli- 128.
cta † fides in pace, & spes in rebus turbatis *Tacit. 1. histor.* ideoque 129.
turbatâ aquâ meliùs pisces capi posse existimant. *Althus.* Exinde orta est seditio illa Corcyræa apud *Thucyd. lib. 3.* & illa Panormitana apud *Camer. cent. 1. medit. hist. c. 40.*

Metum † eorum, qui injuriam fecerunt, & delicta 130.
per-

perpetrarunt, vel eorum, qui exſpectant & metuunt injuriam, aut oppreſſionem, quam prævenire volunt prius, quàm opprimantur.

131. Item cladem † magnam acceptam, vel gravem periculi alicujus metum.

132. Ejuſmodi † farinæ homines ære alieno onuſtos, deterrimos & ſceleratos, temerarios, ob crimina ſibi metuentes, &c. ex feci populi congregant, inque miniſterium adhibent & eligunt ſervidi, procaces & audaculi Demagogi, vel oratores populi, qui tanquam flabella ſeditionum & zizaniorum ſeminatores, ſpes inanas libertatis, publicæ tutelæ, & majoris commoditatis apud vulgus leve & credulum faciunt. *Tholozan. d. c. 8. & Althuſ. d. c. 26. Danæ. lib. 5. Polit. Chriſt. c 5. & in Aphoriſ.* conjuratio ſubditorum evertit Rempublicam.

133. Nulli † autem ad deficiendum & ſeditiones movendas ſunt proniores, quàm qui recens ſunt ſubacti. *Schönborn. eod. lib. 12. cap. 12.*

134. In claſſe quarta collocantur ſcortationes † & confuſiones libidinum, & ob has Regna & gentes exciſæ diſſipatæque leguntur in hiſtoriis tam ſacris, quàm profanis.

Prioris mundi incolæ varagine aquarum omnes, exceptis octo hominibus, abſorpti ſunt, quòd libidinibus ſeſe polluiſſent. *Geneſ. 6.*

Sodomam & Gomorrham, nec non omnem circa regionem, univerſos habitatores urbium, Dominus propter eandem cauſam ſubvertit. *Gen. 19.*

Cùm Iſraëlitæ fornicarentur cum filiabus Moabitarum, cuncti Principes populi ex mandato DEI ſuſpenſi fuere. *Numer. 25.*

Et publica in mulierem ſcortatio punita à Deo, etiam exitio totius penè tribus Benjaminiticæ. *Jud c. 20.*

135. Quinto loco veniunt voluptates, † luxus, ebrietas, abundantia, ſaturitas & otium. Quæ urbs voluptati nimium tribuit, imperium maximum amiſit, quæ labore delectata eſt, occupavit. *Valer. Max. lib. 4. & Camerar. cent. 2. hor. ſucciſiv. c. 30.* Experien-

tia

tia ſatis ſuperque teſtatur, ex luxu,delitiis & mollitie ſemper naſci ſuperbiam,inſolentiam,& arrogantiam,quæ vitia mox regna & urbes in manifeſtam pernitiem trahere ſolent. *Rurſus*: ubi luxus, inſolentia, & alia vitia regnare conſueverunt, & veluti pro virtutibus habentur, fieri non poteſt, quin divitiæ & opes prodigaliter conſumantur,ex quo egeſtas oritur, unde varias mutationes ſequi neceſſe eſt. Nec non *Senec. lib.* 1. *epiſt.* Hoc multarum tibi urbium oſtendet eventus, quarum in ipſo flore luxurioſa imperia ceciderunt,& quicquid virtute erat partum, intemperantiâ corruit.

Exemplum memorabile eſt in Capua, † Campaniæ urbe 136.
florentiſſima, de cujus incolis teſtatur *Cicer. in agrar.* 2. ipſos ſemper fuiſſe ſuperbos, bonitate agrorum & fructuum,magnitudine urbis,ſalubritate & pulchritudine, ex eademque copia,& rerum omnium affluentia natam arrogantiam tandem effeciſſe, ut domicilium illud ſuperbiæ,ac ſedes luxuriæ, ut à *Cicer.* appellatur, à Romanis obſideretur,fame expugnaretur, Senatus ſecuri percuteretur,cives ſub haſta venderentur,ager omnis publicaretur. Similem ob luxum & intemperantiam, calamitoſum fuiſſe eventum † Sybaritarum: (à quorum mollitie emanavit proverbium: 137.
Sybaritica menſa,ut quicquid effœminatum,quicquid molle,quicquid accuratâ atque ambitioſâ luxuriâ paratum eſſet, Sybariticum diceretur) itemque Muleaſſis † Regis Tunetani & Uguecio- 138.
nis Fagiolani refert *Camerar. d. l.* Hinc etiam comminatio † & 139.
pœna in populo Dei. Sic enim Dominus apud *Eſai.* 5. *v.* 11. 12. & 13.

Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum usq; ad veſperam,ut vino æſtuetis. Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia; & vinum in conviviis veſtris: & opus Domini non reſpicitis,nec opera manuum ejus conſideratis. Propterea captivus ductus

est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit.

Quin etiam inter causas eversæ Sodomæ *ab Ezechiel. c.16. v.49.* narrantur superbia, saturitas panis & abundantia, & otium ipsius & filiarum ejus.

140. Sexta causa est excussio † omnis reverentiæ Magistratus & legum, quam sequuntur inobedientia & contumacia. Ita cùm apud Carthaginenses in media prosperitate nec legibus nec virti locus esset ullus, certissima interitus fuère indicia: ut necesse fuerit, paulò post ab altissimo honorum gradu præcipites deturbari, ac Romanis inservire.

141. Septima & ultima † nimia dignitas, infinita aut longa po-
142. testas uni vel alteri contra plures concessa. Nam immodicæ † illæ potestates animos ad fastum extollunt & corrumpunt, cùm sit hominibus quasi innatum, ut postquam honores & dignitates sint adepti, secundam fortunam, cui nihil deest nisi moderatio, benè
143. ac sapienter ferre non possint. *Arist. d. c.* 8. Imperatores † Romani quot & quanti per nimiam potentiam Magnatum ac Ducum exercitus imperio fuère privati, vel in eo molestati? En Sejanum: Hic per Trajanum Imp. in summum dignitatis fastigium evectus, & nimiâ armat[illegible]s potentiâ, factionibus imperium tentavit invadere. *Tacit. lib.* 4. *Annal.* En Perennem, qui insidias struxit Commodo. *Herodian. in vit. Commod.* Et Ælianum, qui Nervæ fuit insidiatus. *Vict. in Nerv.* Et Cassium, qui Antonino. *Capitolin. & Dion in Com.* Marciano defuncto Aspartis tantæ potentiæ fuisse perhibetur, ut solus Leonem ad imperium evehere potuerit. *Zonar. & Diacon. in Leon.* Nec etiam ulla res sæpiùs exitialis fuit
144. Impp. † Græcis, quàm magna potentia Ducum, ut constat *ex annal. Zonaræ.* Unde *Arnisæ. lib.* 2. *doctrin. Polit. c.* 5. *fol.* 359. caven-
145. dum † monet, nè cum summis Magistratibus potestas armorum jungatur. Qui enim arma in manu habent, eorum arbitrii, ait *Aristot.*

Aristot. lib. 7. Polit. c. 9. esse, ut maneat vel non maneat Respublica. Qua de causa imprudentiæ † opprobrium objectum Tullio à Bruto, quòd adolescentem Octavium nimiis honoribus efferendo, ad nimiam potentiam in Republica obtinendam armaverit. *Arnold. Clapmar. lib. 2. de arcan. Rerumpub. c. 11.* de quo *Sueton.* unus ex eo tempore omnia in Republica & ad arbitrium administravit. Sic † Secechus, penes quem vires exercitus erant, Boleslao III. Regi Polonorum Regum eripuisset, nisi ab ipso fuisset præventus. *Cromer. lib. 5. rer. Polonic.* 146. 147.

Externæ † causæ, sunt respectu ordinis † militaris, & ab hostibus proveniunt. Sic Babylon omnium, quas unquam Sol aspexit, urbium maxima: Hierosolyma, Heliopolis, Corinthus, Tyrus, aliæque urbes manu hostili destructæ sunt. Vel vi † majore, ut quando peste, fame, terræ motibus, terræ hiatibus, incendiis, fulminibus, diluviisque imperia perduntur, ut per exempla demonstrat *Hippolyt. à Collib. in princip. c. 26.* 148. 149. 150.

Sic etiam Anno 1618. oppidum Plurs in Rhetia, per ruinam montis ex adversa parte, in momento oppressum & penitus deletum est. Sodoma & Gomorrha igne consumptæ. *Gen. 19.* Et imperante Nerone Lugdunum in Gallia fatali igne interiit. *Paradin. 1. histor. c. 23. & seq.* Si quæ causæ præter enumeratas sunt aliæ, ad hasce à nobis propositas, commodè referri poterunt.





CAPUT VII.

AN CONVERSIONES ET INTERITUS RERUMPUBLICARUM PROSPICI AC PRÆSCIRI POSSINT.

1. Cum futurorum † contingentium in Scholis Theologorum ac Philosophorum non sit determinata veritas, ac solus Deus eorundem sit cognitor:
2. Rerumpublicarum illæ † conversiones & eversiones ab hominum sensibus ac cogitatione remotissi-
3. mæ videbuntur: cùm nec † illa sæpè intelligantur, quæ ante pedes sunt, & in crastinum futura.

4. Deinde illæ causæ inevitabilem † necessitatem non adferunt, licet manifestis interdum indiciis se ostendant, sed ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ut loquuntur Philosophi, locum habent. Neque hîc apodi-
5. ca † necessitas, sed Topica saltem probabilitas occurrit, quam in omnibus artibus στοχαστικῶς dominari docent sapientes. *Dn. Gerhard. in cent. quæst. Polit. decad.* 10. *q.* 4. Videmus enim ipsos Me-
6. dicos † artis præcepta tradere, quibus morbi contra naturam cu-
7. rari, aut certè minui queant: Cur igitur sapiens Reipublicæ † moderator, conversiones & occasus futuros prospiciens, legibus optimis civitati non medebitur? cur salutem non procurabit?

8. Ubi tamen si tanta † mali vis est, tam certum exitium, ut nullâ hominum sapientiâ prohiberi possit: assequetur id, quod periti Medici, qui ex diebus decretoriis, & ex ipsius morbi causa

de

de interitu,qualis futurus ſit,certius meliusque augurantur. *Bod. l.* 4. *de Rep. c.* 3. *num.* 424.

Sic ubi nec † legibus, nec virtuti locus,omniaque impetu 9.
populari ac plebis impotentiâ geruntur, certa hæc interitus indicia. Et tum, ſi mentes nullis monitis ſanari poſſunt, ſed ad omnis generis mala proclives feruntur, militare judico præceptum iſtud Philoſophorum: Cauſis † ſufficientibus in actu poſitis, ſequitur 10.
effectus neceſſitate Phyſicâ. Dico *Phyſica*: quia quandoque effectus impediuntur vel virtute divinâ, vel alio quopiam obſtaculo.

Ad hæc: ex rerum † præteritarum cum præſentibus col- 11
latione,dum ſingulorum cauſas cauſis, occaſiones occaſionibus, & ſucceſſus ſucceſſibus ſuis opponimus, quâdam ſagacitate futuros etiam eventus præſentimus. Et hoc ipſum eſt, quod docet *Niceph. Gregora lib.* 1. *hiſtoriæ Romanæ ſeu Byzantinæ*: Hiſtoria † 12.
ſuos lectores quodammodo vates reddit, quæ futura ſint, ex iis, quæ petierunt,conjicientes. Unde *Halicarnaſſæus*: Non aliunde melius conſilia petuntur, quæ in futurum proſint, quàm ex præteritarum rerum exemplis. Nec non *Hieronymus Wolffius in præfat. annal. Zonaræ*. Præſcientia rerum futurarum,ſi qua eſt, divini potiùs eſſe muneris, quàm ſummi ingenii creditur: etſi non deſunt, qui vel naturâ incitati,vel arte adjuti, vel uſu rerum edocti ea prædicunt,quæ poſt futura ſunt.

Nam quæ † futura ſunt, inquit *Ariſtot. lib.* 2. *Rhetor.* ple- 13.
rumque paria ſimiliaque ſunt iis,quæ jam facta ſunt. De ſimilibus verò idem ſolet eſſe judicium. Et *lib.* 1. Ex præteritis futura conjicientes judicamus. Quoniam ſcilicet res mortales omnes, omniumque temporum ſummâ nexæ ſimilitudine ſunt. Etenim, qui omnia faciunt, homines iidem ſunt, naturam eandem,eoſdem affectus perpetuò retinentes: quare effecta eadem exiſtere, neceſſe ſit. Et ſic mutationes Rerumpublicarum impendentes ab homine circumſpecto prævideri poſſe non eſt dubium, inquit *Bernh. Zieritz. in differt. de converſ. Rerumpub. fol.* 10.

Hæc veſtigia etiam premit *Hippolyt. à Collib. in pr. c.* 26. diſtinguens inter præcognitiones † theoricas,tam naturales quàm 14.

divinas: & practicas, quæ experientiâ potissimum nituntur: periti navium gubernatores, inquit, non ex Jove, Saturno, Venere, Marte aut Mercurio tempestates prævident: sed de nube, de ventis, de omni aëris conditione. Atqui eorum hæc solers disciplina experimentis ubique confirmatis, de spiraculo tenuissimi flatus, de nubecula vix conspicua, tempestatem intelligit imminentem, cujus nullum præsagium, nullum signum adhuc patebat oculis aliorum. Nec solùm venturam intelligunt, sed quâ parte futurum ut excitetur, quomodo declinari, quomodo superari possit: ad quæ sapientia Astrologorum prorsus caligabit. Sic pastores, agricolæ, & ipsum sæpè vulgus ineruditum, statum aëris præcognoscunt, non à stellis, sed ab aëris ipsius dispositione, atque his, quæ in sublimi impressionibus fiunt: quare raró fallunt, aërem scilicet ex aëre, sicut Medici ægrum ex ægro, præjudicantes: hoc est, ex propriis principiis, non ex principiis fictis remotisque. Sic prudentis hominis esse dicimus, ex præsenti ac temporum cognitione, & ex rerum antecedentium causis, tàm privatim, quàm publicè conversiones futuras conjicere, & prævidere. Id nimirum intellexit *Prometheus apud Æschilum*, cum ait:

----- cuncta prænovi optimè
Futura: nec futura calamitas mihi
Inopina quaquam est.

Has practicas omnium certissimas arbitror, quamvis & ipsæ conjecturis tantùm constent. Si Religionis cultus contemnatur, & charitas fugere incipiat, Theologus Numinis divini iram prævidet: ut Politicus, qui justitiæ vincula infringi, Principisve tyrannidem videt, vicinorum Principum potentiam, cæterosque Politicos gradus non servari. *Hæc ille.*

15. Quod verò ad divinam † providentiam & potentiam attinet, licet ea rariùs sine causarum interjectione sese exserat, consilia tamen illius sunt inscrutabilia. Sensum enim Domini quis cognovit? *Rom. 11.v.34.* Calculum suum nobis apponit *Johan. Bodin. lib. 4. c. 2. num. 393. inquiens*: Quæ divinis consiliis geruntur

geruntur, maximâ parte abdita sunt humanis cogitationibus, & hominum sensibus omninò retrusa: nisi Deus Opt. Max. vates quosdam eximiæ integritatis ac sanctitatis singulari munere afflaverit: ut veteres quondam Hebræos, qui certissimis oraculis multarum civitatum & imperiorum conversiones ac interitus prodiderunt, experientiâ ipsâ comprobatos.

Sed de Prophetiis hic nobis non est sermo. Prophetia † enim *secundùm Cassiodorum, ex Thom. secunda secund. q.* 17. 1. *art.* 3. est divina inspiratio, rerum futura & eventus immobili veritate denuncians. Deus olim per Prophetas populum suum docebat, admonebat, objurgabat, & futuræ felicitatis vel calamitatis certiorem faciebat. Hâc ratione videmus, Prophetam Naum, Ninives excidium, per diluvium & incendium post Jonam prædixisse. Sub Rege Judæorum Nathane, idem Judæis quoque prædixit Urias Semeiæ F. Cariathiarimensis: ut & Hieremias, aliique. Quarum Prophetiarum plena sunt sacra Biblia. *Hippol. d.l.* 16.

Cæterùm, ut monet *Junius part. 1. quæst. Polit. c.* 5. solent interdum † ostenta miraculosa Imperiorum conversionem vel eversionem prænunciare. Nec non *Herodot. lib.* 6. Quoties, ait, ingentes sunt eventuræ calamitates vel civitati, vel nationi, solent signis prænunciari. Signa & omina importantia obitus Impp. passim in historiis Romanis occurrunt. 17.

Sic omen Julio † Cæsari mortem portendens, in hunc modum refert *Appianus Alexandrin. de bell. civil. lib.* 1. in victima curiam ingressuri (mos enim erat Magistratibus Romanis curiam intrantibus, priùs uti auruspicum operâ) cor defuit. Id cùm aruspex lethale interpretaretur signum: ridens ille, ait, in Hispania quoque cum Pompejo dimicaturo oblatum simile. Quumq; aruspex respondisset, tum quoque magnum eum adiisse discrimen capitis, nunc verò majus etiam minari; Cæsar jussit aliam mactari victimam, &, cùm ne tum quidem militaret, veritus Senatum morari diutiùs, inimicis amicorum specie urgentibus, introgressus est contempto periculo: necesse enim erat evenire ei, quod evenit. Conf. *Suet. in vit. Cæs. c.* 81. ubi alia prodigia mortem ejus præcedentia narrat. 18.

Ante

19. Ante paucos, quàm Domitianus † occideretur, menses, ut est apud eundem *Sueton. in vit. Domit. c. ult.* cornix in Capitolio elocuta est, ἔσται πάντα καλῶς. Erunt omnia benè. Nec defuit, qui ostentum sic interpretaretur:

Nuper Tarpejo quæ sedit culmine cornix,
Est benè, non potuit dicere, dixit, erit.

Vide etiam *in vita Augusti c. 97. Caligulæ c. 57. Zonar. tom. 2. annal. in histor. Tiber.*

20. Paulo ante obitum Caroli † Magni, inquit *Donatus Acciolus in vita Caroli*, multa prodigia visa sunt: Nam & porticum, quæ erat inter Basilicam & Regiam Aquisgrani, corruisse: & pontem in Rheno ad Moguntiam à Carolo ædificatum, incendio conflagrasse: & auream pilam, quæ in culmine templi locata erat, fulgure tactam & dejectam tradunt.

21. Attilæ † Regis Hunnorum mortem quæ prodigia præcesserunt, ita tradit *Anton. Bonfin. decad. 1. rer. Ungar. lib. 7. fol. 134.* Nuptiali ejus die, equus, quo in præliis, & optimo & sibi fidissimo utebatur, nullo signo præcedentis morbi apparente, subitò est mortuus. Mycoltha etiam sponsa ingressura cubiculum, tam fortiter pedem dextrum limini impegit, ut ex dolore nimio aliquandiu desidere fuerit coacta. Cometes ante ejus mortem 20. circiter noctibus ad Ortum Solis vernum visus. Ad hoc, traditur quædam mulier fanatica, equo invecta, Attilæ redeunti ex Italia in Pannoniam, sub trajectum Lyci amnis, inter Rhetos & Vindelicos defluentis, ter frementi voce acclamavisse: *Retrò Attila.*

2. Corvini, † Matthiæ Regis Ungar. filii mortem prodigia quoque multa portendere, inprimis crinita stella in gradu quinto decimo, mense Junio, 30. circiter dies apparuit: in Sabinis Februario mense vitulum bicipitem fuisse natum: Romæ sanguinem ad portam Veneris, carnes in Liguria pluisse: & in Piceno agro infantem cum sex dentibus editum, ac facie insolentis planè magnitudinis fuisse memorant. Hæc signa fatum non modò Corvini, sed multa quoque mala significarunt. *idem Bonfin. decad. 3. lib.*

lib 8 fol. 517 Plura exempla habet *Jun. d. l. Alexand. ab Alex. l. 3. genial. dier. c. 15. & lib. 5. c. 12. 13.*

Summâ tamen in hisce cautione † procedendum, nec temerè aliquid ex horum interpretatione pronunciandum, ut monet *Gerhard. d. l.* Et in genere pulsus † quosdam civitates habere, docet *in fin. quæst.* ex quorum motû languidiore dira adesse fata, dicere possumus: neque tamen ex quibuslibet adversis casibus statim de interitu judicandum: idque exemplo Carthaginis & Romæ, post cladem Cannensem oppidò conspicuum esse, *ex Livio lib. 24.* 23. 24.



CAPUT VIII.

DE REMEDIIS AC CAUSIS PRÆSERVANTIBUS RESPUBLICAS A CONVERSIONIBUS ET CORRUPTIONIBUS, DEQUE REMEDIIS MALA TOLLENTIBUS.



NOn solùm sufficit Medico, morbos † nosse, eosque prævidere, sed opus etiam est, præservativas † ac remedia contra eosdem præscribere, & medicas manus adhibere. Malus siquidem ille erit Medicus, qui ęgroti conditionem & concurrentia symptomata exactè quidem noverit, à curatione verò sit alienissimus, qualis Apollonides Cous fuit, de quo istud singulare prodit *Ctes. de reb. Persic.* quòd in curando morbo Amytis, uxoris Megabizi, legitimis mediis & remediis neglectis, obscœnum planè modum observaverit, per quem illicito decumbentis fœminæ amplexu frueretur, cui jam anteà persuaserat, fore, ut hâc ratione morbus 1. 2.

cessaret, sed eventus voto minimè respondit: illa enim tabe correpta paulò post expiravit. Apollonides verò ab Artaxerxe bimestri spatio multis cruciaribus affectus, tandem vivus sepultus est, dignum reportans tam fideli operâ præmium.

3. Quare curatori † & gubernatori Reipublicæ non satis quoque erit, morbos & corruptiones Rerumpublicarum solùm cognitas habere: sed etiam, quantum fieri potest, corpus Politicum ab iis præservare, & legitimis mediis curare convenit. Dico,
4. *quantum fieri potest*: Nam Rempublicam † emendare, difficile est, *Aristot. lib. 4. Polit. c.* 1. & prohibere, ne convertatur, major habetur virtus, quàm eam constituere, *Laurentius Grimalius in tr. de optimo Senatore*, operosiorem hanc reddit medicinam, quòd
5. remedia propria † & specifica hoc in casu plerunque spernuntur: & non rarò gaudio & tripudio pereunt. Regna, ut de Regno Hungarico quidam ex aulicis olim dixit, referente ex *Herbersteinio Dn. Besold. class. 2. disp. Polit* 9. *th.* 15

6. Remedia † vero sunt vel generalia, vel specialia.

7. Inter generalia † cōservandę Reip. remedia περὶ φυλακτικὰ, est æqualis præmiorum ac pœnarum distributio. *Kirchn. de Repub. disp.* 19. *th.* 1.

Remedia generalia.

8. Inter specialia † contra internas conversiones remedia, in statu Monarchico, ponit auctoritatem imperantis. *disput.* 20. *th.* 1. *à Dn. Gerhard. in cent. quæst. Polit. decad.* 10. *q.* 3. ad Reipubl. salutem pertinentia media hæc præscribuntur: pietatis ac religionis studium, Magistratus sapientia, legum observantia, justitia, concordia, innovationis fuga, Principum integritas ac vigilantia, fuga factionum inter potentes & nobiles, conservatio familiarum, &c Et talia cognosci possunt ex causis contrariis, Rempublicam mutantibus, de quibus *cap præced.* 6. diximus. Contrariorum enim uno cognito, cognoscitur & alterum, ex vulgata regula Logicorum.

Specialia.

Inter causas internas Rempublicam mutantes & corrumpentes, secundo loco sup. posuimus ambitiones & contentiones inter potentes, ex eisque seditiones oriri asseruimus, quibus quâ ratione sit medendum jam dicemus.

Reme-

Remedia ergo seditionũ † tùm præservantia, tùm tollentia, 9. Remedia seditionũ præservantia.
præscribit *Tholoz. lib. 23. de Rep. c. 4. 7. & 9.* & ex eo *Althus. in Pol. c. 26. Schönborn. lib. 7. Pol. c. 14.*

Præservantia † *à Tholoz. & Althus.* ponuntur in præcautione & providentia, ne accidant seditiones. 10.

In cautione † verò sunt προφυλακτικὰ, uti est virtus & sapientia, moderatoris vigilantia, &c. Sic *Aristot. lib. 5. Polit. c. 8.* 11.
præcautionem contra factiones adfert: ut nobilium † contentiones & partes, quas dicunt, partialitates, legibus expressè latis 12.
prohibeantur. Nobilium † enim factiones facilè in partes discindunt populum. *eod. lib. 5. c. 4.* 13.

Secundo præcautionis loco est, tollere † omnes occasiones discordiarum, ipsasque rixas, discordias, otium, contemptum, injurias, calumnias, caritatem annonæ, &c. 14.

Tertium remedium est, ut inviolabiles † sint leges, quæ ad religionem pertinent, eosque Rectores observent, & diligenter à subditis observari procurent. 15.

Quartò, ad precautionem pertinet, & est utile Principibus, ne pro quibuscunque † exiguis, & parvi momenti rebus innovationes faciant: neque enim ordo, aut modus omnium rerum turbandus est, inquit ex *Plutarcho in Pol. Tholoz. d. c. 9. n. 9.* Sed aut pro necessariis, & quæ dilationem, sive perniciem pati non possunt; aut pro rebus illustrissimis. 16.

E tollentibus † primum est in emendatione opportuna, dum vel incipit seditio, vel dum vires accepit, adhibenda. 17. Tollentia.

Incipiens † seditio, ejusque initia statim, si fieri possit, sunt comprimenda, & factionibus nascentique malo in tempore occurrendum, juxta illud *Poëtæ*: 18.

Principiis obsta, serò medicina paratur.

Et Imp. Justinianus *in l. 5. sub fin. C. in quib. caus. in integ. restit. necess. nõ est*: Melius † est intacta jura servari, quàm post causam vulneratã 19.
remediũ quærere. Vel, ut Impp. Valer. Theodos. Arcad. *in l. liberam. 1. C. quando lic. unic. sin. jud. se vendic.* Melius est occurrere in tẽpore, quã post exitũ vindicare. Siquidẽ nascens † malũ faciliùs quàm inveteratum opprimitur. *Tull. 5. Philip.* Et modicis sæpè remediis 20.

primi motus conſedēre. *Tacit.* 4 *annal.* nihilque in diſcordiis civilibus feſtinatione tutius, ubi facto magis quàm conſulto opus eſt. *Tacit.* 1. *hiſt.* Huc refero illud *Ovid.* 1. *de remed. amor.*

Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus umbras,
Quo poſita eſt primùm tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus ſummâ tellure revelli:
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.

21. Et ex feſtuca † incenſa, vel ignis ſcintillâ neglectâ, ſæpè tota urbs conflagrat: ſic ex domeſticis odiis neglectis, publica pernicies ſæpe oritur. *Althuſ. d. c.* 27. *fol.* 347. *edit. prior.* Et ſi in ſedi-
22. tione prima † & tentata rerum initia ſtatim feliciter ſuccedant; facilè poſteà tota conjuratio elangueſcet. *idem ibid.* Quod ſi verò
23. furor † plebis ad arma prorupit, ac civili ſanguine ſeipſam reſperſerit, perarduum eſt perque difficile, ad ſanitatem revocari. *Bodin. de Repub. lib.* 4. *c.* 7. *num.* 480.

Aliud remedium & conſilium datur à *Tholozan. d. c.* 9. *nu-*
24. *mer.* 11. Ut † Princeps, maximè quo tempore ſuſpectos habet ſubditos rebellionis, auxilio exploratorum ſeu delatorum utatur, qui incogniti ſe cœtibus hominum clam immiſceant, & collecta, dicta, facta, aut intellecta, Principi referant. Quæ fuit techna ſapientiſſimi Ducis Chuſai, amici Davidis, qui venit ad Abſolonem rebellantem, tanquam futurus ſocius ejus factionis, ſuóque conſilio diſſolvit conſilium Achitophelis, & dedit occaſionem Davidi fugiendi, & evitandi manus conjuratorum. 2. *Samuel.* 16. & 17.

25. Expedit ſanè † Reipublicæ, pernitioſa illa & clancularia
26. conſilia emanare: ideoque Deus † variis modis patefacere ſolet machinationes iſtas hoſtiliter ſubtiliterque ſtructas, *Schönborn.*
27. *lib.* 7. *Polit. c.* 18. ubi ſcribit: quòd faciliùs † erumpant, ſi plures
28. adhibeantur in conſilium. Fruſtrà † enim ſilentium & fidem in tot conſciorum animis & corporibus ſperes. è *Tacit.* 15. *Annal.* 8.

Sæpiùs

Sæpiùs etiam à mulierculis † conjuratorum arcana emanare scribit. 29.

Ita Fulvia Catilinæ conjuratos ad Ciceronem Cos. detulit. *Saluſt. in Catilin.*

Sic Philotas meretrici conjurationem adversus Alexandrum Magnum detexit, à qua cum sociis proditus fertur. *Arrian.* & consilia Prioris Campani, qui Gallorum triremes agebat, quique Venetiarum civitatem diripere proposuerat, à meretrice prodita esse, refert *Bodin. lib. 4. de Republ. c. 7. num. 471.*

Prexaspes quoque per mulierem cognovit fraudes Magi, pro Cambysis fratre suppositi. *Herod. lib. 3.*

Tutius remedium dicitur: ut unus † ex conjuratis, si fieri possit, prehendatur, & quæstionibus diligenter de sociis inquiratur, in eumque severa pœna statuatur. Sic enim fore, ut alii sibi timentes statim quiescant, & vires amittant. 30.

Laborandum quoque Principi dicunt, ut partes † divellat, tollat & disjungat seditiosos, inprimis verò potentiores: quo remedio tutissimè cõsensus multitudinis tollitur. *Tacit.* quosdam, † maximè præcipuos, & auctores seditionum, sibi adjungat, etiam occultis præmiis, beneficiis, favore & largitione: vel promissis ambiguis: nec non verbis demulceat & inducat, seducat, persuadeat. Quidam enim per † fallaciam demulcendi sunt, mittendi ad eos, qui eadem se velle simulent, quò plus auctoritatis consiliis insit. *Tacit. 2. hist.* non dicto factóve aliquo aspero exacerbet, sed blandis verbis, & omnibus modis leniat & mitiget animos seditiosorum. Nec enim irritandi † eo tempore sunt potentiores, vel injuriis provocandi, sed tempori cedendum: & instar prudentis † naucleri sævis Reipublicæ tempestatibus obtemperandum, ne summa rerum temerè in discrimen adducatur, aut statim subvertatur: præsertim verò urgente † hoste externo, nequaquam temerè res certamini committenda, sed conditionibus, quantum fieri potest, æquioribus, aut quæ tolerari poterunt, nubes illæ tempestatesque periculosæ sunt discutiendæ; & cum hostibus paciscendum: imò dissimulanda † multa, & applausu quodam consentiendum, donec ira efferbuerit. *Althus. fol. 350.* 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.

38. Ad hoc remedium prudentiam † regentis cum moderata
39. patientia referunt. Sicut enim Musicus † chordas dissonantes non statim abjicit aut incidit, sed sensim intendens aut remittens, ad concentum adducit: ita Princeps leniter debet emendare peccantes, non protinus tollere. *Tholozan. num.* 13. Adhibendam
40. tamen & auctoritatem † inflexibilem dicit *num.* 14. quæ cum
41. ratione constanter & intrepidè jubeat: exemplo Julii † Cæsaris, qui milites seditiosos sic comprimebat, ut celeriter ad officium redirent: nec tam indulgentiâ Ducis, quàm auctoritate: non enim, inquit, unquam cessit tumultuantibus, atque etiam
42. semper obviam ivit. Itemque Augusti, † qui vultu & aspectu A-
43. ctiacas legiones exterruit. *Tacit. lib.* 1. *annal.* Idem de Caligula † notat *Sueton. in ejus vit. c.* 9. quod milites in furorem usque præ-
44. cipites, solus haud dubie conspectu suo flexerit. De Antonio † Pio refert *Jul. Capitolin. in ejus vit.* quòd seditiones ubicunque factas, non crudelitate, sed modestiâ & gravitate compresserit.
45. Tiberius † tamen astû magis & dolo, ut scribit *Sueton. in vit Tiber.* quàm principali auctoritate Sejanum oppressit. *Althus. fol.*
46. 349. ipsum † Magistratum tunc dehortari & deterrere seditiosos jubet, eosque sævâ auctoritate compescere, vel placare populum, si non sit acris seditio, exemplo petito *ex Act. c.* 19. ubi Scriba populum seditiosum mitigat.
47. Consultum quoque, ut Magistratus auctoritate † præditos, & facundiâ excellentes, artemque demulcendi tenentes, mit-
48. tat, qui moneant seditiosos, & suadeant utilia. Multum † enim ad sopiendam seditionem prodest viri cujusdam insignis auctoritas, reverentia atque eloquentia. *Tholozan. num.* 12. Lupum, ajunt, auribus non teneri, at populum & civitatem auribus maximè oportet ducere, ex Plutarcho inquit *Schönborn. d. c.* 14. & affert exemplum Pyrrhi, qui ipse fassus fuit, à Cynea Oratore ac Legato suo plures urbes oratione, quàm à se armis expugnatas esse. *ex eod. Plutarch. in Pyrrho.* in promptu etiam sunt alia exempla.
49. Sic Menenius † Agrippa populum à patribus secedentem oratione suâ flexit *Liv. lib.* 2. *Plut. de vit. illustr. c.* 18. M. Pompil. Con-
50. sul † Romanus, & Flamen Carmentalis cùm sacrificium faceret, audi-

auditâ plebis contra patres excitatâ ſeditione, lænâ amictus in concionem venit, ſeditionemque cùm auctoritate, tùm oratione ſedavit. *Cicer. in Bruto.* Paucis id exprimit *Virgil. lib. 2. Æneid.* ita canens:

Ac veluti magno in populo cùm ſæpè coorta
Seditio eſt, ſævitq; animis ignobile vulgus,
Jamq; faces & ſaxa volant: furor arma miniſtrat:
Tum pietate gravem ac meritis, ſi fortè virum quem
Conſpexëre, ſilent, arrectisq; auribus aſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Prætereà ſecreta † concilia, conſultationes ac colloquia, 51.
quæ fiunt ſub prætextu alterius cauſæ licitæ, conventus & cœtus
nocturnos Magiſtratus impediet & inhibebit. Omnia † enim 52.
conventicula, ne dum nocturnæ concurſationes ſuſpectæ, ideoque prohibitæ. *c. 2. de pace tenend. inter ſubdit. à pr.* ubi Fridericus Imp. ita orditur: conventicula quoque in civitatibus, omnesque conjurationes & extra etiam occaſione parentelæ, & inter civitatem & civitatem, & inter perſonam & perſonam, ſive inter civitatem & perſonam, modis omnibus fieri prohibemus: & in præteritum factas caſſamus, ſingulis conjuratorum pœnâ unius libræ auri puniendis. & *l. 2. ff. de colleg.* omnes coitiones illicitæ majeſtatis crimen incurrunt. Conf. *Mynſing. cent. 6. obſerv. 2. Kirchner. de Republ. diſp. 14. th. 3.* Quid? ut maximè deſudet Princeps in frangendis viribus & animis rebellium: non tamen animus unquam ipſis deerit, dum copia eſt conveniendi & conferendi. *Boter. lib. 5. Polit. illuſtr. cap. 7. fol. 370. & fol. 371.*

Con-

53. Conventicula illis hominibus maximos † addunt animos, ubi sæpè unius audacia cæteros omnes accendit, aut unus aliquis ex sermonibus, qui in consultationibus illis habentur, animosior redditus, fit audaculus, atque in perniciem Principis, deploratâ quâdam audaciâ, non clandestinè ampliùs, sed apertè aliquid machinatur. Ubi refert, quòd Augustus metuens seditiones, satellitium suum intra Romæ mœnia tantùm è tribus cohortibus constare voluerit: ædes proprias omninò ijs denegans, ne capitibus collatis ferocirent: cæteras cohortes extra urbem in finitimis oppidis & munimentis detinuerit. Certè Impp. Honor. & Theodos. *in l. 15. C. de Episc. & Cler.* conventicula illicita etiam in pri-
54. vatis † ædibus celebrari prohibent, proscriptionis domus periculo imminente, si dominus ejus in ea nova ac tumultuosa conventicula celebrantes receperit. Multò magis ergo à publicis congressibus arcendi rebelles. *Idem Boter. fol.* 374.

55. Ne autem conjungantur † rebelles, præcaveri posse tradit
56. *fol.* 372. si animus conspirandi demátur. Animus † autem & conatus conspirandi, inquit, disseminatâ inter ipsos suspicione & diffidentiâ præpeditur, ita ut neuter alteri fidat. Sic enim animi sui sensa explicare, neque, quibus cor æstuat, detegere invicem, nisi magnâ cum diffidentia audent.

57. Eâdem ratione colloquia † clandestina, conjunctiones, vias colludendi & conspirandi; nec non commercia cum exteris, inimicis vel hostibus impediet, & quasi amputabit Princeps. *Althus. d. c. 26. Boter. lib. 5. de Polit. illustr. c. 8. fol.* 377. qui commodissimè id conficere exploratores, hinc inde clam & quasi aliud agentes dispositos, tradit. Item sub portis & vicibus, ubi ad nostra aut patet aditus, aut egressus. Præclaro item successu hoc tentari posse in insulis, aut regionibus, quarum angustiam & incapacitatem mare, montes, aut flumina effecerunt.

58. Arma † quoque, quæ sunt instrumenta rebellionum, & addunt animos rebellibus, iis ad tempus adimenda, quo facto faci-
59. liùs ipsis imperabitur. *Tholozan. num.* 6. Quòd si eripi † possint arma seditiosis, non modò tuendæ civium salutis amuletum singulare est, sed etiam bellorum civilium curandorum necessaria medi-

Medicina. *Bodin. d. c. 7. num.* 487. *& num.* 469. ait: Princeps arma deponere jubeat, & ab integerrimis ac prudentissimis judicibus controversiam dirimi patiatur. Tunc verò, quando parva † est 60.
manus conjuratorum, monente *Botero lib. 1. Polit. illustr. c. 8. fol.* 56. patietur Magistratus ipsos lege agere, ac suppliciorum acerbitatem suâ lenitate moderabitur, eoque citiùs, quò pauciores comprehensi fuerint, ut tùm boni cives in officio contineantur, tùm improbi ab incœpto deterreantur: Quod si verò tanta † mali vis 61.
sit, ut nec leges inter armorum strepitus exaudiantur, & Magistratuum imperia seditiosorum civium metu côticescant: Principem in monarchia, aut in populari statu Prætorem maximum cohortes Prætorias, aut etiam turmas equitum ubique disponere, ac seditionis capita repentè, si fieri potest, opprimere oportet, ut supplicium quidem ad paucos, metus ad omnes perveniat: ne dilatio duces partium supplicii metu in eam desperationem adducat, ut Reipublicæ perniciem moliantur. Sunt † enim ac semper fuerunt 62.
fortes ac boni cives, qui pro patriæ salute mori non dubitent; plures sunt tamen, qui patriâ pro se perire velint. *Bod. d. n.* 469.

Multis exemplis docet *Tholoz. d. l.* ob metum seditionis, armorum usum edicto Principis esse inhibendum: refertque inter alia edictum † quoddam Regis Galliæ anni 1288. quo prohibetur, 63.
ne quis Parisiis sine licentia aut permissione Regis, aut Præfecti Parisiorum arma gerat, sub pœna carceris, illamque legem in Gallia sæpè fuisse repetitam, & interdictum sub gravissimis pœnis, extra causam militiæ, armatum quempiam incedere. Idem confirmat *Bod. d. nu.* 488. Lutetiæ † ne brevissimos quidem gladios ba- 64.
julis ferre licere: quod anteà in contentionibus, quibus sæpissimè implicantur, ad cædem irati prorumperent. Similiter ad seditiones & tumultus præcavendos, Maccabæus † Rex Scotorū sub pœna 65.
etiā amissionis armorum, horū usum ademit subditis, nisi ad bellū proficiscerentur. *Hect. Boët. lib. 12. hist. Scot.* Charundas † itidē Thu- 66.
riorū legislator, post seditiosas cōciones civiū, lege cavit, ut si quis eas armatus intrasset, continuò interficeretur. *Cicer. lib. 2. de leg. Tholoz. d. n.* 6. In eundem modū extat constitutio † Friderici *lib. 2.* 67.
Feud. tit. 27. §. 1. Si quis rusticus arma vel lanceā portaverit, vel gla-

dium; judex, in cujus potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat à rustico. *Et* §. 6. Ad palatium nullus miles ferat arma, nisi rogatus à Comite, Palatii scil. ubi not. *Gothofred. ad lit. a.* quòd in forum judiciale, seu curiam domini non jus sit ingredi, nisi eo consentiente, ut eò magis sine suspicione vel rixâ procedant judicia.

Hæc sunt remedia circa seditionem adhibenda, tum illa apparuerit, & caput extulerit, videndum quæ usurpanda, quando
68. illa est conspicua, tunc ergo pœna † est adhibenda. Non omni-
69. um † tamen, quæ in seditione sunt facta, ratio exigenda, ut pax facilius coëat, & plebi arma deponenti ignoscendum. *Althus.* Nec
70. in complices † seditiosorum nimis anxiè inquirendum est: non qui consiliis, non qui opibus juvisse dicuntur, severiùs indagandi. *Tacit. 2. Annal.* ne scilicet tormentorum vis arcana extorqueat, quæ ignorari, quàm scribi præstabilius sit. *Boter. d. l.*

71. Olim apud † Suevos & Francos, seditiosi, prædones, & incendiarii, si nobiles & illustres essent, antequam morte plectebantur, ignominiæ causâ scabiosum canem de comitatu in comitatum proximum ferre cogebantur. *Cujac. 11. obs. 22. Peucer. lib. 4. Chron. Carion.*

72. Exemplum † ejus rei est in decem Comitibus, & Palatino, qui quòd rebelles Imp. Conrado IV. fuissent, hâc pœnâ affectos refert *Kirchn. in Repub. disput. 16 coron. 4. ad lit. b. ex Spangenb. in Chron. Mansfeld. & Crantz. lib. 3. Sax. c. 15.*

73. Hodiè pœna exacerbanda † & temperanda est secundùm circumstantiam, qualitatem & speciem seditionis: aliquando in multos, aliquando in paucos animadversione utendum est, ubi periculum magnum imminet.

74. Præcipuè autem puniendi auctores † seditionum & factionum. Severitas exercenda est in peccata paucorum: ubi autem imminet populorum strages, detrahendum est aliquid severitati: ut majoribus malis sanandis, caritas sincera subveniat. *Tholozan.*
75. *num.* 15. ita, inquit, cùm Lacedæmonii † civile bellum capescerent, Philopenen Megapolitanus Achæorum Dux, trecentos seditionis auctores Peloponneso ejecit: publicorum servorum tria millia

millia vendidit, urbis muros demolitus est: pubetibus omnes eâ exercitatione, in quibus ex Lycurgi lege versabantur, interdixit. *è Pausaniâ in Arcad.* seditionem ortam inter Romanos † milites, 76. ob obsoniorum amissionem, Publius insigni prudentiâ & gravi oratione sedavit, seditionis auctoribus capite mulctatis. *Polyb. lib.* 11. Tiberius † relegavit capita factionum, & histriones, propter 77. quos dissidebatur. *Sueton. in vit. Tiber. c. 17.* Aurelianus † seditio- 78. num auctoribus interemptis, cruentiùs ea, quæ molliùs fuerant curanda, compescuit. *Flav. Vopisc. in vit. Aurel.*

Sanè graviter peccare utrosque † scribit *Bodin. lib. 3. de Re* 79. *publ. c. 7. num.* 340. & qui subditorum defectionem multam esse patiuntur, & qui crudelitatem ac libidinem in fractos cives, & sæpè innoxios explere pulchrum putant: sed laudabile esse, in plectendis civibus suppliciorum acerbitatem lenitate temperare, eóque temperamento Rempublicam servare. Eâ lenitate memorat usum fuisse Carolum, Ludovici IX. fratrem: itemque Carolum VI. Regem Francorum, quorum hic Parisios rebellantes penitùs exarmavit, ac auctoribus supplicio affectis, civium universitatem gravi mulctâ coërcuit.

Illi, qui capita † & antesignanos sequuntur, vel malitiosi, 80. vel simpliciores.

Malitiosi † sunt, qui norunt caussam seditionis, nec tamen 81. ab ea desistunt. *Kekermann. lib. 1. system. Polit. cap. 28. fol.* 437. & hos eodem loco habendos dicit, quo ipsi duces & antesignani sint habendi.

Simpliciores † sunt, qui scopum antesignanorum non in- 82. telligunt, sed cœco quodam impetu, tanquam ab aliis seducti rapiuntur, de quibus hunc tradit canonem: Quod mitiùs cum iis Princeps agere debeat: utpote qui non tàm ex malitia, quàm ex ignorantia agant.

Cæterùm, si jam rebelliones diu † multumque grassatæ 83. sint, & ad majorem interitum spectare adhuc videbuntur, ad lenitatem summo remedio declinandum erit Principi, cum ἀμνηστίας decreto. *Tholozan. num.* 16. Ita Athenienses † ejectis 84. tyrannis faciliùs convênerunt latâ lege, quam *Plutarch. in Polit.*

vocat τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα, oblivionis plebiscitum, nempe quo omnem memoriam discordiarum sempiternâ oblivione abolendam censuerunt. *Cic. 1. orat. in Antonium.*

85. Eodem remedio condonationis & oblivionis usus Imp. † Fridericus & filius Henricus, Rex Roman. in reconciliandis Lombardorum civitatibus, *ut in tit. de pace Constantia post libros Feudor.* quò me remitto.

86. Seditionibus tamen militaribus † gravior pœna imposita, quò magis armorum licentia in seditione erat metuenda, ne ad Ducis & Reipublicæ calamitatem, vel ad defectionem progrederetur, & in illis decimatio, vicesimatio, trigesimatio locum habere poterit. *Idem Tholozan. numer. 17. & Althus. dict. cap. 26.*

87. Atque ideo Romani, † ubi multitudo militum obnoxia esset, auctores turbarum ad palum deligabant, & securi percutiebant: reliquæque multitudinis decimum quemque sorte ductum, ad supplicium ducebant. *Alexand. ab Alexand. lib. 2. gen.*
88. *dier. c. 13.* ex doctrina tamen Tholozani, leniter † sedari possunt tumultus militares, qui leniter concitari solent.

89. Omnis † namque multitudo mobili impetu fertur: ita seditionis non remedia, quàm principia leviora sunt, *ex Q. Curtio lib. 9.*

90. Speciale † remedium tollendarum seditionum est bellum civile, quo certandum est, quando coaluit & jam fortis est seditio, & imperium detrectatur: sed tamen ut semper locus pœnitentiæ detur, & spes & metus intendatur. *Althus. d. l. & Schönborn. d. c. 15.*

91. Ita David † Absolonem rebellem & seditiosum bello persequitur. *2. Sam. 18.*

92. Theodosius † Imp. Arbogastum & Eugenium seditiosos acerrimo prælio vicit intra fauces Alpium. *Melancht. lib. 3. Chron.*
93. *Carion. in vit. Theodos.* & Henricus IV. Imp. † Rodolphum Sueviæ Ducem ad Elistrum Mysiæ. *lib. 4. in vit. Henrici.*

Et hactenus de remediis circa seditiones.

Septima causa mutationum Rerumpublicarum fuit constituta

stituta nimia dignitas, infinita aut longa potestas uni vel alteri contra plures concessa, cui rei quoque consulemus.

Diligens ergo cautio † adhibenda, ne Magistratus nimiâ tali potentiâ armetur, & uni † tanta concedatur potestas, quò consuetas Reipublicæ actiones sistere aut impedire possit. *Machiavel. lib. 1. discurs. c. 50. & Aristot. lib. 5. Polit. cap. 8.* communem cujusvis omninò Reipublicæ salutem esse docet, nemini immodicam & immoderatam potentiam permittere. Quæ cura est contra unum, ut nulli infinita, & nimia potestas in Magistratu detur. 94. 95. Magistratus nimiâ potentiâ non est armandus.

Adversus plures est: si contra † universos crescere opes & potentiam paucorum non concedatur. *Kirchner. d. disput. 20. th. 4.* Idem consulit *Danæus lib. 6. Polit. Christ. c. 3. fol. 392.* dicens: In statu Monarchico Proceribus Regni videndum est, ne quis ex ipsis quantumvis Regi gratiosus, se parem Regi faciat, aut esse aut videri velit. 96.

Plurima enim ac major vis, & dignitas, imò potentia & auctoritas totius Regni aut Reipublicæ gerendæ præ singulis, quantumvis Magnatibus, manifestò penes summum Magistratum esse debet. Inter κρύφια & arcana Reipublicæ id esse tradit *Kirchn. in Repub. disp. 8. act. 4.*

Neque quicquam ad tuendum † optimatum & populi imperium validiùs, quàm dignitatis & potestatis rationes ita sejungere, ut quò plus uni honoris & dignitatis, eidem minus imperii conferatur. 97.

Eâ ratione Procuratores † D. Marci & Cancellarium in Republica Veneta honoribus & dignitatibus cumulatos maximis, omni imperio & jurisdictione vacare, recteque Venetos constituisse censet *Jovius lib. 1. histor.* quòd neminem ex optimatibus, qui vel insigni virtute, indole majore, vel spiritu in gerendis rebus sit præditus, potentiâ gratiáve supereminere patiuntur; adnascens ne hedera arborem obumbret & suffocet. *Plutarch. in Syll.* 98.

vocat τὸ τῆς ἀμνηστίας ψήφισμα, oblivionis plebiscitum, nempe quo omnem memoriam discordiarum sempiterna oblivione abolendam censuerunt. *Cic. 1. orat. in Antonium.*

85. Eodem remedio condonationis & oblivionis usus Imp. † Fridericus & filius Henricus, Rex Roman. in reconciliandis Lombardorum civitatibus, ut *in tit. de pace Constantiæ post libros Feudor.* quò me remitto.

86. Seditionibus tamen militaribus † gravior pœna imposita, quò magis armorum licentia in seditione erat metuenda, ne ad Ducis & Reipublicæ calamitatem, vel ad defectionem progrederetur, & in illis decimatio, vicesimatio, trigesimatio locum habere poterit. *Idem Tholozan. numer. 17. & Althus. dict. cap. 26.*

87. Atque ideo Romani, † ubi multitudo militum obnoxia esset, auctores turbarum ad palum deligabant, & securi percutiebant: reliquæque multitudinis decimum quemque sorte ductum, ad supplicium ducebant. *Alexand. ab Alexand. lib. 2. gen.*
88. *dier. c. 13.* ex doctrina tamen Tholozani, leniter † sedari possunt tumultus militares, qui leniter concitari solent.

89. Omnis † namque multitudo mobili impetu fertur: ita seditionis non remedia, quàm principia leviora sunt, *ex Q. Curtio lib. 9.*

90. Speciale † remedium tollendarum seditionum est bellum civile, quo certandum est, quando coaluit & jam fortis est seditio, & imperium detrectatur: sed tamen ut semper locus pœnitentiæ detur, & spes & metus intendatur. *Althus. d. l. & Schönborn. d. c. 15.*

91. Ita David † Absolonem rebellem & seditiosum bello persequitur. *2. Sam. 18.*

92. Theodosius † Imp. Arbogastum & Eugenium seditiosos acerrimo prælio vicit intra fauces Alpium. *Melancht. lib. 3. Chron.*
93. *Carion. in vit. Theodos.* & Henricus IV. Imp. † Rodolphum Sueviæ Ducem ad Elistrum Mysiæ. *lib. 4. in vit. Henrici.*

Et hactenus de remediis circa seditiones.

Septima causa mutationum Rerumpublicarum fuit constituta

stituta nimia dignitas, infinita aut longa potestas uni vel alteri contra plures concessa, cui rei quoque consulemus.

Diligens ergo cautio † adhibenda, ne Magistratus nimiâ 94. tali potentiâ armetur, & uni † tanta concedatur potestas, quò 95. consuetas Reipublicæ actiones sistere aut impedire possit. *Machiavel. lib.* 1. *discurs. c.* 50. & *Aristot. lib.* 5. *Polit. cap.* 8. communem cujusvis omninò Reipublicæ salutem esse docet, nemini immodicam & immoderatam potentiam permittere. Quæ cura est contra unum, ut nulli infinita, & nimia potestas in Magistratu detur.

Magistratus nimiâ potentiâ non est armandus.

Adversus plures est: si contra † universos crescere opes & 96. potentiam paucorum non concedatur. *Kirchner. d. disput.* 20. *th.* 4. Idem consulit *Danæus lib.* 6. *Polit. Christ. c.* 3. *fol.* 392. dicens: In statu Monarchico Proceribus Regni videndum est, ne quis ex ipsis quantumvis Regi gratiosus, se parem Regi faciat, aut esse aut videri velit.

Plurima enim ac major vis, & dignitas, imò potentia & auctoritas totius Regni aut Reipublicæ gerendæ præ singulis, quantumvis Magnatibus, manifestò penes summum Magistratum esse debet. Inter κρύφια & arcana Reipublicæ id esse tradit *Kirchn. in Repub. disp.* 8. *aucl.* 4.

Neque quicquam ad tuendum † optimatum & populi im- 97. perium validiùs, quàm dignitatis & potestatis rationes ita sejungere, ut quò plus uni honoris & dignitatis, eidem minus imperii conferatur.

Eâ ratione Procuratores † D. Marci & Cancellarium in 98. Republica Veneta honoribus & dignitatibus cumulatos maximis, omni imperio & jurisdictione vacare, rectéque Venetos constituisse censet *Jovius lib.* 1. *histor.* quòd neminem ex optimatibus, qui vel insigni virtute, indole majore, vel spiritu in gerendis rebus sit præditus, potentiâ gratiâve supereminere patiuntur; adnascens ne hedera arborem obumbret & suffocet. *Plutarch. in Syll.*

99. Sic consilium est *Periclis apud Aristophan. in Ran.* Leonem † in urbe non esse nutriendum, nisi nutrito obsequium præstare velis.

100. Ipse quoque Augustus † hoc præceptum reliquit Reipublicæ, ne uni alicui totam Rempublicam crederet, ne fortasse dominatum affectaret, vel si quid contra spem graviùs passus fuisset, secum unà perderet Rempublicam. *Dio lib. 56.*

101. Provinciis † ab Imperatoribus Præsides & Legati Cæsarum proponebantur, non cum tanta potestate, quanta erat Proconsulum: (hi enim præficiebantur à Senatu in Provinciis cum summo imperio) sed mandatis & diplomatis Principum, quibus omnis nimia potestas suspecta erat, coërcita & temperata. *Wesenbec. in*
102. *Parat. de offic. Procons. & Legat.* Sanè cui † plus licet, quàm par est, plus vult, quàm licet. *Macrob. 2. Saturn. 7. & Comicus*: Omnes licentia sumus deteriores.

103. Porrò ad minuendam † Magistratus potestatem in prom-
104. ptu sunt remedia. 1. Si potentiæ † unius vel plurium opponatur alius Magistratus, qui horum acta impediendi facultatem habeat. *Arnisæ. in doctrin. Polit. c. d. 5. fol. 359.* Quod fuit etiam consilium *Tull. lib. 3. de legib.* ut Magistratui potenti æquè potens opponatur, ut hâc ratione clavus clavo trudatur. Non enim tantùm minuitur potentia inter plures divisa, sed etiam mutuò, qui eam participant, se impedire possunt.

Remedia ad minuendam Magistratus potestatem

105. Sic Romæ † contra optimatum, Nobilium & Patritiorum injurias creati erant Tribuni seu Magistratus plebis, qui auxilio plebi etiam adversus Consules essent, intercessione suâ se objici-
106. endo. Qui † Tribuni ob hoc sacrosancti erant. *Halicarnassæ. lib. 6. Gell. lib. 13. c. 12.*

107. Eadem observantia fuit apud † Lacedæmonios, qui regibus Ephoros opposuerunt: quos *Herodot. lib. 1.* ab ipso Lycurgo institutos: *Plutarch.* verò *in vit. Lycurg.* an. 130. demum post Lycurg. sub Theopompo rege introductos fuisse testatur.

108. Apud † Cretenses Cosmi: apud alios alii libertatis propugnatores constituti sunt.

109. Commodus † Imperator cùm à Perennio Præfecto prætorii

rii insidias sibi structas comperisset, præfectum æqualis potestatis illis adjunxit, quò alter alterum mutuo timore reprimeret, & sic periculum evitatum est. *Herodian. lib.* 1. & Præfecto † Ægypti ab 110. Augusto adjunctus est Juridicus Alexandriæ, tanquam speculator, qui in consilia ejus inquireret. *Wesenbec. in Paratit. de offic. jurid. Alex.*

Similiter cùm Alexander † Magnus Ægyptum occupasset, 111. non uni ex suis commendavit universi regni gubernationem, sed præsidia imposuit diversis locis, & his ductores præfecit, pacis tuendæ causâ. Ac scribit Arrianus, additos esse duos inspectores, quos nominavit Episcopos. Quæ omnia sic constituta sunt, ne si unus esset summus gubernator, Regem se faceret. *Melancht. lib.* 2. *Chron. Carion. in descript. Ægypt.*

Secundum remedium consistit in eo, si magnis Imperiis 112. breve † spatium concedatur, nec diu quis Magistratum gerat. *Arnisæ. d. l.* Quod ipsum est monitum *Junij part.* 1. *quæst. Polit. ult. Althus. c.* 20. *fol.* 173. *& c.* 32. *fol.* 273. *edit. prior. Bodin. lib.* 4. *de Repub. c.* 4. ne scilicet Monarcha majores jurisdictiones & potestates, Provinciarumque præfecturas perpetuas esse patiatur. Et *Aristot. lib.* 5. *Polit.* generaliùs tyrannides † ortas fuisse docet ex 113. Magistratibus, quòd diuturni fuerint.

Hujus doctrinæ inprimis usus † est maximus in Aristocra- 114. tia, in qua nemini id summum imperium, ac præsertim bellicum, destinandum est, cùm naturalis sit nobilium † morandi in impe- 115. riis cupiditas. *Clapmar. lib.* 2. *de arcan. Rerumpub. c.* 11.

Hâc ratione Respublica † Romana diu vigorem suum ob- 116. tinuit, dum consules annuos, Dictatores semestres habuit. Cùm vero propagatio † Magistratuum fuit introducta, jam à suâ inte- 117. gritate Romani ceperunt desciscere. *Dio Cassius lib.* 43. *histor. Roman.*

Sed nec contra universos in hoc statu opes † paucorum, 118. ut crescant, permittendum esse, Sapientum fert judicium. Nam ut † scaturigines in Oceanum fluentes tumorem: ita opes abun- 119. dantes divitem insolentem faciunt: cui si plus, † quàm par est, 120. honoris mandes, ex insolente insanum reddes. Cavendum est ergo,

121. ergo, ne multi † Craſſi, id eſt, ſupra modum opulenti ac potentes, in civitate vivant: aut ſaltem, (ſi vivant) ne multis magniſque honoribus cumulati intumeſcant nimium, ut monet *Boter. lib. 1. Polit. illuſtr. c. 7. fol* 40. *& ſeq.* 41. ubi ait: primùm corrumpent multitudinem, hinc rapient imperium, deinceps opprimentr civitatem, poſtremò non aliter, quàm truculenti tyranni, devaſtabunt omnia.

122. Sed & Democratico † ſtatui inimiciſſima & valdè exitioſa fuit civium potentiorum continuata in honoribus gerendis perpetuaque auctoritas.

Tertium remedium, poſt *Ariſtot. lib. 5. Polit. c. 11. Arniſæ.*
123. *d. l.* dicit eſſe, ſi poteſtas inter plures † dividatur, quò alius alium cuſtodiat & obſervet, quod primo non multum abſimile videtur. In minuenda data poteſtate non negligenda quoque eſt
124. regula, *Ariſtot. d. lib. 5. cap.* 8. *&* 11 cùm maximi † honores ſemel conceſſi fuerint, non erunt omnes ſimul auferendi, ſed ſenſim & paulatim minuendi.

125. Inſuper Princeps curabit, ut ex † potentioribus & auctoritate præditis neminem à reddendis rationibus immunem patiatur, ſed quotannis rationes ſibi reddi jubeat. *Althuſ. in Pol. c.* 27. *Plato lib. 6. de legib.*

Contra hæc tamen pericula, ex ſententia *Hermanni Kirchneri in Repub. diſp.* 8. *th.* 1. *ad lit. d* Unicum remedium ſuppeditat. *l. un. ff. de offic præf. prætor.* ut ad magnitudinem ſummorum of-
126. ficiorum adhibeâtur ii, quorum ſingularis † induſtria, fides & gravitas explorata habeatur, cujus rei exemplum nobis ſuppeditat
127. Scriptura ſacra in † Joſepho, Mardochæo, & Daniele, qui proximi à Regibus ſummâ fide & diligentiâ, absque ullo dolo res imperii tractarunt.

Huc etiam referenda eſt admonitio *Ariſtot. d. c.* 11. ſi quis
128. amplis honoribus augendus ſit, in eo tamen feroces † & audaces
129. mores fugiendi & cavendi erunt: tales † enim mores omnium commotionum & perturbationum ſunt avidiſſimi.

Et hæc ad præſervativam contra nimiam potentiam faciunt.

Nunc

Nunc cura est adhibenda de suppressione † potentio- 130.
rum, & malo amputando, si radices egerit. Quæ verò remedia Suppressio
& curationes, quæ ustiones & sectiones usurpandæ, non facilè li- potentiorū
quet. Scoti † Donalum unum ex proceribus suis sunt armis pro- 131.
secuti, quòd summi Magistratus auctoritati parem se constituisset,
& Reutherum, quamvis è regia Fergusii stirpe, Regem creasset, ut
refert *Georg. Buchanan. lib. 4. histor. Scot.* Ita etiam supra † Sau- 132.
lem laudatus à puellis David, in odium vatinianum & periculum
vitæ incidit. 1. *Sam. c.* 18. *&* 19.

Sunt, qui consulunt, ut opibus, potentiâ & gratiâ maximè
pollentes aliò † ablegentur, quod latius deducit *Clapmar d. l.* & 133.
subjicit ablegationem istam sub specie † honoris fieri debere. 134.
Idem alii inculcant, sub specie legationis potentiam formidabi-
lem ablegandam esse. *Christophor. Besold. class. 2. disput. Polit. 9.
thes. 61.*

Sic apud † Athenienses fuit ostracismus. *Aristot. lib. 3. Pol.* 135.
c. 9 decennalis scilicet nimis eminentium, excellentium, & po- Ostracismus.
tentium virorum in exilium missio & relegatio: cui à † calculis
sive testis, quæ Græcis ὄστρακα, quibus suffragia hujus judicii fie- 136.
bant, & exulum nomina insculpta erant. id nominis impositum.
Plutarch. in Alcibiad. in Nicia & Aristot. ubi hanc relegationem
vocat gravioris potestatis moderationem & pœnam. Sic Themi-
stoclem † è civitate ejecerunt, ejusque dignitatem ac nimias opes 137.
depresserunt. Sic Aristidem † qui animi æquitate omnes Atheni- 138.
enses vicit. *Plutarch. in vit. Themist. & Aristid.*

Ejusdem morbi curandi modus apud † Syracusios erat 139.
Petalismus à foliis, quæ suffragiis adhibebantur, dictus. *Diodor. Si* Petalismu
cul. lib. 11.

Ideò autem à populari † statu id genus exilii, quod præcla- 140.
rissimis virtute & felicitate civibus imponebatur, institutum, ut
æqualitas † omnium, quam is status potissimùm intuetur, conser- 141.
varetur, ablegatis iis, quorum potentia, vel auctoritas, aut gloria
& existimatio major erat, quàm ut æqualitatis status eam ferre
posset, quique ob id metui erant, ne seditionem moverent, Rem-

 publi-

publicam occuparent. *Bod. lib. 6. c. 4. num. 701. Tholozan. lib. 26. c. 10. num. 5.*

142. Extat etiam Thrasibuli † sententia, hoc collimans, de spicis supereminentibus amputandis, apud *Alexand. ab Alex. lib. 2. gen. dier. c. 32.*

143. Ostracismi † illius naturam sapere, scribit *Besold. class. 1. disput. 7. th* 23. quòd Nobiles (cùm oligarchiam affectarent) ex Helveticis, è quibusdam Imperialibus civitatibus, partim spontè, partim vi coacti, secesserint.

144. Adeò enim ad † populum omnia apud Helvetios prolapsa sunt, ut præter paucos Barones Nobilesque, qui per pacta conventa demum æquiore jure, in potestatem Bernatum cesserunt, universam nobilitatem Epidemico quodam furore trucidaverint.

145. Basileâ, † qui supererant Nobiles, ultrò in agros & prædia, sub Episcopi ditione sita, profugerunt, quòd opificum & mercatorum imperia ferre nescirent. *Arnisæ. lib. 2. de Republ. cap. 5. sect. 1. num. 13.*

Quam fortunam etiam illos perpessos fuisse scribit *nu.* 14.

146. qui † Argentinam domicilia ex agris transtulerant. Nam cùm

147. plebis † furori cederent, & in solitudine pacata, quàm in seditiosa civitate, suisque capitibus imminente, vivere mallent, occasio-

148. nem † aperuerunt civibus transferendæ ad se Reipublicæ legemque condendi, quâ Nobilibus ad capessendos summos Magistra-

149. tus via prorsus præcluditur. Sanciverunt † enim, ne quem *Ammeisterum*, (is est summus in civitate Magistratus) creari fas esset, nisi qui opificio se aliquo deditum docere posset. Licet enim

150. proximnm † ab hoc locum teneat *Stetmeisterus*, ex nobilitate residua sublectus, imperio tamen omni sine illius consensu destituitur. Et vidi illic, inquit, cùm incursus hostium timeretur, & ad arma cives, suo quisque loco, prout divisæ sunt stationes, procurrerent, universæ nobilitati interdictum, extra ædium munimentum conspici, aut in platea deprehendi, quam eandem cautionem observant, quoties incendium oritur, ubique nobilitati ad recuperandum per vim civitatis regimen viam præclusuri. Et *num.* 15.

151. *ex Johan. Michael. Brut. lib. 1. hist. Flor.* tradit, Florentinos † quoque

que, ut nobilitatem ab omni studio repetendi Rempublicam averterent, lege cavisse: *Ne cui, qui ex potentum ordine esset, domo egredi per noctem liceret, qui egressum interficeret, ei id apud Magistratum populumve fraudi ne esset.*

An verò Ostracismus † per omnia Reipublicæ sit utilis? 152. Ostracismus an Reipubl. sit utilis? disputant *Aristotel. lib. 3. Polit. cap. 9. & Casus in sphar. civit. super illum locum. Althus. in Polit. cap. ult. Lambertus Danæus lib. 2. Polit. Christian. cap. 2. fol. 84. & 85.* qui Ostracismi illam rationem prorsus † inhumanam & crudelem vocat, & summam injuriæ significationem habere ait, cùm quis præter meritum è sua patria, 153. suisque, & avitis sedibus ejicitur. Et cui non iniquum videbitur, heroicos & excellentes viros, quia virtutibus, opibus, gratiâ, potentiâ maximè antecellunt alios, patriâ carere? Quis non intelligit, Ostracismum & exilium pati pro excellentia virtutis, esse malum pro bono sustinere?

Hic verò *Casus in sphar. lib. 3. cap. 9.* fœdere distinctionis rem dirimit, & docet, ostracismum considerari vel respectu † justæ administrationis, & sic approbari non debere, ut demonstrat 154. quatuor Syllogismis ex textu Aristotelis desumptis: Nam & ipse Aristotel. disertè ait, in optimis formis Reipublicæ hoc non absolutè justum esse: vel respectu non rectæ administrationis, ut in oligarchia, &c. & sic quodammodo approbari posse, itidem ob quatuor rationes ex Philosopho petitas. Asserit quidem Aristot. apertè *d. cap. 9.* hanc quæstionem generaliter ad rectas Respublicas etiam pertinere, & sic non ad depravatas solùm, sed hoc cum mica salis accipit idem Casus, dicendo, Aristotelem hoc intelligere, quod utile sit etiam rectis administrandi formis, ut potentes, divites, gratiosi, si seditionis flammulas factionibus nutriant, ostracismo notati exterminentur.

Non solùm autem summa injuria, sed & summa † incommoditas in cardine ostracismi movetur. 155.

Quî enim potentiores ejecti non plurima † Reipublicæ intentabunt pericula? quî non dominationem vi, ac armis sociorum 156. ambient? Prodeat in scenâ Marcus † Coriolanus. Hic in exilium à 157.

 Roma-

Romanis missus, eosdem in extremam perniciem præcipites egisset, nisi matris, uxoris, & aliarum fœminarum lachrymis ac precibus commotus, & à proposito retractus fuisset. *Plutarch. in ejus vit.*

158. Loquatur id Dio † Syracusanus, qui jam proscriptus Dionysio bellum intulit.

159. Testentur exules Mediceæ † gentis, ac Tigurini optimates, qui civitatibus ejecti amicorum ac sociorum copiis & opibus patriam obsederunt, ac periculoso difficilique bello diutissimè fatigarunt. *Bodin. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 388. qui *num. præced.* 387. Cice-
160. ronem reprehendit, quòd Catilinam † Româ expulerit, cùm potiùs conjuratione detectâ, illum in ipsa urbe opprimere debuisset.
161. & *d. num.* 388. stultum † dicit, illum extra civitatem emittere, qui emissus bellum ciere, ac quàm plurimos exitiosos tumultus renovare velit, & se posse confidat.

162. Concludit tandem, hujusmodi † hostes aut prorsus necandos, aut ingentibus beneficiis obligandos esse, nec amicos habendos: quorum utrumque observavit Augustus: qui quosdam conjuratorum in patrem ac se ipsum interfecit: quibusdam verò veniam dedit, imò eosdem beneficiorum multitudine in perpetuum sibi obligavit. *Senec. de Clem.* Quod judicium magni nominis viris haud improbatur.

163. Quamvis nec displiceat illud, si tales carceribus † mancipentur, & eo usque ibi asserventur, donec sanctè promittant, se tantâ potestate jam exutos, pacatè cùm cæteris civibus victuros, nihilque turbarum & seditionum ob ablatam potentiam moturos.

164. Itemque ut filii pro majori securitate obsides † benevolentiæ & fidei tradantur, exemplo Darii, Commodi, & aliorum, vid. *Tholozan. d. lib.* 22. *cap.* 10.

Et hæc præservativa & cura contra nimiam potestatem & pericula inde promanantia, in omnibus Rerumpublicarum formis obtinet: in Monarchia, Aristocratia, & Democratia. Ubi ex
165. *Kirchner. d. disp.* 20. *th.* 3. addimus, quòd Aristocratiam † adversus populum tueatur maximùm justa potentia optimatum, adversus

unius

cujus imperium concordia & æqualitas. Cùm tamen mala & morbi Rerumpublicarum sæpissimè remedia † Politica non ferant, & in Republica aliquid sit divinus humano intellectu, dicente *Xenophonte in memorabil. lib. 1. à pr.* Pharmaca ex officina † sacra erunt petenda. 166. 167.

Ante omnia placandus † est Deus, ut piè consulit *Nicolaus de Clemangis epist. 77. & epist. 80.* 168.

Optimum † ergo remedium ad mala, ex vi majore inprimis provenientia, est pœnitentia & conversio ad Deum. *Jerem. 18. v. 7. & 8.* 169.

Subitò loquar contra gentem & contra regnum, ut evellam, eradicem, & perdam. Et conversa gens illa à malo suo, quod locutus fui contra eam, pœnitebo & ego super malo, quod cogitavi ut facerem ei.

Et *Divus Hieronymus in Proph. Amos cap. 8.*

Si agimus pœnitentiam, Deum quoque pœnitebit sua sententia.

Hactenus de causis conversionum & eversionum Rerumpublicarum, eorumque remediis.





CAPUT IX.

DE FORMIS ET SPECIEBUS RERUMPUBLICARUM, QVOT SINT CONSTITUENDÆ.

HActenus de Rerumpublicarum natura & causis constituentibus & corrumpentibus egimus;
1. methodi ratio exigit, ut de † speciebus earundem sermonem instituamus. Natura siquidem generis
2. † explicatâ, doctrina specierum statim est subjungenda, ut est axioma vulgatum Logicorum.
3. De formis † verò illis Rerumpublicarum constituendis a-
4. criter inter se certant Politici. Alii enim tres † tantùm simplices
5. imperii formas, easque bonas ponunt: alii sex, † earumque tres probas, totidem improbas & malas agnoscunt, quorum Dux est *Polyb. lib. 6.* sub cujus vexilli militat *Piccolomineus grad. 10 Philos moral. cap. 7.* ubi 1. Imperii formam constituit Monarchiam, Principatum unius. 2. Huic oppositam tyrannidem: in qua summa potestas est penes unum, qui non secundùm leges, sed pro voluntate & arbitrio suo imperat, veluti axiomate utens illo:

Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

3. Aristocratiam, potentiam optimatum. 4 Huic oppositam oligarchiam: ubi scilicet potestas est penes paucos, qui vel per potentiam, violentiam, injurias, malas artes, aut gratiam imperium sibi acquisiverunt, reliquis, penes quos pariter erat, exclusis, & à gubernatione remotis: atque ita ad suam privatam utilitatem Rempublicam administrant. Vel, ut loquitur *Casus lib. 4. Sphær.*

phar civit. c. 5. ubi affectus, non ratio, non lex, non justitia, non æquitas, sed impetus regnat. Et cùm pauci illi ita cæteris, ut servi imperant, exinde fit, ut vel populus ipse ad se trahat imperium, vel unius alicujus potestati lubentiùs, quàm ejusmodi factioni Magnatum se subjiciat. *Besold. claß. 2. disput. Polit.* 9. *th.* 23. Talis ochlocratia fuit olim Athenis tyrannorum triginta, qui eam suo arbitrio administrarunt, & commoda publica verterunt in quæstum privatum. *Xenoph.* 2. *Græcor.* itemque Reipublicæ Romanæ, cùm à Decemviris, & posteà Triumviris regebatur. *Liv. lib.* 3. *Alexand. ab Alex. l.* 5. *genial. dier. c.* 2. *Rosin. lib.* 7. *antiq. Rom. c.* 1. *Dn. Daniel. Otto in jur. public. c.* 3. *fol.* 46. *edit. an.* 17. 5. Democratiam, gubernationem populi. 6. Huic adversam ochlocratiam, id est, turbulentam Reipublicæ factionem, effusam populi potentiam, & quasi furorem multitudinis: in qua forma egenorum major, quàm publicæ utilitatis ratio habetur. *Aristot. lib.* 3. *Polit. c.* 7. & 8. Cujusmodi putatur fuisse forma Reipublicæ Atheniensis, à Pisistrato jam eversa, & tyrannide eam invadente. *Polyæn. lib.* 1. *stratagem.* Romanæ, cùm plebs contra patritios tumultuatus, seditionem excitasset. *Rosin. d. cap.* 1. & *c.* 27. *Dn. Otto d. fol.* 46.

Tres verò simplices † Reipublicæ formas sub bonarum seu rectarum titulo venientes, Monarchiam scilicet, Principatum unius: Aristocratiam, potentiam optimatum: Democratiam, gubernationem populi: Politici eminentiores constituunt. 6. *Bodin. lib.* 2. *Tholozan. lib.* 5. *de Republ. c.* 1. *Simanca de Repub. lib.* 1. *c.* 4. *Osorius lib.* 7. *de Regum institione*, aliique quàm plurimi, quibus novissimè accedit *Arnisæ. lib.* 2 *de Repub. c.* 1. *sect.* 5. *per tot.* ubi à pr. rejicit istam divisionem Reipublicæ in probam & vitiosam, quia non † essentiam, sed qualitatem Reipublicæ dividit, nec 7. speciem aliquam constituit, sed accidentariam diversitatem. Cùm itaque essentialis divisio non sit confundenda cum accidentaria, nos quoque huic opinioni subscribimus, & improbas formas, † quas vocant, non formas, & status, sed 8. παρεκβάσεις & φθοράς, digressiones, defectiones, aut declinationes, pestes & interitus, labes & corruptiones istarum Rerumpublica-

publicarum dicimus, auctoritate *Aristotelis lib. 3. Polit. c. 4. & 5 lib. 8. Eth. c. 10. & Platonis lib. 8 de legib.* ubi eas vocat στασιωτείας, id est dissensiones & seditiones.

Argumenti nostri robur ponimus in eo, quod habet *Arist.*
9. *lib. 1. Ethic. c. 6. & Jul. Scal. exerc. 307. f. 15.* unum † bonum, verum & ens convertuntur.

10. Unde ita argumentamur: Vera † Reipublicæ forma convertitur cum bono & ente. Atqui hæc profligata non convertitur cum bono & ente. Ergo non est vera Reipublicæ forma. Et sic nomen tantùm Reipublicæ manet, non vera ejusdem essentia & res ipsa, scilicet ἀκριβῶς, accuratè & exactè loquendo. Quod si enim populariter & vulgariter loquamur, ultrò fatemur, accidentia παρεκβάσεις & digressiones illas Rerumpublicarum formas dici posse,

Sic enim Theologi & Philosophi, inter quos est *Scalig. d. exerc. sect 25 & Piccolom. in. grad. 2. Philos. moral. cap. 33 fol. 206.*
11. malum † non ens vocare solent, ut peccatum: quod ipsi non hominis effectum, sed defectum appellant, quod homo peccando nihil efficiat, sed potiùs deficiat. Hinc pronunciavit *Augustinus*: Peccati efficientem causam non esse quærendam, cum sit defectus.

12. Imò & Physici monstra τὰ μὴ ὄντα, non entia appellant: itemque transgressiones & aberrationes à naturâ, quæ tamen παχυλῶς, populariter, pingui Minervâ, & ex communi loquendi usu sunt opera naturæ, entia & substantiæ per se subsistentes. Aliud itaque est παχυμερέστερον seu vulgariter, aliud v. ἀκριβέστερον seu exquisite & accuratè loqui.

13. Vin' aliud? Negatâ † formâ, negatur & formatum. Atqui in excessibus illis & defectibus Rerumpublicatum negatur forma Reipublicæ veræ, quæ consistit in recta & proba administrationis ratione, seu qualitate, ut suprà *cap. 2. ex Tholozan.* fuit dictum. Ergo & formatum.

14. Accuratè itaque Rempublicam † distinguentes ab ejus accidentibus & aberrationibus, seu vitiositatibus, cum Herodoto, Tacito,

Tacito, Bodino, & aliis, tres simplices & veras ejusdem formas ponimus. 1. Regiam potestatem, seu Monarchiam. 2. Optimatum potentiam, seu Aristocratiam. 3. Popularem administrationem, seu Democratiam. Regiæ potestati, ceu vitium & defectum Reipublicæ opponimus tyrannicam: Optimatum regimini, oligarchiam: populari administrationi ochlocratiam.

Cæterùm, an detur mixta † aliqua, longè gravior est inter 15. Politicos concertatio. *Polyb. lib. 6. Dionys. Halicarn. lib. 2. Cicer. 3. de legib. Thomas Morus in Utopia. Contaren. 1. de Republ. Venet. Machiavel. lib 1. disc. c. 2. Clapmarus lib. 5. de arcan. Rerumpubl. c. 20. Piccolomin. grad. 10. c. 9 Arnisæ. lib. 1. doctrin. Polit. c. 8. & lib. 2. de Republ. c. 6. sect. 1. Schönborn. lib. 1. c. 16. Keckerman. lib. 2 system. c. 4. & 5.* talem dari affirmant, in qua permixtio illa sit vel ex duabus tantùm, vel ex pluribus. Suffragatur hisce *Herman Kirchnerus in Repub disp. 3. auct. ult. & disp. 5. th. 1 ad lit. c. & th. 5.* docet, statum tùm Monarchicum tùm popularem Aristocraticè per Magistratus & officia posse temperari: & vicissim Aristocraticum statum Monarchicum temperamentum saluberrimè suscipere. Et quemadmodum sanguis in corpore frenum bilis est: ita illud temperamentum in Republica cunctas παρεκβάσεις facilimè cohibet. *d. auct. ult.*

An detur mixta.

Acriter verò refragatur † *Joh. Bodin lib 2. de Republ. c. 1. num.* 175. & prolixè contendit, omnem Reipublicæ formam simplicem esse, nec ullam mixtam dari posse, à quo non immeritò divortium facimus. 16.

Quid enim? Annon Respublica Venetorum † constat ex regno & consulatu? *Casus in Eth. Aristot lib. 8. c. 1. & Piccolomin. grad. 10. cap. 9.* Respublica Venetorum, inquit, optimatum est, in qua tamen refulget congruenter splendor regiæ dignitatis. Nec audimus *Bodinum lib. 2. cap. 1. num. 181. dicentem*, Rempublicam Venetorum esse puram Aristocratiam, cùm optimates legum ac Magistratuum jus habeant: Dux verò ex omnibus Magistratibus imperio vacet. Quis enim credet ipsum in amplissimæ illius Reipublicæ theatro veluti κωφὸν πρόσωπον, seu mutam personam, 17.

versari? Audiendus potiùs nobis erit *Stephanus Junius Brutus de jure Magistratus in subdit. in repetit. ad quæst.* 6. ita docens: Veneti (quorum Respublica, si ex eventis judicandum est, omnium felicissimè & sapientissimè, secundùm hominum prudentiam, constituta & moderata existimatur) Ducem supremum sibi creant, non tanquam idolum aliquod aut spectrum: (ut quidam in rebus Politicis parum exercitati scribere ausi sunt) sed tanquam Principem ac Monarcham, à quo citra ullum tyrannidis periculum omnes Monarchiæ commoditates, percipiant. Jam verò, sicut consilium illud, quod vocant generale, Ducis eligendi omnem auctoritatem habet: (servatis tamen ritibus ad hoc apud ipsos institutis & usitatis) ita illud ipsum consilium sibi jus istud retinuit, (sine quo facilè reliqua omnia in nihilum abirent) nempe ipsius Ducis deponendi & puniendi, si quid tyrannicum vel moliatur vel patraverit: quemadmodum id exemplis & facto sæpè comprobatum est. *Hactenus ille.*

18. Atheniensium † olim Rempublicam temperamentum fuisse passam, auctor est *Plato lib.* 2. *Polit. c.* 6.

19. Lacedæmoniorum † Rempublicam à Lycurgo institutam, ex tribus formis fuisse conflatam, sentiunt & scribunt Historici & Politici probatissimi, inter quos *Plat. lib.* 3. *&* 4. *de legib. Polyb. lib.* 6. *Isocrat. in Areop. & Panath. Sigon. de Republ. Spart. Contar. d. l. Machiavel. l.* 1. *discurs. in Liv. c.* 2. *Justin. lib.* 2. ubi in hæc verba scribit: Lycurgus administrationem Reipublicæ per ordines divisit, regibus potestatem bellorum, Magistratibus judicia & annuas successiones, Senatui custodiam legum, populo sublegendi Senatum vel creandi, quos velit, Magistratui potestatem permisit, fundos omnium æqualiter inter omnes divisit. Et *Machiavel. d. l.* Apud Spartanos, ait, Lycurgus leges ita instituit, ut regibus sua dignitas, optimatibus sua potentia, & populo legitima libertas conservaretur. Imò *Polyb. d. l.* refert, apud Lacedæmonios Reipublicæ formam à Lycurgo institutam, ex tribus ita fuisse constitutam & dispositam, ut nemo unquam, ne ex illis quidem, qui sunt incolæ, constanter edicere potuerit, an tota illa Respublica vel Monarchia, vel Aristocratia, vel Democratia fuerit.

cit. Quamvis *Aristotel. lib. 2. Polit. c. 1.* adversus Laconicam seu Lycurgeam Rempublicam disputet de Magistratibus non legitimè constitutis, Regibus, Senatoribus, Ephoris, Navarchis, &c *& lib. 4. c. 9.* ex Aristocratia & Democratia eam constitutam judicet, & quidem rectè, ex mente *Arnisæ. lib. 1. doct. Pol. c. 8. fol. 167. Conf. lib. 2. de Repub. c. 6. f. 2.*

Nihil jam dicam de veteris Reipublicæ † Romanæ mixturâ, quam proponunt *Dionys. Halicarnassæ. lib. 7. & 8. in pr. Polyb. lib. 6. c. 5. de re milit. ac domest. Rom. discipl. Cic. de legib.* & multi alii tam vetustiores, quàm Neoterici: Exemplum modò adducam Imperii † nostri Romani hodierni, quod in Monarchico statu Aristocraticis rationibus longè optimè, per Electorum & Principum ordinumque consilia & consensus est temperatum. *Kirchner. d. l.* 20. 21.

Quid? quòd *Bodin. lib. 2. c. 2. num. 189. & c. 7. num. 234.* nec non *lib. 6. c. ult. à pr.* sibi ipsi laqueum ponat, dum distinguit inter † statum & modum gubernandi, & fatetur, posse fieri, ut regalis status sit, ac nihilominus populariter vel Aristocraticè gubernetur. 22.

Et *lib. 6. c. 4. num. 703.* scribit, Respublicas Helvetiorum † populares Aristocraticâ ratione gubernari, ac duplicem aut triplicem Senatum habere. Audin' Aristocratico quodam modo aspersum popularem statum Helvetiorum? Idem de aliis popularibus imperiis affirmat *num. 699.* Quod itaque veterum de Republica sententias iniquè exagitat? 23.

Probè autem notandum denominationem † cujusque Reipublicæ à parte potiori fieri debere, quod etiam tradit *Tholozan. lib. 5. de Repub. c. 1. Lipsius lib. 2. Polit. c. 2.* dicens: Miscentur inter se, & remittuntur aut intenduntur, sed sic ut propendeat & præponderet pars una, à qua ei nomen. Et *Piccolom. grad. 10. c. 9.* Civilium gubernationum formæ, vel rarò, vel nunquam sinceræ & puræ inspiciuntur, nomen autem ab eo recipiunt, quod in eis præsertim fulget & dominatur. Ut autem pauxillum aquæ vino generoso admixtum, vino neque virtutem, neque nomen adimit: *Lips. lib. 8. Polit. cap. 14.* Ita neque nomen, neque vim suam tem- 24.

peramento amittit status, prævalente nominatione ejus, quod potentius est, *Kirchner. de Repub. disp.* 3. *auct. ult. per l.* 3. *de leg.* & *l.* 10. *ff. de stat. hom.*

Solutio argumentorum contrariorum.

Sententiæ hactenus à nobis confirmatæ non obstat axioma in Scholis Philosophorum decantatum: species† non miscen-
25. tur. Nam etiamsi hîc reponere & adhibere possim illud *Waremun-*
26. *di de Erenberg. in meditam. pro fœder.* IN † REGNIS NON HABENT LOCUM DEFINITIONES ET REGULÆ LOGICORUM. Interim tamen respondeo, quod illud fallat in ipsa Philoso-
27. phia, & rerum natura. Nam ex † congressu equi & asinæ generatur mulus. Quare axioma ita limitatur à Philosophorum sobo-
28. le: Species *rerum naturalium* non miscentur, scil. † *ordinariè, & secundùm communem naturæ cursum*, miscentur verò *extraordinariè*, vid. *Dn. Goclen. in axiom. Philosoph.*

Nec etiam negotium facessit hoc argumentum: Nullum
29. † accidens constituit vel mutat rei essentiam. Sed mixtura talis (qualis à quibusdam dicitur consistere, & in nonnullis Politiis conspicitur in modo Reipublicæ administrandi, *Dn. Vult. in dedic. com. ad tit. C. de jurisdict. Obrecht. de Regal. tit.* 12. *à num.* 543. *Kirchner. de Repub. disp.* 3. *th.* 7. *ad lit. e. Keckerm. lib.* 2. *system. Polit. c.* 4. & alii plurimi. Ab aliis asseritur & definitur ex communicatione jurium majestatis. *Dn. Besold. class.* 1. *disput. Polit.* 8. *th.* 3. & *seq. Dn. Arnisæ. lib.* 1 *doctrin. Polit. c.* 8. *fol.* 164. *lib.* 2. *de Repub. cap.* 6. *sect.* 1. & *lib.* 2. *de jur. majest. c.* 1. & 2.) est accidens. Ergò statum Reipublicæ neque constituet, neque mutabit.

Nam utramque manum porrigimus, & ipsi fatemur, quòd
30. mixtura non constituat *aliam* † seu *novam* essentiam, *specie diversam*, sed potiùs quod in mixtione illa à principaliori parte, quæ prævalet & præponderat, debeat fieri denominatio: ita ut si majora & potiora sint jura apud unum, Monarchia, eaque temperata, si apud plures & optimates, Aristocrátia, si apud populum, Democratia sit & dicatur.

31. Quod denique objicit *Bodin. lib.* 2. *de Repub. c.* 1. jura † majestatis esse individua & incommunicabilia: id mixtioni Rerumpublicarum nihil officit, ut demonstrat *Arnisæ. dd. ll.* latè dispu-

tans,

ſtans, utrum & quomodo jura majeſtatis ſint indiviſibilia. Summa huc tendit: majeſtatem conſiſtere in indiviſibili, ſcilic. † ſummam, perfectam & totam: & eam pluribus communicari impoſſibile eſſe, ſed in quavis, quantumvis mixtâ Republicâ unam manere: nihil verò prohibere, partes ejus disiungi, pluribus attribui, ita quidem, ut in ſingulis ſit particula majeſtatis: in toto verò corpore ſumma & plena majeſtas. 32.

Paulò aliter alii reſpondent: jura majeſtatis eſſe individua, ſcilicet † majora, potentiora, &c. quæ nec cedi, nec diſtrahi, nec ullâ ratione abalienari à ſummo principe poſſunt. 33.

Quod ſi quis tamen communicationem jurium Majeſtatis non admittat, qualiter multi eam non concedunt, dicam, mixturam ſeu temperamentum Rerumpublicarum non ſemper † ex communicata poteſtate majeſtatica eſſe metiendum, ſed ſæpiſſimè ex rationibus † comitiorum & conventuum, circa publica Reipub. negotia. Ita *Johan. Caſus lib. 3. ſphær. civit. c. 5.* ob conſilii Ariſtocratici vim ac poteſtatem Regnum Angliæ mixtum exiſtimat. 34. 35.

****

CAPUT X.
DE MONARCHIA.



Onarchicus † ſtatus eſt, quando ſumma totius Reipublicæ eſt penes unum, qui ſecundùm leges imperat, id eſt, qui legitimè regnum adminiſtrat. vel: ſi imperium eſt apud unum, dum fuerit legitimum, à virtute directum, ad populorumque ſalutem ordinatum. *Piccolomin. grad. 10. Philoſoph. moral. cap. 7.* 1.

Rationes pro Monarchia.

2. Hunc statum omnium † tum antiquissimum, tum præstantissimum atque optimum esse, sequentibus confirmabimus.

3. Antiquissimum † esse, Historici & Philosophi antiquissimi testantur. In terris nomen imperii id primum fuit. *Salust. in Catilin.* principio rerum, gentium nationumque imperium penes Reges erat *Justin. lib. 1. à pr. & Plat. lib. 3. de legib.* omnes antiquæ gentes primùm Regibus paruerunt. Regium statum post tempora diluvii floruisse, docet item Moyses *Gen. 11. v. 8. & 9. Melancht. lib. 1. Chron. Carion.*

4. Talis Reipublicę † forma est hodiè in Gallia, Hispania, Anglia, &c. atque olim † fuit Assyriorum & Chaldæorum, Persarum,
5. Græcorum, Ægyptiorum, Lydorum, Scytharum, Parthorum, Go-
6. thorum & Wandalorum. Qua de causa Turcæ † in eo quoque non leve præsidium suis rebus ponunt, quòd Optimatum & populi statu rejecto, semper imperii formâ primâ, Monarchicâ scilicet, usi fuerint. Hinc illæ voces ipsis perquàm familiares: DEUS *unus in cœlis, unus in terris Princeps*, ut refert *Joh. Leunclavius in proœm. Histor. Musulmanæ.*

7. Præstantiæ † status Monarchici sunt argumenta hæc: quia is status est simplicissimus, utpote qui in unitate consistit. *Keckerman. lib. 1. systcm. Polit. cap. 1* & maximè ordinatus. *idem ibid.* tum etiam quia est firmissimus, & maximè diuturnus. *Hippolit. à Col. lib. in pr. c. 1.*

8. Exempla † etiam ejus convenientiæ sunt plurima.

1. *In Archetypo omnium rerum, Deo*, qui mundi globum solus regit & gubernat. Ita in Regia seu Monarchica Republica penes unum summa potestas est; & ab uno salus Reipublicæ dependet. Est enim summus Princeps Dei omnipotentis in hisce terris viva imago, & ejus potentiam aliquo modo ob oculos ponit. *Bodin. 1. de Republ. cap. 10. à pr. Tholozan. lib. 5. c. 3.*

2. *In mundo Angelico*, ubi & Hierarchiæ certæ assignantur, quibus omnibus unus præest.

3. *In mundo siderali* unum est astrum, quod splendore & dominio cæteris antecellit, *Sol.*

4. In

4. *In mundo animali*, seu ipsa natura, egregium & admirabile ejus exemplum videre est in gruibus, apibus, de quibus *Plinius lib. 11. Hist. Nat. cap. 7. & lib. c. 23.* esse, inquit, sine rege non possunt, invitè autem interimunt eos, cùm plures facti fuerunt, potiusque nascentium domos diruunt. Non solùm autem in avibus, sed & feris sylvestribus idem patet, quia gregem cervorum custodit & ducit unus. *Engelbertus Abbas Admontensis in lib. de ort. & fin. Rom Imperij.*

5. *In microcosmo* una est anima, quæ dominatur omnibus facultatibus ac organis.

6. *In Oeconomia* ejus exemplum & idea se nobis offert, quæ parva quædam, seu obliqua, ut loquitur *Dantes Aligherius l. 1. de Monarchia.* Respublica est: in qua unus paterfamiliàs in uxorem, liberos & famulos imperium tenet, & mandat, ut omnia rectè atque ordine gerantur. Hinc proverbialiter dicitur illa maledictio: *Parem habeas in domo. idem ibid.*

Prætereà, principatu † nihil esse tutius in Republica, inde apparet, quòd populus majestatem admiratur, eamque veneratur: nullo stimulo invidiæ excitatur: suamque salutem nullam esse putat, modò Regis defendatur. Et contrà Rex tantùm populum respicit, ipsiusque salute vehementer gaudet. 9.

Faciliùs quoque reperitur unus † vir bonus, & justa servans, quàm plures: faciliùs etiam unius instituto accommodare animos subditi possunt, quàm multorum & variorum opinionibus placere. *Besold. class. 1. disp. Pol. 9. th. 21.* 10.

Quin Princeps sibi † magis consentire conspicitur, quàm Optimates, qui moribus & voluntate discrepant: unde dissensiones & simultates nascuntur. Et quamvis demum multorum † sententiæ & vota conspirent, res tamen sæpè non patitur moram, donec ea colligantur. Quod si Athenienses † & Tegeatæ apud Plateas diutiùs de loci prærogativa disputassent, perdidissent victoriam. *Herod. lib. 6.* Testatur idipsum pugna † Isthmica *apud eund. Herod. lib. 8.* quam Themistoclis & Euribiadis contentiones penè Persis tradiderant. Propterea *Thucydides lib. 2.* scribit, quamdiu Pericles ex sua unius sententia res Athen. gereret, tamdiu eas 11. 12. 13. 14.

benè

benè processisse, posteà dissensione Prætorum pessum iisse. Unde rectè *idem auctor. lib.* 5. Semper reperies, inquit, plurimum nocere & multitudinem † imperantium, & regimen nullum, aut incertum. Duo Consules dissimiles discordesque erant: quo nihil perniciosius in exercitu accidere potest, ait *Polyb. lib.* 5.

16. Hinc *Polydor. Virgil. lib* 16 *Histor. Anglic.* Bellicis † rebus, ait, Monarchia optima, cùm bello nihil sit utilius, quàm unum habere Imperatorem, cujus nutu cuncta gerantur. Ita nihil † periculosius, quàm cùm multorum arbitrio res ipsæ administrentur. Nec de nihilo invaluit adagio:

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.

Multi Duces Cariam perdiderunt.

Quibus consentit illud Homericum:

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς.

Multos imperitare malum est,
Rex unicus esto.

18. Loquuntur id incunabula † Romæ, quæ, ut condita est, duos fratres simul Reges habere non potuit. Qua de re *Lucan, lib.* 1. *bell. civil.* ita canit:

Nulla fides regni sociis; omnisque potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt sangvine muri.

Illustrat hoc ipsum historia ex Sereni Commentariis *apud Stob. serm.* 45.

19. Cùm Lydis Crœsus † imperaret, fratrem in consortium imperii assumpsit. Tum quidam ex Lydiis accedens, dixit: Omnium in terra bonorum, ô Rex, auctor est Sol, neque quidquam extaret

extaret in terra Sole non illustrante. At si gemini Soles forent, periculum immineret, ne omnia conflagrantia pessum irent: ita & Regem unum quidem accipiunt Lydii, & conservatorem esse credunt, duos verò simul tolerare non possunt. Et hoc est, quod Alexander Magnus Dario scripsit, & *Seneca in Thyeste* posteà imitatus est: Regnum non duos capit, nec Mundus duos Soles. *Arrian. in vit. Alex.* Hinc maximè litat veritati, quod scribit *Bodin. lib. 2. de Repub. c. 2. nu.* 187, Est ac fuit semper difficilimum summa Imperia duorum tueri: quia triũ pluriumve potestas stabilis esse potest ac firma: duorum non item: cùm per naturã unum uni tantùm contrariũ sit. (quæ contrarietas mollitur, si media aliqua interveniant, ut in disparatis apud Logicos manifestum est) Et *num.* 188. Quoniam modo Mundus hic duos Imperatores voluntate ac totâ sui naturâ dissidentes ferat? tres aliquanto faciliùs imperarent, propter eam, quam diximus, rationem. Cùm enim Cn Pompejus & C. Cæsar, Marcum Crassum ad amicitiam societatemque Imperii sibi adjunxissent, tantâ concordiâ seipsos ac Romanorum Imperium tuebantur, ut vulgus illos *Tricipitium* appellaret. Postea verò quàm Crassus cæsus est in Chaldæa, eodem momento Pompejus à Cæsare dissidere, ac Respublica sævissimis bellorum civilium tempestatibus ac procellis tamdiu jactari visa est, quoad unus omnia moderaretur.

Denique: magnum Reipublicæ munimentum est, consilia † habere secreta. Sed in statu Polyarchico, Aristocratico scilicet & Democratico, vix possunt consilia tegi, quia multis communicantur. *Arnisr. lib.* 1. *doctrin. Polit. cap.* 1. 20. Rationes contra Monarchiam, earumque confutationes.

Hactenus sententiæ nostræ fuit confirmatio contra quam hæc in medium afferuntur. 1. Quòd plures viri probi ad imperium conspirantes, exquisitiùs † cuncta cognoscunt, rectiusque deliberant. 21.

Sed quid audio? Anne Reges absque † consultatione, aliorumque prudentum consilio agunt? minimè gentium: quin potiùs accuratissimè perpendentes ac in commune deliberantes Consiliarios adhibent, ipsos in rebus magnis atque arduis confir- 22.

 mantes

mantes & adjuvantes: quos de essentia boni Principis esse judi-
22. cant Sapientes. Deinde, dissentientium † inter se opinionum
varietas multò commodiùs ab uno, quàm à pluribus conciliatur,
23. multò enim faciliùs decernitur. Denique multo meliùs † & ef-
ficaciùs imperatur. Econtrà Optimates suis consiliis stant ca-
duntque.

Secundus aries, qui in nos impellitur, est, quod Monarchia
24. in † tyrannidem sæpè degenerat.
25. Respond. 1. Logicè. Ab eo † quod inest per se, ad illud quod
inest per accidens, non valet consequentia.

2. Politicè cum *Justo Lipsio lib. 6. Polit. cap. 5.* Remedi-
26. um † in tyrannidem esse duplex: Auferre & ferre. E quibus poste-
rius subditis assumendum esse judicamus. Ut enim sterilitatem,
aut nimios imbres & cætera naturæ mala: sic luxum & avaritiam
dominantium tolerare debemus. *Tacit. lib. 4. annal.* Et nihil tam
27. exasperat † fervorem vulneris, quàm ferendi impatientia. *Egesip.*
28. *lib. 11. c. 9.* Rectè Nicoclem dixisse fertur: Non solùm † conside-
derandum esse ingenium tyrannorum, cur non benigni & diffici-
les sint, sed civium quoque mores vel præcipuè inspiciendos. Mul-
ti enim propter subditorum malitiam asperiores se exhibere,
quàm pro ingenio suo coacti sunt. *Besold. th. 25.* Unde Alexander
Magnus *apud Curt. lib. 7.* dicit: Regum, Ducumque clementia
non in ipsorum modò, sed & illorum, qui parent, ingeniis sita est.
29. Sic cùm Theopompo † Lacedæmoniorum Regi dictum esset, eo
tempore benè Lacedæmoniis esse, quòd benè regere Reges didi-
cissent: prudentissimè respondit. Id potiùs accidere, quod po-
puli parêre didicissent. Eo enim verbo ostendit, bonam popula-
rium urbium administrationem non tam Principum regimine,
quàm in populorum obedientia consistere. Nam si populi in
diversum à Principibus traherentur, difficilimum arbitrabatur
esse, ùt Principes benè regere possent. *Baptista Fulgos. lib. 6. dict. &
fact. memorabil. c. 2.*
30. 3. Respondemus per instantiam. Idem enim de † Aristo-
cratia & Democratia affirmare possumus cum *Tholozano lib. 5. de
Repub. cap. 3. & Arnisæo lib. 2. de Repub. cap. 7. sect. 2. num. 49.*

&

& 41. Quid enim? tyrannis † populi intolerabilior est tyrannide 31.
unius Ibi enim multi sunt, qui opprimunt & sæviunt, adeoque
gravior est dominatus tyrannicus plurium, quàm unius, cui faciliùs resistitur, quàm plurium tyrannidi. Unum, inquit *Arnisæus d. num.* 41. gravitate & auctoritate pollentes Optimates faciliùs certis legibus circumscribunt, præcipuè, si electione asciratur, cùm aliàs quoque nulla sit tàm simplex Monarchia, quæ non legibus fundamentalibus innitatur.

4. Addimus ergo & hoc remedium: implorationem † & 32.
interpositionem Ordinum seu Procerum, quibus in Reges maxima est auctoritas.

Nec quicquam efficies, si objicias illud Opticorum: vis unita † fortior est dispersâ. Jam verò vis tyrannidis in Monarcha 33.
est unita, in populo dispersa. Ergo illa sævior, hæc remissior.

Respondeo enim: Populus consideratur aut † distributivè aut collectivè. 34.
Distributivè si consideretur, id est, singuli seorsim, concedi potest, Monarcham esse sæviorem uno quolibet ex populo. At si consideretur collectivè, id est, omnes simul juncti, tunc populi tyrannis est vehementior & fortior tyrannide unius, sive Monarchæ. Hic enim sunt quasi multæ tyrannides, & monstrum tyrannidis ex variis capitibus constans. Et ob id quoque M. Tullius ex Aristotelis sententia *tyrannidem maximam* appellat. Sicut itaque duæ † pluresve faces junctæ clariùs refulgent 35.
unâ: eodem modo junctæ quasi tyrannides eminentiores & nocentiores sunt simplici aliquâ ac unâ.

Ultimò objicitur, quod ex obitu † Regis perspicua populis 36.
affertur occasio tumultus, eminent pericula & permutationes imperii, nonnunquam etiam desunt heredes: qui si adsunt, frequenter sunt pueri, inexperti, secretorumque non conscii, quibus discriminibus Polyarchia non est obnoxia.

Respondeo hîc vulgatum illud: Omnis † commoditas sua 37.
fert incommoda secum. Nec enim facilè commodum aliquod datur absque suo incommodo, & contrà: nihilque in idea quasi

perfectum & consummatum reperiri potest, cui non possit addi aliquid perfectius & rectius. Quò pertinet praeceptum illud *Lu-*
38. *dovici Monachi Granatens. in florib. fol.*278. Non est hominis † prudentis requirere, ut omnes res humanae pendeant in aequilibrio, nec quicquam desit. Idem ergo tenendum in statu Monarchico.
39. Interim tamen asserimus, Optimatum † & populare imperium longè pluribus incommodis laborare: in unius verò dominatu commoda incommodis & difficultatibus praeponderare.

Deinde placet nobis, quod scribit *Franciscus Piccolomineus*
40. *grad.* 10. *Philosoph. moral. c.* 11. Aliud est † ἁπλῶς, aliud τινὶ ἀγαθὸν. Multa inveniuntur absolutè praestantiora, quae tamen omnibus haud convenire videntur: Ita venena interdum remedia, & Alexipharmaca nonnunquam venena sunt. Insuper imperium esse
41. humano generi accommodatius, dupliciter † contingere potest: vel ratione, eorum, quae pertinent ad naturam & essentiam universi humani generis: vel ratione propriarum conditionum, distinctorumque hominum, distinctarumque nationum.

His assumptis, quatuor profert assertiones.

42. Prima est: Imperium regium est per † se, & absolutè dignius & nobilius.

43. Altera est: Humano generi, ex parte conditionum † communium cunctis, imperium populare cum legibus est maximè accommodatum.

Tertia est: Consideratis hominibus cum conditionibus
44. propriis † imperio conducentibus, hoc est, virtutibus, imperium Optimatum maximè eis congruit, appriméque est salutare, & praesertim dum dignitate aliquâ regiâ junctum & honestum est.

45. Quarta est: Variis conditionibus hominum, † & nationibus varia imperia sunt accommodata. Quas assertiones latiùs ibi explicat.

Sic & *Lamberd. Danaeus lib.* 1. *Polit. Christian. cap.* 6. *fol.* 52.
46. censet, eam esse cuique † populo, vel genti optimam, ac praecipuè deli-

deligendam Reipublicæ formam, quæ maximè illius gentis, aut populi moribus, ingenio, loco, commerciis, cæterisque circumstantiis convenit, aut consentire potest. Quod ipsum docuit *Aristot. lib.* 3. *Polit. cap.* 12. aliam Rempublicam aliis hominum ingeniis & usibus esse accommodatiorem. Quid enim, si Athenienses Domini vel Regis alicujus imperium minimè ferre possint? *Tholozan. lib.* 5. *de Repub. cap.* 3. *in pr.* Quid si Cappadoces (quod olim Romanis, dum eos Regum jugo liberare, & suæ potestati subjicere vellent, responderunt) hoc sibi persuasissimum haberent, ullam sub Sole sine Rege aliquo gentem vivere posse? *Justin. lib.* 38.

CAPUT XI.
DE ARISTOCRATIA.



ARistocratia † Reipublicæ forma est, quando imperium est penes Optimates, qui prudentiâ, justitiâ, & cæteris virtutibus antecellunt: & propterea dicuntur Optimates, quasi optimi ex omnium reliquorum numero. Vel, ut *Althus. c.* 32. *& Keckerman. lib.* 2. *c.* 2. *cum Tholozan. l.* 5. *cap.* 1. *Bodin. lib.* 2. *c.* 6. *Aristot. lib.* 5. *Polit. c.* 11. *Jun. l.* 1. *q.* 4. Aristocratia est talis Reipublicæ forma, in qua conjunctim, & individuè paucis Optimatibus, Nobilibus, Patritiis, sive divitibus, vel aliis quibusvis (ubi tamen Plato non genere, non opibus aut aliis externis bonis, sed virturis pretio æstimandos esse censet. Et *Keckerman. lib.* 2. *system. Polit. cap.* 3. *fol.* 554. In Belgio, inquit, ex omni ordine eliguntur status: sed ita tamen, ut habeatur ratio magis idoneorum, reliquis non abnuentibus) in reliquos singulos & universos summum datur imperium, 1.

rium,& exercitium majestatis, vel jurisdictionis. Quod cùm in
2. statu Polyarchico non sit penes † quemlibet in solidum, nec à
3. quolibet in solidum exerceri commodè possit: Consultum † & utile censent plerique, ut communi & concordi suffragio usus jurisdictionis communis, qui commodè dividi nequit, per ministrum communiter & individuè exerceatur. *Covarr. pract. quaest. ult. Keckerm. in curs. Philos. disp.* 16. *q.* 13.

4. Consilium † tamen in Polyarchia plurium imperantium notandum, sequendum & exequendum est necessariò, alioquin status Polyarchiae corrumperetur. *Althus. in Polit. cap.* 32. *Keckerman. d. disp.* 36. *q.* 2. Ideoque in hac Polyarchia non est liberum arbitrium administratorum, in consiliis retractandis, vel mutandis, sed necessitas parendi. *Tholozanus de Republic. lib.* 24. *cap. ult.*

5. Optimates verò dimidio † pauciores debent esse universis. *Bodin. dict. l.* Quò etiam pauciores Optimates, eò diuturniores
6. semper Aristocratiae. *num.* 704. Rationem seu causam † diuturnitatis in Aristocratica paucitate concordiam ponit *Aristot. lib.* 5. *Polit. cap.* 6. quae non tam facilis inter multos, quàm inter paucos conservatu.

7. Inde Lacedaemoniorum † Respublica stabilior, qui non plures, quàm triginta: & Pharsalorum, qui non plures, quàm viginti habuerunt. Ex paucissimis est Duumviratus & Triumviratus. *Jac. Bornit. partit. Pol.* 1. *fol.* 51.

8. Aristocratiam hodiè obtinent † Veneti. *Petr. Bembus & Contaren. de Repub. Venet.*

Floruisse olim (& quidem Aristocratiam majorem, quae est, cùm tota aliqua Provincia regitur ab Optimatibus. *Ke-*
9. *ckermann. lib.* 2. *system. Polit cap.* 2 *fol.* 245.) in Politia † Israëlis sub 70. Senioribus, & tribuum & familiarum singularum Principibus, ante Regum electionem, *Levit. c.* 9. *Josu. cap.* 22. *v.* 14. *Jud. c.* 1. & 2. *Esdr.* 9. *Nehem.* 5. videtur *Althusio in Polit. c.* 32. & asseritur à *Josepho lib.* 4. *Antiq. Judaic. Sigon. lib.* 6. *de Republ. Hebr. cap.* 7. *Calvin. lib.* 4. *Instit. c.* 20. § 8. *Petr. Martyre in c.* 19. *Judic.* &

& aliis, adductis *ab Arnisæo lib.* 2. *de Repub. cap.* 4. *sect.* 5. *num.* 1. quamvis *Bellarminus lib.* 1. *de summo Pontif. c.* 2. Monarchiam fuisse contendat: quò etiam inclinat *Bodinus lib.* 6. *c.* 4. *sub fin.* alii verò, ut *Zepper. lib.* 1. *Polit. Judaic. c.* 5. *& Joachim. Stephan. lib.* 1. *de jurisdict. c.* 7. *num.* 12. 17. 18. Monarchiæ & Aristocratiæ mixturam statuunt.

Verùm à Moyse puram † introductam fuisse Aristocratiam, multis demonstrare nititur *Dn. Arnisæ. d. l. num.* 6. *& multis seqq.* & luce meridianâ clarius patere inquit ex sacris, *Num. c.* 11. 10.

Ad exempla † à Bellarmino objecta Calvino, Abrahæ scilicet, Judæ & Moysis, quos regiam potestatem usurpasse demonstrat, quia Abrahamus bellum gessit, *Gen.* 14. Judas nurum suam stupri accusatam, & convictam ad ignem condemnavit, *Gen.* 38. Moyses multa millia hominum, qui vitulum aureum pro Deo coluerant, morti dedit, sine Senatusconsulto, sine plebiscito, sine ullius alterius imperio, suâ unius auctoritate. *Exod.* 32. Respondet primò generaliter *num.* 2. *&* 3. distinguendo Patriarcharum ætatem à Republica, quam Moyses demum ex præscripto divino fundavit. Et de hac loqui Calvinum ait, non de ea ætate, quæ longo intervallo antecessit, & in qua nullum alicujus Reipublicæ vestigium appareat. 11.

Deinde *num.* 4. specialiter ad factum Abrahami dicit, quòd is non tanquam Rex bellum gesserit, cùm non subditos ad arma conclamaverit, non militem aliunde conscripserit, sed tanquam paterfamiliâs servis suis tantùm sit usus, fugientibus hostibus fratrem Lothum cum rebus ereptis extorserit, & quidem rectè: cùm in bello defensivo non requiratur auctoritas Magistratus.

Minùs ad propositum facere scribit *num.* 5. exemplum Judæ, qui nurum Thamar, potestati adhuc suæ subjectam, morte dignam pronunciavit, quòd stupro familiam cõmaculasset. Quis enim, ait, unquam audivit, Regem continuò fieri, qui aliquem morte dignum pronunciat? Quod si etiam ad mortem dedisset Judas, nihil fecisset ultra disciplinam domesticam ejus temporis, quâ licebat patribusfamiliâs summo jure in liberos

&

& servos uti, adeò ut etiam vendere eos in servitutem fas esset, prout patet *ex 2. Reg. c. 4. Matth. 18.*

Moysen quod concernit, qui tria millia eorum, qui circa vitulum Aaronis tripudiarunt, operâ Levitarum interemit, ex pio zelo fecisse respondet, non secus ac Pinehas nepos Aaronis, in opere cum muliere Moabitica deprehensum Israëlitam, gladio transfodit, *Num.* 15. & Christus ipse quantumvis Politicæ potestatis aliàs abstinens, vendentes & ementes flagellis templo ejecit. *Luc.* 19.

Omninò consentit *Dn. Besoldus class. 1. disp. Polit. 12. th. 20. contra Warmundum ab Erenberg. de regnor. subsid. cap. 1. num. 2.* & alios Politicos scribens, Abrahamum, Jacobum, & cæteros Patriarchas regiam potestatem non habuisse, sed privatum larem duntaxat, intra domesticos parietes gubernasse. Nec verè, inquit, tametsi numerosam familiam aluisse prædicetur pater credentium: ideò Rempublicam pro familia gessisse dicendus est: cùm quantitas rei formam nequaquam tollat.

12. Hanc † autem formam Monarchiæ postponimus, utpote quæ tot & tantis turbationibus & ambitionibus non est ita obnoxia, ut Aristocratica forma, quâ Romæ florente, magni tumultus, seditiones & rixæ fuère obortæ. Quas etenim faces non accendit L. Catilina? quas non flammas malevolentiæ eructavit in Senatu. Quas non minas intentavit Coriolanus? quantos is non excitavit tumultus, dum consulatum petens, repulsam passus esset? quas non minas spiravit Appius Claudius contra Decemviratum? ut *ex Ciceronis orationibus Catilinar. Saluſt. in conjurat. Catilin. Plutarcho in Coriolan. Livio lib. 2. Halicarnaſſæo lib. 7. 8. 10. & 11.* aliisque rerum Romanarum Scriptoribus luce meridianâ clarius apparet.

13. Nec ad rem facit, quòd Aristocratia dicitur † ab ἄριστος, id est, Optimus, & κράτος, regimen, ac proinde ipsi etiam Monarchiæ videatur præferenda. Aristocratica enim non dicitur ex eo, quòd sit optima Reipublicæ forma, sed ab Optimatibus, quòd optimi ex populo selecti ad clavum imperii sedeant.

Demo-

Democratiæ † verò seu populari statui præponimus hanc 14. formam. Ratio est evidens. Nam ex optimis viris optima consilia: at populus incertus, vagus, inconstans, variabilis, in periculis timidus, in seditionibus audax & temerarius, difficilè componitur ut bestia multorum capitum. *Tholozan. l. 5. de Repub. c. 3. Piccolom. grad.* 10. *c.* 9.

Tametsi autem Optimatum status populari sit melior, duplici † tamen incommodo afficiuntur Optimates, nisi concor- 15. diam & amicitiam colant. Unum ab hostibus, alterum à plebeiis impendet. Nam si Optimatibus inter se graves controversiæ fuerint, plebs in eos armari consuevit. Hostes verò libertati & vitæ insidiantur: quæ res omnes Græciæ civitates, afflixit & evertit. *Justin. lib.* 3.

Nec enim ulla † durare potestas valet, ubi dissensio regnat. 16. *Æn. Sylv. lib.* 2. *epist.* 125.

Econtrà concors † paucorum gubernatio non facilè ex se 17. perit. *Aristot. lib.* 5. *Polit. c.* 6. Et *Kirchner. in Repub. disp.* 20. *th.* 3. Aristocratiam, inquit, adversus populum tuebitur maximùm justa potentia Optimatum: (& si uni non est plus potentiæ, quàm aliis concedendum, nec permittendum, ut ex Optimatibus unus aut plures plebem assumant. *Tholozan, lib.* 22. *cap.* 1) adversus unius imperium concordia & æqualitas: exemplo † Venetorum, 18. quorum Aristocratia, ut omnibus florentior, ita diuturnior fuit. Nam ut testatur *Bodin. lib.* 6. *de Repub. c.* 4. *num.* 707. in Senatu est summa prudentia, summa inter Optimates concordia, summus tenuium cum Potentioribus conspirantium inter se consensus.

Hujusque optimè constitutæ Aristocratiæ vestigium quàm proximè exprimere † Noribergenses, refert *Kirchnerus* 19. *dict. loc.*

Quin *Aristot. lib.* 5. *Polit. c.* 6. & 8. scribit, non solùm Aristocratias sed etiam Oligarchias † nonnullas integras & incolu- 20. mes permanere, si Magistratus præclarè se & moderatè gerant. 1. Erga consortes sociosque imperii, illisque comes, benigni & populares existant. 2. Erga privatos, dum eos nullâ afficiunt

 inju-

injuriâ, nec opprimunt, nec commodum quæstumque præripiunt.

21. Quod si ergo pauci † quidam, ita cæteris uti servis imperant, cùm pauci illi se (etiam singulatim consideratos) cives esse fateri nolunt: ex hoc fit, ut vel unius alicujus potestati lubentiùs, quàm ejusmodi factioni Magnatum se subjiciant. *Besold. class.* 2. *disp. Polit.* 9. *th.* 23. maximè si is talis sit, qui se multitudini favere finxerit. *Tholozan. lib* 21. *de Repub. c.* 1. *n.* 4. vel si plebem sibi reddiderit æquam, ac faventem, quod stratagema non rarum fuit apud Abydos, Larissanos, Romanos, & alios, quorum potentiores multùm insudabant, ut populorum animos sibi associarent, favoremque conciliarent. Sic M. Marius modios argenti plenos ad distributores ferri jussit, ut suffragia plebis, lucro inhiantis, coëmeret. *Plut. in vit. Mariy.* Eâdem arte & calliditate usus est Cn. Pompejus. *Bod. l.* 6. *c.* 4. *n.* 698. ut è tripode veritatis pronunciaverit

22. *Tholozan. d. c.* 1. Plebem † exterioris honoris ambitiosam, pecuniis & beneficiis, imò pollicitationibus saltem inescatam, opinione mobilem, plerunque in eam inclinare partem, quâ sibi lucrum obventurum sperat, adeoque leviter in ambitiosorum, & fraudulentorum hominum concredere sententiam.

23. Quando plures † imperii fuere avidi, ex numero paucorum sibi alios conjunxerunt, ut fecit Charicles, qui Athenis triginta sibi associavit. Quæ mutatio faciliori negotio introducitur, quàm si uni fasces imperii deferatur, Tunc enim omnes manifestò deprehendere, formæ Aristocraticæ faciem fuisse immutatam & transformatam in Monarchicam, nemini est dubium.

24. Arcendi † verò sunt maximè Demagogi, id est, plebis assentatores, ductores & oratores, ne privatim calumnientur, & publicè populum concitent adversus Optimates, potentiores & opu-

25. lentiores. *Arist. l.* 5. *Polit. c.* 5 Pessimum † hoc in Republica hominum genus, quod nostro tempore sunt importuni & turbulenti concionatores. *Arnold. Clapmar. l.* 3. *de arcan. Rerumpub. cap.* 22. *Greg. Tholoz. l.* 7. *de Repub. c.* 18. *n.* 14.

Quoad Optimates, & hoc ipsis est observandum, ut consi-

26. lia † sua habeant secreta, ne ad vulgus emanent. Nam ut loquitur

Valer.

Valer. Max. l. 2. Taciturnitas † optimum ac tutissimum admini- 27.
strandarum rerum est vinculum.

Denique in statu Polyarchico è re esse scribunt Politici, ut tempore motuum † bellicorum, aliisque temporibus periculosis, 28.
unus dignitate, auctoritate & experientiâ præ cæteris pollens, eligatur, penes quẽ belli summa sit, & qui quasi Monarchæ, ad quem omnes respiciant, teneat locum. Turbatâ † etenim Republicâ, in 29.
consiliis moram, (quæ ferè conjuncta esse solet Polyarchiæ) tempora ferre non possunt. Qui tamen hoc modo constitutus propterea Monarcha nominari nequit. Est enim imperium † milita- 30.
re ab imperii majestatici jure separatum. *Besold. class.* 1. *disp. Polit.* 7. *th.* 5. *&* 6.

Hinc Seniores † Gileaditarum pugnaturi contra Ammo- 31.
nitas, cogebantur eligere gravibus conditionibus Jephtham bellatorem. *Judic. c.* 11. *v.* 5 *&* 6.

Sic Græci † creabant suos Æsymmetas. 32.

Romani Dictatores, quibus summum imperium, quasi Regibus quibusdam, ad breve dabatur tempus, quoties periculosum & grave bellum immineret. *Liv. l.* 2 3. 6. 7. 22. & passim alibi. *Alexand. ab Alex. l.* 1 *genial. dier. c.* 6.

Apud antiquos † Saxones annuus erat per vices Magistra- 33.
tus. Quem verò ex Proceribus publicum de foris bellum illatum, in Magistratu deprehendisset, is durante bello Rex constituebatur, cujus imperio parerent universi; bello autem pace mutato, regium nomen pariter deponebat. *Alb. Cranz. in Metrop. Sax. c.* 1. *Munster. in Cosmogr. lib.* 3. *in descript. Sax.*

Quòd hodiè apud confœderatas † Provincias Belgicas for- 34.
tissimus & fortunatissimus heros Mauritius Nassovicus, caput & Dux belli constitutus sit, nemo est qui ignorat. Et notat *Sleidan. lib.* 18. *com. sub ann.* 1546. nihil magis obfuisse Germaniæ Principibus contra Carolum V. belligerantibus, quàm quod non ex unius alicujus arbitrio tota res fuerit administrata, sed belli cõsilia inter Joh. Frid. Septemvirum, & Philippum Hassiæ Landgraphium fuerint divisa.



CAPUT XII.
DE DEMOCRATIA.

1. Democratia † tunc esse judicatur, quando penes universum populum est imperium. Seu, quando cives universi, aut maxima pars civium; cæteris omnibus non tantum singulatim, sed etiam simul coacervatis & collectis imperandi jus habent, *Bodin. l. 2. c. 7. à pr.*

2. Absurdum minimè est, omnes imperare. Imperare † enim omnes à Politicis dicuntur non actu & exercitio, sed imperandi
3. potentiâ. Nec administratio † Reipublicæ Aristocratica est confundenda cum sua forma & potestate populari, inquit *Arnisæ. l. 2. de Repub. c. 5. sect. 1. num. 10.*

4. Nam cùm ob † multitudinem totus populus in unum convocari quorumlibet negotiorum causâ non possit, per Magi-
5. stros † Collegiorum, vel Tribunos, vel per Deputatos (quos vocant) imperat: hoc igitur respectu imperat, & alio paret, quatenus videlicet in istos Deputatos imperium suum transtulit. *Aristo-*
6. *tel. lib. 3. Polit. cap. 5. & lib. 4. cap. 4.* Ita Senatus † Romanus vice populi, ob difficultatem conveniendi, & proinde sanciendæ legis, consuluit. *§. Senatusconsultum. 5. Instit. de jur. natur. civ. & gent.*

7. Democraticæ Reipublicæ facies fuit † Romæ, ejectis Regibus. *Plutarch. in Valer. Publ. Dn. Vult. in Prologomen. Jurisp. Rom. fol. 16. Kirchner. de Repub. disput. 2. th. 3 ad lit. b.* à Tribunis plebis populi nomine omnia administrarentur.

8. Hodiè Democratia viget apud † Helvetios, maximè Montanos,

tanos, videlicet Suitenses, Uranios, Undervaldos, Tugios, Glarenenses & Abbatiscellanos. *Bodin. dict. cap. 7. numer.* 234.

Hanc † autem Reipublicæ formam *Plato in Politicis* inter 9. legitimas † deteriorem, inter iniquas optimam facit. 10.

Nos quoque infimam † ac postremam esse censemus, quam 11. nemo prudentum unquam laudavit. *Arist. 4. Polit.*

Imò Atheniensium † statum, quem omnium, qui unquam 12. extiterunt, popularium laudatissimum fuisse testatur *Plutarchus*, improbat vehementissimè *Xenophon. in libr. de Republic. Atheniens.*

Hinc Appius † Claudius *apud Dionys. Halicarnass. lib. 6.* 13. *Roman. antiq. cap* 8. dissuadens dominatum popularem, ejusque incommoda & mala varia recensens, ita alloquitur Senatum Romanum: Non convertetis Reipublicæ vestræ formam in dominatum popularem, qui est imperitissimus, ac pessimus omnium Reipublicæ formarum, quæ sunt inter homines, & maximè damnosus vobis, qui ad aliorum imperium aspiratis: certè non mutabitis, si sapueritis, alioqui omnium stultissimi eritis, si cùm unius viri tyrannici imperium minimè vobis ferendum existimaveritis, nunc vos dedatis ac subjiciatis plebi, quæ est tyrannis ex multis capitibus constans, præsertim si neque ejus gratiâ, neque oratione adducti postulata concedatis, sed necessitate coacti, & quasi nihil aliud in præsentia facere possitis, nisi præter animi sententiam ipsi cedere.

Et *Cicero* † *pro Muren.* Non comitiis semper judicat popu- 14. lus, sed movetur plerunque gratiâ, cedit precibus, facit eos, à quibus est maximè ambitus.

Qua de causa *Plato* Democratiam nundinas † vocabat ve- 15. nales. Quòd si judicat non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad judicandum, sed impetu nonnunquam & quâdam etiam temeritate. *Pro Planco.* Non est enim, inquit *ibid.* consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia: semperque sapientes ea, quæ populus fecisset, ferenda, non semper laudanda. Huc alludit *Seneca* scitè inquiens: Quæ ego scio, non probat populus:

quæ probat populus, ego nescio. Et rursus *Cicer. pro domo.* In multitudine varietas, levitas, & crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum mutatio.

16. Risit † ob id Democratiam Anarcharsis, quòd Sapientes in eo statu judicanda proponant, stulti verò judicent. *Alex. ab Alex. lib. 4. genial. dier. c. 11. Plut. de bon. disc. lib. 1. c. 4.*

Quare ex Delphico quodam oraculo promanavit illud:
17. Prudentes † stultitiæ plebis servire non debere, nec pecorum ritu sequi antecedentium gregem: pergentes non quò eundum est,
18. sed quò itur. Docenda † est plebs, non sequenda. *c. docendus. distinct 62. c. non est. dist. 63.* His consonant illa, quæ scribit *Herodo-*
19. *tus lib. 3.* populari † multitudine nihil est insipientius neque insolentius. Itaque eos, qui tyranni sævitiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere sævitiam, nequaquam tolerandum est. Nam si tyrannus si quid facit, intelligens facit: at plebi suum est, nihil intelligere. Quo enim pacto sciat, qui neque edoctus est, neq; honestum novit, ne domesticum quidem, qui ad res agendas sine consilio præceps ruit torrenti flumini similis.

20. Et cui quæso non est compertum, tantam † esse plebis, quæ imperandi summum jus habet, temeritatem & inconstantiam, ut rerum novandarum perpetuâ cupiditate feratur: Quod si alicui
21. dubium sit, loquatur id Segelmessa † civitas in Burgiæ maritimæ finibus, quæ cùm à regis imperio desciviset, statum popularem adamavit, sed posteà tot ac tantis seditionibus agitata est, ut cùm cives nec regem, nec seipsos imperâtes ferre potuissent, communi consensu domos omnes ac mœnia solo æquarint, ut in sua quique familia ruri Principes essent. *Leo Afer.*

22. Qua de causa *Pausanias* ita memorat: Nullam † novimus popularem Rempublicam magnos habuisse progressus, Atheniensibus exceptis: qui & præcipuâ quâdam prudentiâ cæteris Græcis præstiterunt, & suas religiosissimè omnium leges observarunt. Hunc ipsum tamen statum Athen. Pisistratus evertit, & tyrannide invasit. *Polyæn. lib. 1.*

Unde in promptu est ostendere, talem Reipublicę formam
23. popularem, quàm maximè ad † mutationes esse proclivem, cujus muta-

mutationis causa † communissima, aliis videtur esse licentia nimia, à populo Magistratibus concessa, quâ illi facilè abuti, & in tyrannidem convertere possunt. *Tholozan. lib. 22. de Repub. c. 2. num. 4.* 24.

Ita etiam Democratia † Romana per factiones Syllæ & Marii, Pompeii & Cæsaris in Monarchiam vicissim abiit, ut scribit *Dio in vit. August.* 25.

Nec immeritò vulgus inter † bestias connumeratur à Demosthene, qui jam exul, & cum lachrymis ad Atticam respiciens, dixit: O Pallas urbium custos, cur tribus infestissimis bestiis delectaris: noctuâ, dracone & populo. *Plut. in vit. Demosth.* 26.

Solenne etiam est vulgo, ut bonos † odio, suæ verè farinæ homines favore & amore prosequatur. Exemplum † hujus rei, inter alia, nobis probet Socrates mulctatus morte, non modò hominum consensu, verùm etiam Apollinis Oraculo sapientissimus judicatus. *Plutarch. in ejus vit.* M. Furius Camillus, virtute nulli secundus, & præclarè de Republica meritus, in exilium fuit ejectus ab ingrata patria, cùm quartùm fuisset tribunus militum. *Sleidan lib. 1. de quat. Monarchiis, fol. (mihi) 67.* 27. 28.

Adversus † Nobiles quasi naturale odium plebis est, *Aristot. 5. Polit.* cujus adulatores & ductores illos calumniis onerant, contráque potentes & divites illam excitant, quod exemplis declarat *Melchior. Jun. part. 1. quæst. Polit. 5.* Sic & *Plato de Repub. Athen.* ubique terrarum optimæ cuique parti popularis potentia contraria est. 29.

Instituto † Helvetiorum & Argentinensium, Nobiles ferè ab omnibus imperiis summoveri, recenset *Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 6. num. 51.* imitatione scil. veteris status Democratici Atheniensium. *Kirchnerus de Repub. disp. 12. th. 2. ad lit. b.* 30.

De infelici gubernatione, ingenio, furore imperitæ plebis, ac ejus odio adversus bonos ac peritos, vide plura *apud Camerar. cent. 2. hor. succisiv. c. 51.*

Ad propositum etiã nostrũ facit festivum responsũm † *Biantis*, quẽ cũ popularis homo ineptè interpellaret, ut statũ popularẽ 31.

in

in sua civitate stabiliret: *Fac*, respondebat, *primùm familiam tuam popularem. Bodin. l. 6 de Repub. c. 4. n. 701.*

Pro coronide hoc loco notandum est, quod monet *Bellar-*
32. *minus lib. 1. de Pontifice Romano c. 6.* in Democratia quatuor † esse debere.

1. Ut Magistratus ab ipso populo constituatur, atque ab eodem auctoritatem sumat.

2. Ut à sententia Magistratus, in rebus gravioribus, ad judicium populi appelletur.

3. Ut leges, quibus Respublica est gubernanda, à Magistratu quidem proponantur, sed à populo jubeantur.

4. Ut Magistratus apud populum accusari possit: nec non dignitate privari: vel etiam morte mulctari, si ita populo videatur.

Verum enim verò pro stabiliendâ Democratiâ adducitur.
33. 1. Finis ejus potissimus, † libertas.

Ubi respondeo, illud quod habet Mecœnas *in Orat. pro Monarch. ad Cæs. August. apud Dionem lib.* 52. Imperitæ multitudi-
34. nis † libertas durissima fortium virorum servitus est, atque utrisque affert exitium.

35. Deinde dico, non illam † Reipublicæ formam, ubi vivitur in libertate, sed eam, in qua integritati legum, justitiæque magis cautum est & prospectum, magis laudandam, quâ de re *Piccolom. grad. 10. c. 11. Contaren. de Repub. Venet. c. 1.*

36. 2. Deprædicatur † *æqualitas*, quòd in ea omnia civibus sint communia.

37. Respond. præstantia † Reipublicæ à præstantia gubernationis, vero scil. & genuino ejusdem fine, qui ad benè beateque vivendum est directus, non ab externa utilitate & commodis, per quæ Respublica non conservatur, est determinanda.

38. Quantò igitur finis † cujusque civitatis præstantior ac divinior erit, tantò ipsa cæteris excellere judicetur, sicut Philosophi & Jurisconsulti omnem rem in suo fine consistere, ab eoque denominandam esse docent. *Everhardus à Middelburg. in Topic. legat. loco ult. à virtute finis, num. 2.* Illustro hanc responsionem exem-

exemplo illo, quod est *apud Sleidan. lib. 1. com. sub ann.* 1519. de electione Caroli V. in qua Richardus Elector Trevirensis eligendum putabat Franciscum Galliæ Regem, argumento sumpto ab utilitate externa, à potentia scilicet & amplitudine imperii; fore ut augeretur Rom. Imper. si regnum Gallicum ei conjungeretur. Albertus verò Elector Moguntinus dissuadebat hujus electionem, argumento ducto à fine interno & conservatione imperii, non illud conservatum, sed sub servitutem redactum iri, si Gallus eo potiretur.



CAPUT XIII.

DE GYNÆCOCRATIA; AN EA FERENDA?



Ostquam egimus de tribus Rerumpublicarum formis, commodè hîc quærimus de forma regiminis † fœminei seu Gynæcocratia: An ea sit ferenda & approbanda? 1.

Sanè si res ex † jure Divino, Canonico, Civili & Naturali metienda & determinanda, fœminæ ab omnibus Magistratibus, imperiis, judiciis, cœtibus publicis & consiliis procul arcendæ videntur. 2.

Ex jure † Divino hæ rationes proferuntur. *Gen.* 3. *v.* 16. Jehova totum genus fœmineum ita alloquitur: 3.

Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi.

Obedire autem & imperare sunt contraria, quia simul stare nequeunt. Divi Pauli dictum est 1. *Corinth.* 11. *vers.* 3.

Viri caput est Christus: mulieris caput est vir. Paulò pòst v. 10. *Mulier dicitur habere potestatem in capite, hoc est, velamen, quo testatum faciat, se esse sub viri potestate.*

Et cap. 14. v. 34. 35.

Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in Ecclesia.

4. Quod si itaque privata, † seu familiæ administratio fœminis est interdicta multò magis publica, seu Respublica eis adempta censebitur. *Bodin. lib. 6. de Repub. cap. 5. num.* 738. Si enim id non inest, quod magis inesse videtur, nec illud inerit, quod minus inesse videbitur, ex præcepto Logico.

Quamvis nonnulli argumentum ductum à dominatu familiæ, ad illum, qui est Reipublicæ, non satis firmum esse judicent. Et ex horum parte facit. *l. 9. ff. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Ubi filiusfamiliàs in publicis causis loco patrisfamiliàs habetur, veluti ut Magistratus gerat, ut tutor detur, qui tamen privatum regimen nullum obtinet.

5. Quin Deus inter † pœnas peccati, & causas calumnitatum, quibus Hierusalem & Juda se afflicturum minatur *apud Esai. 3. v. 4.* commemorat etiam effœminatorum imperium.

Sic Olorus Thraciæ Rex Dacos ab hostibus victos, ad sempiternam ignominiam & contumeliam uxoribus servire compulit. *Justin. lib. 32.*

6. In jure † Canonico idem prorsus docetur: Sic enim se habet *c. mulierem. caus. 33. q. 5.* Mulierem constat subjectam dominio

*r*io viri esse, & nullam auctoritatem habere; nec docere enim potest, neque fidem dare, nec judicare, quantò minus igitur potest imperare? *Et c. seq.* Adam per Evam deceptus est, non Eva per Adamum, quem vocavit ad culpam mulier, justum est, ut eum gubernatorem assumat, ne iterum fœmineâ facilitate labatur.

Neque ulli legibus † humanis & civilibus muliebris dominatio stabiliri potest. Quod ipsum satis ostendit Ulpianus, dum illas ab omnibus civilibus atque publicis officiis remotas esse scribit, ut nec judicare, nec Magistratum gerere, nec postulare, nec procurare, nec pro alio intercedere possint. *l. 2. ff. de reg. jur. l. cùm Prætor. 12. §. 2. de judic. l. pen. de edend. l. 1. §. 1. ad Vellej.* Fœminam inter viros versari, pudor naturalis non patitur, ut pronunciat Imper. *Justinian. in l. 14. C. de contrahend. & committ. stipul.* Itemque docet *Aristotel. lib. 3. Polit. cap. 3.* A Reipublicæ negotiis fœminas arcebit pudor, quē in muliere majorem, quàm in viro bono requirit. 7.

Improbissima ob id fœmina ab Ulpiano appellatur Calfurnia, quod inverecundè in foro, contra sexus ruborem, Magistratum inquietaverit. *l. 1. §. 5. ff. de postuland.* Et Papinianus fœminarum conditionem in multis juris articulis deteriorem, quàm masculorum esse testatur. *l. in multis. 9. ff. de stat. homin.* Hinc mulieres in perpetua † patrum, maritorum aut proximorum tutela fuere, ut nullos actus legitimos sine auctore facere possent. *Demosthen. in orat. adversus Neæram. M. Cato in orat. ad populum pro lege Oppia. Cicer. pro L. Flacco, & pro Muren. Boët. in Top. Cic. Cujac. lib. 7. obs. c. 11.* Quod tamen posteà obsolevisse, apparet ex *l. virum. 14. ff. de curat. fur.* 8.

Ex jure † naturali fœminas viris esse subjectas testatur *Aristot. lib. 1. Polit. c. 8.* dicens: Mas est quiddam imperio natum, fœmina autem ad parendum. Quid enim? Natura † viris prudentiam, robur, animi magnitudinem, imperandi vim dedit, fœminis ademit. *Bod d. n. 738.* Sed & apud Barbaros, qui non tam institutis & morib. quàm naturali instinctu vitam agunt, viro mulier servit. 9. 10.

Quid? quòd *Plato*, qui aliàs † muliebrium virtutum insignis 11.

est admirator, viros tamen fœminis, tanquam custodes præfecit. *lib. 5. de Repub.*

12. Quòd si enim uxor † dominetur, & maritus vincatur, pax perversa est: si autem marito dominanti uxor subjiciatur, pax recta, dicente *Augustin. in Psal.* 143.

Inferior matrona suo sit Prisce, marito;
Non aliter fuerint fœmina, virq; pares.

Canit *Martialis Epigramm. lib.* 8. Nec non *Euripides in Andromach.*

Haud ulla una salva mansit unquam familia,
Partes priores uxor in qua gesserit.

So bald die Weiber regieren/bedeutet es nichts guts/ man schawe nur darauff/ es gehet an ein Verderben.

13. Spectat huc jocosa cujusdam allegoria de dominatu uxoris: Non placet mihi domus, in qua gallina † cantat, gallus tacet.

14. Neque omnes mariti Socratem † induere possunt, qui rogatus ab Alcibiade, cur uxorem morosam, acerbam & jurgiosam domo non exigeret? Quoniam, respondebat, cùm illam domi talem perpetior, insuesco & exerceor, ut cæterorum quoque foris petulantiam & injuriam faciliùs feram. *A. Gellius lib. 1. Noct. Attic. cap. 17.*

15. Ridicula etiam omninò, ac viris sapientibus indigna lex erat † Ægyptiis, cùm apud Isidem Reginam imperii summa esset, quâ viri in privatis mulieribus ad obedientiam obligabantur. Cogebantur enim viri stipulatâ manu uxoribus promittere, se ad ipsarum arbitrium in negotiis privatis victuros. *Herodot. in Euterp.*

sterp. Diodorus Sicul. lib. 1. Franciscus Patrit. de instit. Republic. libr. 5.

In † Lacedæmonios olim jactari consueverat: ut tandem servi fiant, quia mulieres viris suis dominari essent solitæ: & hi illas heras suas appellassent. *Aristot. 2. Polit. 7. Plutarch. in Lyc. & apophth. Lacon.* 16.

Salsè quoque Themistocles: Athenienses, † ait, imperant Græcis, Themistocles Atheniensibus, uxor Themistocli, uxori autem filius. *Plutarch. in Themistocl. & Græc. Apophtegm.* Et *Cato*: Nos imperamus hominibus cunctis, uxores nobis. *Plutarch. in Caton.* 17.

Præterea alii fœmineum sexum à gubernatione Reipub. arcent, tùm ob † corporis imbecillitatem, & imparitatem laborum, sicut *D. Petrus epist. 1. cap. 3. v. 7.* mulierem vocat infirmius vasculum. Cui accedit *Hieronymus in regula Monacharum ad Eustochium, c. 16.* ita scribens: Debilis est nimium sexus, quem geritis, & fragilis ac mobilis, si suo relinquatur arbitrio; tùm ob animi † vitia, qualia dicunt esse. 1. inconstantiam. † Quid enim Pontifex? varium & mutabile (animal forte) semper esse fœminam rescribit. *c. forus de verb. signific. c. Adam. verb. facilitate. 33. q. 5.* Quid Poëta? 18. 19. 20.

Nulla, inquit, *diu fœmina pondus habet.*

Item:

Est tantùm constans in levitate sua.

Hinc in Proverbio Germanico dicitur:

Sub longis vestibus fœminæ occultant brevem animum.

Id est, brevi intervallo mutabilem. Latini mulieris animum adagii loco usurpant pro inconstanti, & facilè mutabili. *Erasmus in Chiliad.* Hanc ob rem *Bald. in l. ult. C. de suis & legit.* de mulieribus tradit, quòd ter in hora mutentur, quam inconstantiam & lubricitatem veteres adumbrarunt, quando fortunam flu-

xam, ac vacillantem, pinxerunt habitu muliebri, ceu refert *Galen. in exhort. ad art. bon.*

21. 2. Exiguum † judicium, lubricitatem, & invalidum consilium. Quæ causa est, ut *Martianus* Minervam, prudentiæ Deam, sine matre esse scribat, quòd scilicet in fœminis prudentia non sit. *In Hymno Palladis* sic canit:

Hanc de patre ferunt sine matris fœdere natam,
Provida cõsiliis, quòd nescit curia matrum.

Et Lucian in Dial. Vulcan. Ex omnibus fœminis, inquit, una Pallas Jovis cerebro nata, matre caruit. Facit huc etiam *Euripidis in Medea* sententia:

Mulieres in rebus bonis, imperitissimæ sumus,
Malorum verò omnium artifices doctissimæ.

Item *Mimi Publicani*:

Malo in consilio fœminæ vincunt viros.

Suffragantur Imperatores Honorius & Theodosius, quorum vox est, Fœminarum consilium plerunque adversus propria commoda laborare. *in l. si pater. 4. C. de sponsal.* Latissimè quoque *Tiraquell. l. 1. connub. num. 76. & seqq. & l. 9. num. 228.* itemque *Nevizan. in Sylv. nupt.* demonstrant, debile & imbecille esse consilium mulierum, exilem intellectum, tenue judicium. Hinc ita testatur *Marullus Constantinopol. lib. secund. Epigramm. ad Neæram.*

Moris erat sceptris teneras arcere puellas,
Et mollem curis exonerare animum.

Nec

Nec vel consilio rebusve admittere agendis,
Sed tantum lanis esse putare satas.

Quare & hodie ad colum & focum alii fœminas amandanda, non ad imperium evehendas censent.

2. Propter libidinem, † quibus deditus sit ille sexus: & 22.
propter sævitiam, † licentia si adsit. Quis enim Athaliæ machi- 23.
nas & furorem ignorat? 2. *Reg.* 10 Quis Semiramidis Assyriorum Reginæ nefandas libidines? quis Cleopatræ fratricidium & stupra? quis Johannæ Neopolitanæ impudicitiam, à qua *Lupa* dicta est? quis ejus parricidia? quis Constantiæ Neapolitanæ faces & motus bellicos? quæ etiam causam novæ legi dedit, ne deinceps ad fœminas imperium Neapol. perveniret. *Bodin. lib. 6, cap. 5. num. 739.*

4. Propter superbiam, † ambitionem, & regnandi avi- 24.
ditatem. tunc enim miseriæ & calamitates publicæ oriuntur, quando Regum ac Principum imperiosæ sunt uxores. Testatur id malitia & cædes Jesabelis, Achabi uxoris. 1. *Reg.* 21, Loquitur superbia Vastidis. *Esther. c.* 1. Cleopatræ jam dictæ apud Ægyptios. *Plutarch. in Antonio. Plin. lib. 9, cap.* 35. Massalinæ, Claudii Cæsaris uxor, *Xiphilin. in Claudio.*

5. Ob dolos † & fraudes. Natura quidem fœminis forti- 25.
tudinem ac vim negavit, sed dolo illas munivit, *Senec. in Octav.* cui accinit *Claud.*

Sidera non tot habet cœlum, nec flumina pisces,
Quot scelerata gerit fœmina mente dolos.

Porrò contra Gynæcocratiam ita ratiocinatur *D. Augustinus in quæstionibus super Vet. Testament. quæst. 45. & post eum Johan. Bodin. d. c. 5. num.* 739. Fœmina † ad imperium admissa, aut 26.
connubio jungetur, aut cœlebs manebit, & per se ipsa imperabit. si nupserit, Gynæcocratia tamen erit, & eâ lege nubet, ut penes illam sint majestatis & imperii jura, non autem penes maritum. Sin autem non nubet; jam præsens est periculum

libi-

libidinum, & subditi non poterunt diu ferre ardentis atque impotentis fœminæ imperium.

Ad hanc metam collimat etiam *Kirchner. in Repub. disp. 4.*
27. *auct.* 1. Quòd si Regina nuptias † recusavit, quæ verissima Gynæcocratia dicitur, Rempublicam in summo discrimine versari necesse est: quoniam magno ac forti animo subditi muliebre imperium & contumeliosum, nec diu tolerandum sibi putabunt: sed alii quidem sexum, alii fœmineas libidines, alii muliebrem impotentiam & sermonibus & scriptis irridebunt. Nihil est autem civitati perniciosius, quàm eos, qui majestati præsunt, à subditis contemni. At fœmina contumeliarum impatiens, ultionem reposcet: quod sine civili tumultu fieri non potest. *Sic ille.*

28. Quoad primum, id disertè † exceptum in nuptiis Isabellæ Castulonum Reginæ, & Ferdinandi Regis Aragonum: & repetitum in nuptiis Philippi Principis Hispaniarum, & Mariæ Anglorum Reginæ: Sigismundi item Imperatoris Germanorum, & Mariæ Pannoniarum Reginæ, quam subditi *Regem Mariam* appellabant. In Belgio Albertus Austriacus, **als Mann vnd Vogt/ oder Vorsteher:** Isabella Eugenia, **als Erbin vnd eigenthümliche Besitzerin/** civitatibus juramentum præstiterunt, ut refert *Materan. Besold. class.* 2. *disp.* 5. *th.* 31.

29. Prædictas † conditiones iniquissimas vocat *Bodin. d. l.* propterea quòd maritus, qui jure naturæ caput est familiæ, ac domesticum imperium habet, mulieribus imperiis publicè servire cogitur. Tales *Herman. Kirchner. d. l.* longè iniquiores adversus seipsos dicit, qui eam conditionem, quæ virorum conditioni rubori est, paciscuntur, ut sese uxorio imperio sponsè subjiciant: nubantque viri fœminis, unde vilitas & contemptio. *Alexand. consil.* 156. quos *Cynus in l. curatorem.* 15. *C. de interd. matrim.* miseros gallinaceos, & *Bald. ibid.* miseros maritellos vocat. *Tiraquell. lib.* 3. *connub. num.* 19.

30. Quam ob rem multò celsioris † animi Ferdinandum Archiducem Austriæ fuisse scribit *Kirchnerus*, qui eam in nuptiis Reginæ Anglicæ conditionem subire noluit. Ubi *fol. seq* statim
31. nihilominus addit: Sed tamen cùm domesticum † imperium & publi-

publica regni potestas diversa sint, ita utriusque optimè constitui potest moderatio, ut neutrum alteri officiat, possitque viri suis partibus constare in conjugem domesticæ potestatis auctoritas, & nihilominus hereditarii Regni in fœmina majestas, quæ exterum Regem & Principem per Reginæ connubium subjectum sibi & obnoxium non habet. Nec enim jure † matrimonii uxoris domicilium, forum & legem sequitur maritus, sed contrà mariti jura sortitur nupta. *l. cum quædam. 19. ff. de jurisdict. l. exigere. 65. ff. de judic. l. mulieres. 13. C. de dignit.* 32.

Denique in versibus † Sibyllinis recitatis *à Tholozan. lib. 7. de Repub. cap. 11. num.* 5. pro indicio extremæ subversionis seculi, affertur unius viduæ regnum circa finem mundi. Ubi vide. 33.

Et sic hactenus perspicuum fecimus, fœminis portam ad magistratus, honores, officia, cœtus & actus publicos esse præclusam: quam tamen alii ipsis aperiunt, & pro imbecilli sexu afferunt tela non imbellia, ut loquitur *Lips. lib. 2. Polit. c. 3. & Casus lib. 1. c. 3. Sphær. civit.* dicens: Natura † fœminam sæpè solertem, industria literatam, & educatio piam, experientia sapientem fecit. In medium adfert Sabam, quæ insigni sapientia: Corneliam, quæ multiplici rerum cognitione: Artemisiam, quæ rarâ fortitudine: Susannam, quæ mirâ castitate ipsos viros superarint. Et quod non rarò inveniantur fœminæ, quas morum honestas mentisque solertia commendet, testatur Imp. Constantinus *in l. 2. §. 1. C. de his qui ven. ætat. impetrar.* In quem modum sunt & illa, quæ adducit *Jun. p. 1. q. 13.* Inventæ sunt fœminæ, etiam adhuc inveniuntur non paucæ præclarè instructæ, paratæque ab ingenio, prudentia, doctrina, animi magnitudine, gubernatione dignæ, gravissimis in negotiis ab hominibus laudatissimis in concilium adhibitæ. Itemque tradunt & per exempla probant *Tiraq. l. connubial. 11. n. 11. Tholoz. d. c. 11.* inveniri fœminas, quæ mares multis virtutibus non tantum adæquarunt, sed & superarunt. Ut rectè dixerit *Tacitus 6. Annal.* inveniuntur sæpè fœminæ, quæ virilibus curis fœminarum vitia exuerunt: Nec non *Socrates in Symposio Xenophontis*: Ex permultis colligere licet, muliebre ingenium ni- 34.

hil esse quamcunq; ad rem ineptius virili. Quis igitur non malict fœminam virili animo, quàm virum effœminatis moribus præesse? veluti Justinus de Scythis asserit, eos non virorum imperio magis, quàm fœminarum virtutibus claruisse.

35. Et si mulierem naturæ † vitia à successione excluderent, omnes vitiorum successores excluderentur. Quod successionis naturæ è diametro adversatur. *Keck. in curs Philos. fol.* 345.

36. Catalogum † fœminarum, quæ eruditione eminuêre & effloruêre, magno numero referunt Historici. *Valer. Max. lib.* 8. *& Baptista Fulgosius lib.* 8. *de dict. & fact. memorabil. c.* 3. ubi refert fœminas plurimas, excellenti eruditione insignes, atque scribendo Philosophis, Poëtisque pares.

Ita Sappho Lesbia, multis Græcis vatibus non inferior, & doctè & suaviter versus sublimi ingenio concinuisse non contenta, Sapphici carminis, cui ipsa nomen dedit, fuit inventrix.

Sapphon, tanquam magistram, imitata Erynna Rhodia, sive, ut alii volunt, Theia aut Lesbia, quæ poëma scripsit Doricâ linguâ, quod carminis excellentiâ cum Homero contendisse putatum.

Nec solùm tales extitêre aliç permultæ in privatarum classe residentes, sed & in sublimiori subsellio collocatæ, ut Zenobia Palmirensium Regina. Hæc Græcâ eruditione non contenta, Ægyptiacam Persicamque linguam calluit, rerumque Alexandrinarum historiam non illaudato stylo ad compendium redegit.

E recentioribus refertur Rosvida apud Saxones orta, sub imperio Lotharii, quæ Græcè atque Latinè omnium bonarum artium peritissima, permulta non sine magna commendatione scripsit, præsertim ad Monachas suas, dum eas ad divinum cultum atque virtutem hortata fuit. Sex quoque Comœdias edidit; præterea carmen insigne de Othonum Cæsarum rebus gestis: item sanctarum fœminarum, atque inprimis Mariæ Deiparæ, vitam laudesque earum, luculentâ oratione scripsit.

Rosvidæ disciplinam atque studia, Elisabetha Schonaugiæ Abbatissa apud Treviros secuta, suasorias epistolas ad conventus sui sorores, atque ad alios egregiè conscripsit, &c.

Isota

Isota Novarula virgo Veronensis literarum studiis, ac propterea perpetuæ virginitati se dicavit: Orationes permultas ad Nicolaum Quintum, Pium Secundum, Pontifices scripsit, Theologiæ ac Philosophiæ studiosa, dialogum confecit, in quo disputatum est, qui priùs, ac magis, Adamne an Eva, peccaverit.

A Fulgosio quoque cõmemoratur, & tanquam prodigiosa res deprædicatur Cassandra Fidelis, virgo Veneta, quæ suo tempore non solùm ad lyram commodissimè cecinit Latinos versus, quos ipsa magnâ eruditione composuit, verùm Patavina in Academia disputando ingentem laudem semper retulit, cùm omnibus in omni doctrinarum genere appositè responderet, & ut clariùs eruditionis suæ documentum præberet, de ordine scientiarum librum edidit.

Sed an fœminæ sint adhibendæ studiis, disserit *Dn. Matthias Bernegger dodecad. 3. in Tacit. quæst.* 12. ad quem me remitto.

Nec desunt exempla prudentissimarum † fœminarum, heroinarum, & muliebris imperii felicissimè administrati in Historiis tùm sacris tùm profanis. 35.

In sacris notissima est Debora, quæ judicavit populum. *Judic. c. 4. v. 4. & 5.*

Regina Saba venit ad tentandum Salomonem Regem sapientissimum in ænigmatibus, & ad explorandam ejus sapientiam. *1. Reg. 10. v. 1. 2. Paralip. 9. v. 1. Matt. 12. v. 42. Luc. 11. v. 31.*

Judithæ virtus & factum heroïcum omnibus seculis commemorandum. *Judith c. 13.*

In profanis sese offert Johanna Regina Siciliæ, quam Angelus in solio regio sedentem, sententiamque contra dominos de Balso ferentem se vidisse ait, *ad l. 2. ff. de reg. jur.*

Elisabetha Anglica, linguarum & artium peritissima, diutissimè & felicissimè imperavit. *Emanuel. Meteranus lib. 20. Hist. Bello Belgic.*

Olao Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ Rege sine prole masculâ defuncto, hujus uxor Margaretha, Waldamari Regis Danorum

filia, tria illa sceptra mirâ prudentiâ & justitiâ memorabili gubernavit. *Munster. lib. 4. Cosmograph.*

Sic Ungaria Anno Christi 1383. Mariam filiam Ludovici I. Regis Hungarorum & Polonorum, post obitum patris non solùm in Reginam, sed & Regem Hungariæ coronavit, & in aurea moneta sese *Regem* ipsa inscripsit. *Bonfin. decad. 2. lib. 10. rer. Ungaric. Bodin. lib. 6. c. 5. nu.* 738.

38. Judicat enim *Herman. Kirchner. de Repub. disp. 4. auct. 1. & in tract. de legat. c. 30. num.* 40. fœminas, quæ absolutam † Regnorum suorum Gynæcocratiam habent, non tam *Reginas*, quàm *Re-*

39. *ges*, nominandas: cùm Reginas † non ab officio regiæ gubernationis, quæ naturâ suâ virilis est, *Aristot. 1. Polit. c. 5. Tiraquell. de jur. primog. c. 10. num.* 13. Sed à matrimonio Regis appellentur. *l. fœminæ. 8. ff. de Senat. l. mulieres. 13. C. de dignit. &c.* Congruentiùs autem, inquit *sub lit. a.* ut cum re ipsa nomen conveniat, & ut Reges appellentur, non Reginæ, quæ virile officium & munus administrant. Altera ejusdem Ludovici filia Hedwigis, Poloniæ regnum sortita est. *Bonfin. ibid. Alexand. Guaguinus tom. 1. rer. Polonic.*

Quin eodem *Ganguino auctore*, anno à nato Christo 780. Vanda filia Craci in ordine Ducum Poloniæ quarta, unica legitimaque heres Regni, omnium acclamatione ad imperii fasces evecta fuit. Hæc summâ prudentiâ & rarâ fortitudine Rempublicam (virginalem cœlibemque vitam ducens) strenuè gubernavit, (quamvis hodiè omnis aditus sit præclusus fœminis ad Regnum Polonicum *lib. n statut. Polonic.* & res ipsa docet, quia ubi electio viget, nulla potest haberi ratio mulierum. *Arnisæ. lib. 2. de Repub. cap. 2. sect. 12. num.* 38. eodem argumento concludit de Regno Daniæ.)

Libussa, filia Croci secundi Bohemorum Ducis, pluribus annis rexit Bohemiam. *Æneas Sylvius de rebus Bohemicis cap. 5.*

His adde Helenam Russorum *apud Sigismund. Baron. in hist. Moscovit.*

Sed & Hispania, Lusitania, Sicilia, Castella, Neapolis, Scotia,

tia, fœminas ad principatum admittunt. *Sleidan. in descript. rerum Gall. præfixa Cominæo n.* 56.

40. Tutrices † & administratrices, consortesque Imperiorum plurimæ etiam fœminæ leguntur. Alexandra novennium administravit Regnum Judæorum nomine duorum filiorum, Hyrcani & Aristobuli. *Joseph. lib.* 13.

Irene non tantùm cum filio Constantino pari auctoritate præfuit, sed & illi exoculato per quinquennium successit, ut refert *Zonar. in vit. Constant. & Iren.*

Constantinus Ducas Eudociæ uxori Regni moderamen, & tutelam liberorum moriens commendavit. *idem Zonaras in Duca.*

In Gallia tutorio nomine Regnum non raro administrarunt Reginæ, quas *Regentes* Galli vocant, quamvis in fraudem legis Salicæ, ut scribit *Arnisæ. d. f.* 11. *num.* 55. quemadmodum Medicæa fuit dominata pro filio Ludovico XIII. ad exemplum Catharinæ ex eadem familia, Henrici II. uxoris, quæ Regnum administravit pro Francisco I. & Carolo IX. nec à sceptris, aut dominandi assuetudine vel ab ipso Henrico Vallesio abigi poterat, ut conqueritur Cancellarius Navarr. *in discurs. libero de success. Henrici Borbon.*

41. Nec imperio solùm, sed & bello † celebres, in tractandisque armis fœminæ adeò alacres leguntur, ut vires etiam audaciâ & fortitudine multum anteierint: quales fuêre Amazones, Scythiæ fœminæ, gubernatrices & bellatrices insignes.

Et cui ignota est Tomyris Massagetarum Regina? Hæc Cyrum Persarum Regem vicit, victum interfecit, interfectum conjecit in utrem plenum sanguinis, ut eo se saturaret, quem tantoperè sitiverat, *Herod. lib.* 1.

Cui Semiramis uxor Nini Regis Babylonici? Quæ ut res magnas gerere posset, sexum mentita, & puer credita fuit Æthiopiam Regno suo adjecit, Indiæ bellum intulit, quò præter illam & Alexandrum Magn. nemo intravit. *Justin. lib.* 1. *circa pr. fol.* 13. *Sleidan. lib.* 1. *Monarch. Babylon.*

Quid de Artemisiâ Regina Halicarnassi? Hæc Xerxi in auxilium

xilium venit, inter primævos Duces bellum acerrimè movit: quippe ut in viro muliebrem timorem, ita in muliere virilem audaciam cerneret, cùm intereà Rex velut spectator pugnæ, cum parte navium in littore remaneret. *Herodot. l. 7. Justin. lib. 2.* Et *apud Procop. lib. 1. de bell. Persic. cap. 20.* mulier (Theodora Augusta) virili animo viris muliebrem animum ademit.

Insignis quoque narratur fortitudo mulieris nomine Bundvicæ, quæ aliquot reportatis victoriis, posteà contra Paulinum Ducem Romanorum cum exercitu 230000. millium acriter dimicavit. Vin' alia? Juventute Gothicâ foris militante, hostibusque facto agmine jam jam Provinciam ingressuris, Gothorum fœminæ non passæ se haberi contemptui, sese peramant, & quòd viros fortissimos haberent, eorum exemplo edoctæ illis obviam pergunt: consertoque prælio vertunt in fugam. *Albert. Cranzius lib. 1. Sueciæ cap. 6.*

Anno 1517. Frisii Wursati pro defensione libertatis patriæ arma capientes, non viri solùm, sed etiam fœminæ, adversus Christophori Archiepiscopi Bremensis copias in aciem prodière, ducente agmen virgine, vexillum imagine mortis insignitum præferente, quam omnes viri pariter ac fœminæ ordine insecuti: satiùs pro patria mori, quàm turpiter fugere, seu in servitute vivere judicantes, eâ animi ferociâ occurrerunt, ut primo congressu satis feliciter pugnantes, multis peditibus interfectis, ordines eorum disturbarint. Sed tandem Archiepiscopus, equitatu succurrens, vim Wursatorum, satis acriter pugnantium, fortiter repressit, & magnâ inter eos strage editâ, Wursatos fudit & fugavit. In quo conflictu virgo vexillifera, à milite quodam, gladio magno, quo Germani in præliis utuntur, per medium dissecta interiit. *David Chytræ. lib. 7. Saxon. fol.* 195.

Nec minor, imò major fuit virtus puellarum Bohemicarum, quibus velut secundis Amazonibus mos erat equos ascendere, fatigare cursu, flectere in gyrum, hastâ contendere, gestare pharetram & arcum, sagittare, jaculari, venari, nihil officii virilis omittere.

Quia

Quin Duce Valascâ omne maris genus perosæ, Principatum Bohemiæ septennio potenter obtinuerunt, & omnia virorum agmina, quæ obviam fuère, per apertam vim prostravêre, ut testatur *Æneas Sylv de rebus Bohem. cap. 7. & cap. 8.* scribit: ipsas jam regionis dominas viros adscivisse, ex quorum complexu novis fœtibus Rempubl. sustentarent, sancitumque lege, ut natæ fœminæ diligenter asservarentur, masculis dextri oculi eruerentur, amputarenturque pollices, ne viri facti arcus tendere, aut armis uti valerent. Idque aliquandiu factitatum, tributariamque magna ex parte provinciam virginibus fuisse, donec Valasca capta artibus Ducis Primislai, & virgines in arcem ad convivandum intromissæ, ex insidiis ab armatis juvenibus omnes trucidarentur. Et sic magis deceptæ, quàm victæ feruntur.

Ac sunt exempla alia per quàm multa adeò ut non immeritò de multis viris & juvenibus ex Ennio illa Imperatoris, militum ignaviam increpantis, dici possint:

Vos etenim juvenes animos geritis muliebres,
Illaq; virgo viri. Et si quid est hujus modi:
Salmacida spolia sine sanguine & sudore.

Hæc tamen non eò spectant, ut cum Platone statuamus, fœminis licere cum † viris belligerare, & ordinariæ militiæ studere, qua de re plura diximus *infr. lib. 3. c. 5.* sed audire illas volumus *Ovid. 11. Metamorph.* ita canentem: 42.

I cape cum Calathis, & stamina pollice torque:
Bella relinque viris.

Catalogum tamen fœminarum † Heroicarum, quas ex universali historia producere licet, non moratur *Arnisæus dict. l. num. 86.* partim quia paucæ sunt, si comparentur ad infinitam copiam reliquarum: partim, quia naturam divino quodam afflatu superarunt. 43.

Quæ

Quæ verò rarò accidunt, non debet curare legislator. *l. 5. de legib.* nec Regula constituitur ex iis, quæ fiunt per accidens, & ex causa supernaturali.

Nos verò totam controversiam ita determinamus: Regu-
44. la † est, quòd mulier ad Magistratus & Principatus admitti non debeat, idque regulariter, ordinariè, ex lege, & per se, ob datas supra rationes, ab imperio est arcenda.

Datur verò exceptio à regula, seu quandoque perdit officium suum, ut loquitur Paulus JC. *in l. 1. ff. de reg. jur.* (propriè enim non est regula, quæ non patitur exceptionem: Imò ineptum est, regulam non fallere, si æquitas subsit. *Everhard. à Middelburg in Topic. legal. loco ab except. ad regulam, per gloss. not. in Auth. ut sine prohib. mat credit. & cred. super verbo, æstimavimus*) in
45. Regno † hereditario. Nam tunc fœmina est capax jurisdictionis, sive ea feudalis sit, sive allodialis. *Dec. consil.* 498 *num.* 21. *consil.* 32. *in fin. & in l. fœmina. num.* 3. *ff. de reg. jur. ubi Cagnol. num.* 3. plura cumulat *Kirchnerus lib.* 1. *de legat. cap.* 4. *numer.* 199.

46. Quod verum subaudio. 1. Quando specialis † conditio Regnorum ea est, ut Regni Anglici, Scotici, &c. ubi antiquo subditorum consensu fœminæ ad gubernacula admittuntur.

47. Secus ergo, ubi † consuetudo, vel statutum est in contra-
48. rium, ut in Gallia. Lex enim † Salica, quâ fœminæ in totum à successione Regni Gallici excluduntur, ejusmodi est: Ne virgo, neve mulier ad Regni hereditatem admittatur, sed agnatus defuncto Regi proximus, quamvis gradu fœminâ posterior, ei tamen præferatur. *Hotom. in. lib. 1. de antiquo jure Regni Gallici. c.* 23. De qua lege scribit etiam *Auctor gratulation. Helvetiæ ad Galliam*, & inter cætera: Ab hac, inquit, Regni successione fœminæ, & earum posteri arcentur lege Salica, a Pharamando usque annos jam propè ducentos & mille religiosissimè semper culta, & perenni perpetuaque consuetudine, non illæ tantùm, sed etiam ex filiabus descendentes masculi, à Regni successione penitùs removentur, & excluduntur in perpetuum.

Regnum

Regnum enim Franciæ est ita nobile & clarum (ut ait Guimerius Regis quondam Consiliarius) quòd in eo nunquam succedit fœmina. Et ut Chassanæus Prætor Parlamenti Burgundiæ testatur, in Regno Francorum non succedunt fœminæ, ex speciali consuetudine ipsius Regni: & non extantibus masculis, alii consanguinei in Regno secundum prioritatem gradus in linea masculina, exclusis fœminis, succedunt. Et si contingeret, quòd tota domus Franciæ moreretur, & staret unus de sanguine antiquo, etiamsi esset in centesimo gradu, talis jure sanguinis, & antiquæ consuetudinis succederet jure hereditario, & non per electionem. Sic ergo apparet, agnatos Regis, quantumvis remotos, excludere natos ex filia Regis.

2. Si ἀνδρεία † in fœminas cadit, si virtute heroicâ, si prudentiâ, intellectu & scientiâ rerum etiam viros superent, quales multas audivimus & legimus. 49.

Ita Pontifex Innocentius III. *in c. dilecti. 4. de arbit.* fœminis heroicis & præcellentibus ordinariam in subditos concedit jurisdictionem.

Et hactenus in genere de Republica, de ejus causis constituentibus, amplificantibus, conservantibus, mutantibus & corrumpentibus: nec non præservativis ac remedijs contra eas: deq; formis Rerumpublicarum.





CAPUT XIV.

DE ORTU, INCREMENTO ET DECREMENTO IMPERII ROMANI: UBI DE ALIENATIONIBUS ET EXEMPTIONIBUS REGNORUM AC PROVINCIARUM.

1. A Generalibus † transitum facimus ad specialiora, & accingimur ad descriptionem ortus, incrementi & decrementi: formarum item Reipub. Romanæ veteris: status hodierni, ejusdemque capitis seu Rectoris, & singulorum membrorum.

2. Romanum † itaque Imperium, ex annotatione Historicorum, à minimis initiis & summis angustiis paulatim ad summam potentiam & amplitudinem pervenit: & felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusque gentibus dominari meruit. *l. un. in princ. C. de Justin. Cod. confirm.* vel, ut *in Novell. 24. in præfat.* dicitur, totum ferè terrarum orbem sibi adjecit, ad cujus Imperii constitutionem *virtus* & *fortuna* contendisse videntur. *Flor. lib.* 1. ac supra omnem omnium Regnorum ac Imperiorum magnitudinem ascendit, splendore & potentiâ terrarum fines egressum est. *Dan. Heinsius in orat.* 10 *fol.* 234 & 237 ortu & occasu fines regiminis sui [illegible] *Hallervord* [illegible] *lib* 1.
3. *antiq. Hist.* [illegible] citius victrix aquila non [illegible], quin [illegible] terræ percelleret, quantum ad Orientem est, & quantum Occidens respicit, & quantum ex utrisque lateribus est. *Novell. 9. in præfat. Novell. 26. c. 2. Dn. Zach. Victor. de causs. exempt. Imperii, conclus.* 1.

4 Hinc Roma † caput orbis. *l. 3. C. de consulib.* Urbs æterna. *l. un. C. de privileg. corporat. urb. Romæ.* Domus æterna b[illegible] & orbis

orbis Epitome, *l.* 3. *&* 5. *C. Theodos. de condit. donat.* ... *orat.* 10. *fol.* 13. *Dn Reinkingk. lib.* 1. *de regim. secul. & Eccl.* ... *c.* 6. *num.* 28. Sacra, sacratissima, Augusta Magna insignita ... *Catilin. Muret.* 17. *var. lect. c.* 12. *Hieronymo Magio lib.* 4. ... *c.* ... *Victor. d. l.* omnium dignitatum apex, & omnis magnitudinis decus: Legum patria, & fons sacerdotii. *d. Novell.* 9. *in princ. Marta de jurisdict. part.* 1. *c.* 10. *num.* 11. mundi miraculum, arx nationum ac Regum, lumen gentium. *Lips. de magnitud. Rom. lib.* 1. *c.* 2. omnium aliarum civitatum totius orbis Magistra, *Farinac. tract. de indic. & tort. q.* 40. *Reink. d. c.* 6. *num.* 30 Orbis terrarum Domina. *Bodin. lib.* 1. *de Repub. c.* 9. Regina hujus pulcherrima mundi. *Rutilius.*

Ortum † quod concernit, Romulus & Remus Coloniâ ex urbe Alba & aliis vicinis locis deductâ, urbem Romam condiderunt. Geminos illos natos narrant ex Rhea Sylvia, filia Amulei Regis vi compressa quæ gemello partu enixo, vinculis fuit addicta, gemellis in profluentem amnem projectis: qui tamen divinâ providentiâ servati, à Faustulo gregis præfecto reperti & educati fuêre, donec re compertâ, Regem Amulium interfecerunt, & Numitori Albam ... permissa, ad condendam urbem animum appulerunt. & quidem in iis locis, ubi expositi, ubi educati erant. Cumque disputarent de principatu obtinendo, nescii uter illorum prior esset editus, auguriorum ... res fuit commissa, ut qui plures vultures pro augurio haberet, is jus ... & primatus haberet. Contigêre autem plures Romulo, & proinde de suo nomine oppidum inauguravit. Exorto posteà bello inter Romulum & Remum de imperio, Remus occiditur: Romulus civitati ac civibus Romanis nomen imposuit *Liv. decad.* 1. *lib.* 1. *Rosin. lib.* 1. *antiquit. Rom. c.* 1. *Valent. Forster. in histor. de jur. civil. Rom. lib.* 1. *c.* 4. *fol.* 24.

5. Ortus Romanæ civitatis.

De tempore † verò, quo anno, mense vel die Roma sit condita, discrepantes sunt opiniones. *Johannes Sleidan. lib.* 1. *de quat. Monarch. fol.* 25. Romæ urbis Initium fuisse scribit, quo tempore Salmanassar Rex Assyriis imperabat, nimirum anno primo septimæ Olympiadis, *auctore Plutarcho*, conditi autem orbis 3212. *Forstern*

6. Tempus urbis conditæ.

Florus d. lib. 1. *c.* 5. initium ejus refert ad annum conditi orbis 3214. à capta Troja 432. Alii fundamenta ejus jacta tradunt Anno M. 3197. 21. April. ante natum Christum 751. *secundùm Varronem. Dn. Cluten in Sylloge rer. quotid. th.* 1. *ad lit. a.* quæ sententia simplicior & verior quoque videtur *Dn. Danieli Ottoni in jur. public. c.* 2. *fol.* 40. *edit. an.* 17.

7. Incrementum, † vigor, & bonus status imperii fuit, post exactionem Regum, in statu Democratico, Aristocraticè tamen temperato. Summus † vigor in statu Monarchico, cujus auctor

Incrementum.

8. erat Julius Cæsar. In hac facie haud secus ac aquila Solem irretorto oculo contueri dicitur: populus Rom. sublimi feriit sidera vertice. Non enim iis inhibatur solium summi fastigii regna & provincias, sed etiam aliis excussis & sede dejectis, ipse conscendit solium, & longè lateque extendit imperium. *Schonb. lib.* 4. *Polit c.* 5.

9. Hocque Imperium tempore † Trajani omnium florentissimum extitisse, perhibent Historici. In flore † siquidem Imperii

10. Imperatores veteres Romani maximam partem totius Orbis tenuêre Syriam, Asiam, (usque ad Persiam, Mediam & Hircaniam) Africam, Ægyptum, Græciam, Hispaniam, Galliam, Italiam, Germaniam, Britanniam. *Sleidan. lib.* 3. *de quat. Monarch. Christoph. Helvic. in disp. de quat. sum. Imper. th.* 81. *apud nobiliss. Dn. Goldast. in Polit. Imperial. part.* 8. *fol.* 483.

11. Decrementum † paulatim secutum fuit: secutæ defectiones devictorum.

Decrementum.

Britannia subigebatur sub Claudio, eadem sub Hadriano descivit.

Judæa sub Vespasiano, mox sub eodem Hadriano contumaciter restitit.

Assyria & reliquæ Orientis provinciæ statim atque a Trajano subjectæ sunt, ab Imperii jugo resilierunt.

In Dacia idem [illegible] contigit. *Schonborn. d. l.*

12. Posteà occasionem † ruinæ Imperii Romani dedit divisio Aquilæ, seu Imperii in Orientale & Occidentale, dum Constantinus Imp. relictâ Augustâ illâ Magnâ, & antiquâ Imperii sede, urbe Româ, Byzantium (Constantinopolin posteà de nomine Constantini

tini dictam) sedem Imperatoriam transferret, quæ propterea nova urbs, nova & melioribus auguriis condita Roma [illegible] & Orbis caput passim jactatur. *l. 1. §. 10. de vet. jur. enucleand. l. 3. §. quod si. C. de natural. lib. l. 24. C. de sacrosanct. Eccles. l. 3. C. de consul. & non sparg. Novell. 70. c. 1. Novell. 731. c. 2. l. 5. C. de oper publ.* Nam ita pars † Occidentalis imperii fuit debilitata, & negligentiùs administrata ab Impp. *Hieron. Turlerus de translat. vel ruina Imp. Rom. Blondus de inclinat. Imp. Chalcacondyla lib. 1. de rebus Turc. Boterus in Cosmograph. part. 2. lib. 1.* Et in ista summa Romani Imperii disturbatione Pontifices † Romani se in partem ejus insinuare, & non tantùm de rebus Ecclesiasticis, sed & Politicis paulatim statuere Phaëtonteâ planè audaciâ conati fuerunt. *Cluten. d. l.* 13. 14.

Aquila etiam Romana triceps facta perhibetur sub id ipsum tempus, cùm Constantinus † Magnus sacrosanctum Imperium discinderet, trifariamque inter filios dispertiretur. *Victor de caus. exempt. conclus. 2.* idque factum refert an. 377. juxta alios an. 331. sic disparatis provinciis, inquit, Vires dispersæ sunt, faciliorque ruinæ via præstructa. Hâc enim spe allecti Cimbri, Hunni, Gothi, Vandali, ipsum Regni pectus Italiam aggressi sunt, tanto cruore, tamque dubio Marte, ut non minùs difficile fuerit destrui rem Romanam, quàm erectam esse. Mox addit: & sanè quantum barbara arma præstiterint, horridum illud Tyranni programma patefacit: Africa, Iberia, Galliæ non minima pars, Mysia, Thracia, Macedonia, Illyria, ac aliæ Orientis regiones ademptæ, barbaro nunc parent Imperio: ATTILA FLAGELLUM DEI, METUS ORBIS, *ex Nicolao in Attila. c. 13. & Dn. Goldasto tom. 3. Const. Imp. fol. 601.* Non ergo immeritò lamentatur *cum Poëta Claudiano de bell. Gild.* 15.

Hei mihi quò Latiæ vires, urbisq; potestas Decidit?

Interim tamen in Oriente aliqua Romani † Imperii viguit dignitas sub Anastasio, Justino I. Justiniano (qui auspiciis Belisarii Ducis exercitus Barbarorum gentes sub juga sua redactas. §. 16.

quorum utramq. in proœm. Institut. l. 2. & 3 Codic. de vet. jur. enucleand l. 1. in princ. C. de offic. præfect. prætor. Afric. Procop. de bello Vandalico) Justino II. Tiberio Constantino, donec tandem extincti Occidentalis Imperii vis, jure belli & transactionis, à Carolo Magn. divinâ clementiâ esset restituta, Imperio in Germaniam translato.

17. Et cùm Carolus M. victrices † inferret Aquilas, gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, domuit, Hispaniam, Italiam, Hungariam, Polonos, Russos subegit, & in extremam usque Scythiam Imperium propagavit. *Bodin. lib. 1. c. 9. num.* 112.

Hispani quoque, qui sæpissimè rebellarant, domiti, Caroli Magni ac Ludovici Pii legatis fidem & obsequium, datis obsidibus, exhibuerunt idque ex historia Vi[illegible]ldi, Caroli M. nepotis, & Floardi Sigeberti scriptis, perspicuum esse scribit *idem Bodinus num.* 115.

Sed & Gallia Aquilas Imperii recognovit.

Recognovit & Italia.

18. Hæcque tria † Nobilissima Regna, Italia, Gallia & Germania, cui sedes & honos Imperii fuit concessus, Imperii corpus constituere ex testamento Caroli M. cujus tenor extat *apud Crantz. in Metropol. l. 3. c. 35. Dn. Goldastum tom. 1. constit. Imper. fol.* 145. *Ludolphum de Babenberg. de jur. Regn. & Imperij. Rhenat. Choppin. lib. 3. de domanio, tit. 2. num.* 11.

19. Aliæ † enim Provinciæ, quæ fuêre conglutinatæ, ut Hungaria, Polonia, Dania, &c. tum temporis nondum Regnorum titulo se efferebant.

20. Unita † verò permanserunt aliquamdiu tria illa Regna, *Onuphrius Panvinius de comit. Imper. c. 6. & 9.* auctor est, jurisdictionis Imperialis, juriumque usum in illis usque ad Friderici II. mortem viguisse.

Verùm quoad Galliam, *Zachar. Victor. d. conclus.* 21. hujus exemptionis occasionem & initium ad Caroli M. nepotes refert, eosque Galliam retinuisse scribit. Et testatur *Crantz d. c.* 35. Ottonem II. consobrinis suis, Lothario atque Carolo Galliæ Regibus

bus bellum intulisse, quòd Romano Imperio justa non persolverent, seque subducerent legitimæ dominationi.

Italiam, † Provinciarum Orbis primariam, *[illegible]*. 21.
theatr. Ortelian. in descript. Ital. Pontifex Romanus sibi vindicavit falsæ & fictæ donationis Constant. M. prætextu. (de qua donationis fabula acturi sumus, *cap. seq.* 16.) Quamvis in quibusdam Provinciis hujus Regni Jurisdictionis Imperialis adhuc vestigia non obscura extent, ut probabimus *infr. c.* 21. *num.* 97. & *cap.* 22. *num.* 34.

Neapolis † quoque magna pars Italiæ, novem ampli- 22.
ssimis amœnissimisque regionibus clara:

Et Sicilia, † quæ propter fertilitatem & rerum omni- 23.
um abundantiam horreum urbis Romæ credita, *cum Ortel. in theatr. in descript. Neapol. & Sicil. Reink. lib. 1. de regim. class.* 2. *c.* 8. *num.* 29. & 30. Pontificis unguibus attracta & erepta. *Borellus de compromisso.* §. 3. *gl.* 1. *num.* 47. *Matthæus de Afflictis decis. Neapol.* 128. *num.* 4. cùm ultimus Suevorum Conradinus innoxiam cervicem infando scelere Pontifici porrigeret. *Munster. in Cosmograph. in descript. Italiæ c.* 73. *Thuan. lib.* 7. *histor. Marta. de jurisdict. p.* 1. *c.* 26. *n.* 2[illegible]. & alii relati à *Victore d. conclus.* 2.

Defecere & aliæ † Provinciæ [illegible] civitates Italiæ. Sic Flo- 24.
rentini, Mediolanenses, Lucenses, Senenses, Genuenses, Veneti, Pisani, &c. libertatem sibi comparatam prætendunt. *Pormer st. de jurisdict. Imp. Rom. l.* 2. *c.* 4. *num.* 35. & [illegible] *lib.* 5. *Polit. c.* 7. *Dn. Cluten. in Syllog. rer. quotid. à th.* 10. & [illegible]. *Dn. Victor. d. conclus.* 2. post eos *Reink. d. c.* 8. qui titulos exceptionum prætensarum referunt.

Florentini tempore Honorii IV. Papæ à Rodolpho I. Imperatore libertatem & privilegia pecuniâ elicuerunt. Quantam verò [illegible] summam florentissima Florentia numeraverit [illegible]. Alii putant 7000. Ducat. alii 6000. *Sigon. lib.* 2[illegible]. *de* [illegible] *tract. de potest. Reg. q.* 101. *num.* 68. *Platina in vita Honor.* [illegible]tur, hanc venditionem non displicuisse Pontifici, quòd [illegible] Ecclesiastica ditio facta securior,

nor, cùm non ampliùs liceret Imperatoribus liberas civitates divexare.

25. MEDIOLANUM, † (Regia Italiæ, Imperatoris Germanorum hospitium, specula & ars totius Italiæ, Galliæ & Germaniæ, mirum in modum sibi horum Regnorum propinquitate accommoda, *ex Andr. Alciat. de form. Rom. Imper. fol.* 103. *Dn. Cluten. d. th.* 10. *sub lit. f.*) varias mutationes fuit passum. Posteà Wenceslaus transmisso sceptro pileóque, Johannem Galeacium Ducem creavit, urbe ditioneque grandi pecuniâ venditâ, additáque potestate, ut in heredes transferri posset: cùm antea precarii tantum præsides fuissent. *Arnisæ. lib.* 1. *de jur. majest. c.* 5. *num.* 5. Hodiè ab Hispanis tenetur: Nam cùm tempore Caroli V. Dux Mediolanensis sine herede decederet, Carolus filium suum Philippum de eo Ducatu investivit, & Imperio Hispanico adjecit. *Reinkingk. num.* 50.

26. Civitas † LUCANA 12000. Ducat. libertatem suam emit. *Sigon. de Regn. Ital. lib.* 4. vel ut *Choppinius* 25000. aureorum nummûm, ab eodem Rodolpho *I. Platina d. l.*

27. SENAS † 10000. coronatorum ab Henrico V. libertatem comparavit. *Bod. l.* 1. *c.* 9. *num.* 125.

28. Urbs † VENETA originem libertatis refert ad fœdus Caroli Magn. cum Irene & Nicephoro, quo tempore sibi indulta esse privilegia jactitat, ut suis legibus uteretur, & bello paceve neutrius juris censeretur. *Sigon. lib.* 4. *histor. Ital. Contarenus de Repub. Venet.* idque privilegium exemptionis se vidisse scribit *Alberic. in l. cunctos. C. de summ. Trinit. Paurmeister. dict. cap.* 4. *num.* 38.

29. PISARUM † dominatus 12000. aureorum Gambacurtæ vendidit Carolus IV. *[illegible] de jurisd. dict. p.* 1. *cap.* 33. *num.* 101.

30. GENUA † illa magnifica, Princeps Liguriæ urbs, excelsam suam potentiam, omnigenam exemptionem, & privilegia amplissima non minùs, quàm Veneta Respublica jactat. *Cluten. thes.* 14.

31. Jactant & aliæ Lombardiæ † civitates; VERONA, MANTUA,

TUA, BONONIA, & quis omnes enumeret domicellos, qui partim vi aut dolo, partim contractu aut pacto, partim præscriptione redemptos vel exemptos se jactitant, ut loquitur *Zach. Victor. d. l.* ita ut hanc alienationem (qualis qualis tandem sit) & violentam exemptionem vere dicamus causam concisæ nostræ Monarchiæ, *cum Onuphrio Panvinio de comit. Imperat. Michael. Coccinio in lib. de Imper. translat. Zoanetto de Imper. Rom. num. 120. & alijs, idem ibidem.*

Civitates tamen LOMBARDIÆ maxima ex parte fuisse liberas, in exiguis solitas potestatem Imperatorum agnoscere, *ex Thoma Bozio lib. 3. de stat. Ital. c. 3. num. 14. circa fin.* scribit *Dn. Cluten. th. 15. ad lit. b.* Et constitutioni Friderici de Pace Constantiæ posteà in tantum derogatum fuisse, ut nullum ejus vestigium supersit.

INSUBRIÆ † CIVITATES Imperium olim formidabant, 32.
extimescebant, cùm Pace Constantiæ rebellionis gratuitâ veniâ
in gratiam reciperentur, sicut ex transactione colligere licet,
Paurmeister. d. lib. 2. cap. 5. num. 55. Victor. d. conclus. 2. hodiè
tamen lentâ iterum libertate tumescunt, *Sigonius lib. 4. de
Regn. Ital. Baterus lib. 4. Cosmograph. p. 2. Bozius lib. 3. de stat.
Ital. &c.*

HISPANIA † fuit occupata ab Arabibus, & Gothis, qui 33.
pro libertate contra Romanos eam invaluerunt. *Perkedor 1. rer.
quotid. c. 3. & lib. 2. c. 21. Alphons. Modritius in §. Principum placita.
dub. 1. num. 9.* Exterminatis Arabibus Anno 714. *Franciscus Tarrafa lib. 9. de Regno Hispan. Corset. de excell. Regn. Cathol. q. 104 Covarr. relect. c. peccatum. p. 2. §. 9. num. 9. & practic. quæst. c. 1.* & profligatis Gothis, absque Cæsarum auxiliatrice manu, sanguine, periculis & impensis propriis, sibi suæque posteritati asseruit Alaricus. *Gloß in c. Hadrianus, dist. 63. Oldrad. consil 69. Covarr. d. l. Vict. d. conclus. 2.* quamvis hoc Cæsaris Honorii jussu & gratia factum inficiari nemo possit, addit *idem è Vasquio 1. controv. c. 22. num. 15. &c.*

BRITANNIA † tertius Orbis Insula maxima, *Auct. Epit. m. 34.
theatr. Ortelian. in descript. Britann.* a Claudio primùm Imperio

 juncta.

juncta. *Sueton. in vit. Claud. Schönborn. in loc. sup. cit.* semper Imperatorem feudataria salutavit. *Cujac de feud. lib.* 1. *tit.* 1. hæsitque firmiter, cùm Ludovicus Bavarus III. Imp. Edovardum III. Regem Anglorum Imperii perpetuum Vicarium crearet. *Bodin. d. cap.* 9. *num.* 129. donec oscitante Cæsare Johannes Rex Angliæ Regis Franciæ potentiam metueret, Regnumq; Angliæ Innocentio III. Pontifici feudatariam faceret. *Polydor. Virgil. lib* 15 *Histor. Anglic. Blond. lib.* 6. *dec.* 2. *Cluten. d. thr.* 10. *ad lit. d.* idque Anno Domini 1212. factum scribit *Marta de jurisdict. p.* 7. *c.* 26. *num.* 30. referrque *Reink. n.* 21. & in posterum unum sterlinum pro quolibet focularia Anglia Pontifici solvit. Cùm vero Henricus VIII. Rex Angliæ dimitteret uxorem Catharinam, Ferdinandi Regis Hispaniæ filiam, & Clemens VII. solenni sententiâ divortium irritum pronunciaret, eâ cognitâ, Henricus acerbissimas adversus Pontificem odii flammas concepit, & communicato cum senatoribus Regni consilio, omnem quoque Pontifici potestatem & jurisdictionem Ecclesiasticam abrogavit, eamque publico Senatusconsulto in se transtulit. Se summum in terris Ecclesiæ Anglicanæ caput, omnibus edictis & literis præscripsit, appellationes ab Archiepiscopis, & Denarium D. Petri, & primos omnium sacerdotiorum vacantium fructus, ac eorundem decimas, & alia Pontifici hactenus pendi solita, sibi vendicavit Anno 1534. *Chytr. lib.* 14. *Sax. fol.* 355.

35. HUNGARIA, † cui tempore Ottonis III. regia dignitas fuit tributa, & confirmata ab Henrico II. Imp. *Beucer. in complement. lib.* 4. *Chron. Carion. in vita Ottonis*, à Rege Stephano in Papæ clientelam delata est. *post Steuchum lib.* 2. *donat. Victor. d. conclus.* 1.

36. POLONIA, † cujus Ducem Boleslaum ad regium culmen similiter evexit Otto III. *Alex. Guagnin. tom.* 1. *rerum Polonic. in vita Boleslai. Beucer. d. l.* Imperium recognovit, sed Lakoldus arte Pontificiâ reliquit Ludovicum Imperatorem, & à Papa Johanne coronam poposcit. *Cromer. lib.* 3. *Histor. Polon. Crantz. lib.* 8. *Wandal. c.* 2. *Marta de jurisdict. d. c.* 26. *num.* 46. tandemque Imperatori

peratori fasces submittere recusavit. *Otto Frisingens. lib. 1. cap. 17. Royzius decis. Lituan. 3. num. 334.*

DANIA † ab Ottone Magno Imperio subjecta, ex *Adamo Bremens. lib. 1. c. 2. Knichen. p. 2. de restitur. paction. c. 5. num. 77. Victor. d. conclus. 7.* permansit in fide & obsequio ad tempora Lotharii Imp. Cui Canutus Daniæ Dux fidelitatem præstitit. *Helmoldus lib. 1. histor. Slavorum. c. 30. Bodin. lib. 1. c. 9. num. 111.* & testatur ipse Fridericus I. *apud Otton. Frising.* inquiens: Hominio ac fidelitate nobis factâ, coronam de manu nostra Petrus Danorum Rex suscepit, iis tamen legibus regios honores est adepta, ut in fide ac obsequio perpetuo Imperii Germanici permaneret: temporis tandem progressu paulatim divertit *Tritbemius cap. 17. Bodin. d. l. Otto Frising. l. 7. Chron c. 19. Crantz lib. 6. Daniæ. c. 17.* hodiéque suâ lege, & suo Rege neminem recognoscente, vivit. *Kirchov. tom. 4. var. consil. German. consil. 17. num 18. Cluten. in Sylloge d. th. 10. sub lit e.* 37.

HELVETII † ET RHETI crudeli & insolente Præfectorum insolentiâ pressi iis expulsis, in libertatem se vindicarunt. *Simlerus lib. 1. de Repub. Helvet. Lips. lib. 2. de constant. c. 9.* Cives tamen honorarii adhuc sunt Imperii Romani, hujusque majestatem reverenter colunt, ut probabimus *infr. c. 22. n. 39.* 38.

Non absimilis videtur conditio BELGARUM, † qui tamen non solùm sub Imperii protectione continentur, sed eidem ex mutua conventione, salvâ tamen exemptione, contribuerunt. *Recess. Imp. Augustl. sub Carolo V. de Anno 1548. fol. 325. in fin.* 39.
Nach dem dann von unsern Burgundischen und Niedern Erblanden/ auch Geldern/ Zütphen und den Utrichischen Landen/ Contribution begert worden/ haben wir uns mit Churfürsten/ Fürsten und Ständen des H. Reichs/ und der abwesenden Bottschafften und Rähten/ und herwiederumb sie sich mit uns von wegen aller solcher unser Burgundischen und Nieder Erblanden/ neben Geldern/ Zütphen/ und den Utrichischen

Landen/in ein gnädige/freundliche/unterthänige Handlung und Vergleichung eingelassen/also daß alle dieselbe unsere Burgundische und Nieder Erblande in des H. Reichs Schutz/Schirm/Hülff und Vertheydigung/gleich andern Ständen desselben begriffen/auch die Fürstenthumb Geldern/Zütphen/und Landschafft Utricht/hinfüro in den Burgundischen Kreiß gehören/und gemelte Land dagegen auch zu dem Reich contribuiren/deßgleichen alle Ständ des Reichs und derselben Unterthanen/in unsern Burgundischen und Niderlanden/gleich desselben Verwandten/auch Schutz/Schirm/Hülff und Vertheydigung haben/aber sonst dieselbe/bey jhrer/unserer Burgundischen und Nieder Erblanden Exemption unnd Jurisdiction/auch Satzungen unnd Ordnungen gelassen werden sollen. *Hactenus Constitutio Carolina.*

Similem transactionem cum Cæsare & statibus initam, de eodem Anno 48. refert *Bernhardus Bertram de comit.* [illegible] 8. in qua Provinciæ Belgicæ, quotquot sunt, inter sacri Imperii Ordines ac status referuntur, ut sint in Imperii tutela, contra omnem vim atque injuriam: & ad omnia Imperii comitia vocentur, pro que salute Imperii & conservatione pacis publicæ tantum contribuant, quantum duo Electores. Id quod & ipsos Belgas in libello supplici Imp. Majestati, cæterisque Imperii statibus in comitiis Spirensibus de Anno 1570. exhibito, diserte [illegible] commemorat *idem Bertram*, & verba apponit.

40. Belgio etiam CAMERACUM † hodie unitum. *Victor. dict. loc.*

Civitates Imperiales & Episcopatus nobilissimos: METUM, TULLUM, VERDUNUM, Gallus occupavit, cum Carolo V.

41. Imp. belligerans. *Sleidan. lib. 24 Schönborn. lib. 5. Polit. c. 7.* [illegible] Sed & aliæ plumæ huic Aquilæ fuere evulsæ.

† BORUS-

BORUSSIA † à militibus Marianis seu Teutonicis Imperio 42.
fuit adjecta, cum à Conrado Mazoviæ Duce adversus Prussos in auxilium essent vocati, sub Friderico II. Imp. & hactenus sub fide & clientela Imperii, donec Magister ordinis illius Teutonici Albertus Brandenburgicus à Sigismundo Rege Poloniæ pressus, & ad certa pacta adactus, Vasallus efficeretur Regni Polonici, sub Carolo V. Imp. Anno 1554. Is ex Magistro ordinis militum Marianorum, mutato rerum statu, à Polono creatur Dux Borussiæ. *Chytræ. lib. 1. Saxon. Schönborn. d. c. 7. Munsterus lib. 3. Cosmogr aph. in descript. Boruss.* ubi articulos capitulationis Polonicæ recitat, contradicente tamen Imperio, *Receß. Imp. August. Anno* 1500. Von wegen des Hochmeisters aus Preussen. Cæsarem istam conventionem rescindente, *Sleidan. lib. 7. com fol. (mihi)* 185. & Alberto à Camera Imp. proscripto. *idem Sleid. l. 8. fol.* 211.

LIVONIA † Borussiæ vicina, cum ab Imperio sub Ferdi- 43.
nando I. desereretur, per vicinos Principes, Suecum, Polonum & Moschum discerpta & attracta est. *Chytræ. in præfat. Saxon. & lib. 20. Christophor. Warsevic. in panegyr. ad Stephanum I. Regem Polon.*

Atque ita miserè Imperium dilaceratum paucos intra annos est, amissæ Prussia & Livonia, quæ fuerunt utiles Provinciæ Imperii & quasi murus adversus gentes Septentrionales Tartaricas, vastas solitudines Orientis incolentes. *Ampliß. Dn. Arumæ. volum. 1. discurs. Acad. 2. fol.* 19. Et nisi fatalem socordiam Germani excusserint, brevi plurium & regionum & urbium avulsio sequetur, inquit *idem ibid. ex Francisc. Irenic. in exegesi Germaniæ lib. 3. c. 29.* An verò tituli prætensarum exemptionum & præscriptionum sint validi, disputabimus *infr. cap. 22. à num. 46. ad num. 58.*


Compendiosè † ergò *Dn. Reink. d. class. 2. c. 7. & seqq.* Im- 44.
perii hujus nostri Romano Germanici diminutionis causas præcipuas has ponit:

1. Dominationem & avaritiam Pontificiam.
2. Exemptiones & defectiones Regnorum ac populorum ab observantia Imperii.

3. Dissensiones, diffidentias, & intestina odia Ordinum Imperii, ex horum vel æmulatione, vel ex religionis diversitate orta.



CAPUT XV.
DE FORMIS REIPUBLICÆ ROMANÆ VETERIS.



1. Ἀμβασιλεία, † ut Pompejus appellavit, veterum Romanorum, summum ac universale Imperium, non semper unius generis fuit, sed sæpè ejus forma mutata & conversa est.

Primò enim Romana Respublica monarchicam † gubernationis formam sustinuit sub
2. septem Regibus, quorum primus fuit Romulus, qui regnavit annos 35. Secundus, Numa Pompilius, annos 43. Tertius, Tullius Hostilius, annos 32. Quartus, Ancus Martius, annos 24. Quintus, Lucius Tarquinius Priscus, annos 38. Sextus, Servilius, annos 44. Septimus, Lucius Tarquinius Superbus, annos 25. istique Reges tam varii ingenio fuerunt, ut p[illegible] Reipubl. ratio & utilitas. *Schönborn. lib. 5. Polit. cap. 4.* Nam, ut de iis scribit. *Flor. lib. 1. c. 8. Quid Romulo ardentius? tali opus, ut invaderet regnum. Quid Numa religiosius? Ita res poposcit, ut ferox populus Deorum metu mitigaretur.* (ut autem feroces populi animos mitigaret, & ad religionem perduceret, cum Dea Ægeria nocturnos sibi esse congressus simulavit. *Livius lib. 1.*) *Quid ille militiæ artifex Tullius? Bellatoribus viris tam necessarius, ut acueret ratione virtutem. Quid*

Ædi-

Ædificator Ancus? ut urbem Coloniâ extenderet, ponte jungeret, muro tueretur. jam verò Tarquinij ornamenta & insignia, quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus à Servio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosceret Respub.? Postremò superbi illius importuna dominatio non nihil, imò vel plurimum profuit; Sic enim effectum est, ut agitatus injuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur. Hactenus Flor.

Atqui hic status Regius *secundùm Eutropium lib. 1. Breviar.* duravit annos 243. *juxta Ruffum de Regia consulari imperialiq; dignitate*, annos 244. *secundùm alios* 245. vel 250.

Exactis Regibus ob facinus Sexti Tarquinii, L. Tarquinii Superbi filii, pudicitiam Lucretiæ nocturnâ vi expugnantis, Democraticam † formam, res Romana sortita, & penes populum potestas fuit. *Plutarch. in Valer. Public. Dn. Vultej. in prolegom. Jurispr. Roman. fol. 16. Kirchner. de Repub. disput. 2. th. 3. ad lit. b. Steph. lib. 1. de jurisdict. c. 2. num. 55.* 3.

Ubi nihil officit quod *Sigonius de vet. jur. Rom.* Aristocratiæ † faciem fuisse innuit sub Consulibus, deinde decemviris creatis, & quod *Liv. lib. 2.* his verbis: Libertatis originem inde magis, quia annuum imperium consulare factum est, quàm quòd diminutum quicquam sit ex Regiâ potestate, numeres. jura & insignia omnia primi consules tenuêre. Id modò cautum est, ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. 4.

Nam Democratia summum † Reipublicæ jus penes populum constitutum habuit, quod longè diversum ab auctoritate, potestate & juribus illis, quæ Coss. & Senatores in Democratico statu habent, neque cum imperiis, magistratibus commiscendum, *cum Bodin. lib. 1. de Repub. c. 6. num. 227. Kirchner. de Repub. disput. 5. th. 4.* Quò refert *ejusdem Livij illud:* Senatus decrevit, populus jussit: Quod summi juris verbum esse docuit, *disput. 7. th. 1 sub lit. a.* itemque *Tullij*, qui distinctè & policitè pro Rabirio, Imperium Magistratibus, auctoritatem Senatui, potestatem plebi, majestatem populo tribuit: Qui cum provocatione & magistratuum creatione, cætera jura majestatis in se transtulit. *Dn. Arnis. lib. 7. de Repub. c. 6. §. 3. num. 15.* 5.

Quare

6. Quare temperatus † tum fuit status, ambiguum eum fuisse inter Aristocratiam & Democratiam, asserit *Arnis. dict. loc. num. 14.*

7. Consules † autem primùm creati sunt L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, illiusque operâ Tarquinius maximè expulsus *Liv. lib. 1.*

Denique ad Monarchicam gubernationem relapsus fuit status, dum populus in Augustum omnem suam potestatem contulit. §. *sed & quod principi placuit. Inst. t. de jur. natur. gent. & civil:* §. 7. *de concept. Digest. l. 1. ff. de constit. princ. Dn. Vult. dict. l. Kirchner. d. th. 3.*

CAPUT XVI. DE DONATIONE CONSTANTINI MAGNI, AN EA SYLVESTRO PAPÆ FACTA.



Diximus supra cap. 14. in summa Romani Imperii distractione Pontifices in rebus tam Ecclesiasticis, quàm Politicis statuendi potestatem arripuisse, quam ut stabilirent, fucoque illinirent, ad donationem Cõstantini † Magni,
1. ceu sacrum asylum, confugerunt, & finxerunt, Constantinum M. donasse ac tribuisse Sylvestro Papæ ea, quæ *capitulum Constantinus, in Decretis, distinct. 96.* commemorat, nempe potestatem, gloriam, dignitatem, majestatem imperialem, palatium Imperii sui Lateranense, diadema sive coronam capitis sui, phrygium vel mitram, chlamydem purpuream, tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta: item Impe-

Imperialia ſceptra, ſimulque cuncta ſigna, & ornamenta Imperialia, omnem proceſſionem Imperialis culminis, & gloriam poteſtatis ſuæ: tenuiſſe quoque frenum equi ipſius pro reverentiâ Petri, ſtratoriſque officium illi exhibuiſſe, tum conceſſiſſe atque reliquiſſe, tam palatium ſuum, quàm urbem Romam, & omnes Italiæ ſive Occidentalium regionum provincias, loca, & civitates: ipſum verò Orientis duntaxat Imperium ſibi reſervaſſe: ut qui juſtum eſſe exiſtimavit, ut illic Imperator terrenus poteſtatem habeat, ubi principatus Sacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum ſit. Idque religione tantâ ſanxiſſe ac firmaſſe in perpetuum tempus, ut qui temerator ac contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubjaceat, & ſanctos Dei, Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum ſibi in præſenti & in futurâ vitâ ſentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo & omnibus deficiat impiis.

Sed hæc omnia quamvis ſplendida, conficta, fucata & fabuloſa ſunt.

Nam I. à nullo † Hiſtoricorum, qui res geſtas illius ſeculi literis conſignarunt, ejus donationis fit mentio. Non ab Euſebio qui libris quinque Conſtantini vitam diligentiſſimè deſcripſit; non à Socrate, non à Sozomeno, non à Theodoreto: non à Zoſimo: non à Ruffino: non ab Evagrio: non ab Eutropio: non à Caſſiodoro: non à Zonara, vel alio quovis. Quod ſi enim res minutiores chartis & memoriæ tradiderunt, quis veriſimile ducet, illos rem tanti momenti ſilentio fuiſſe prætеritos? 2.

II. Pontificii nullum † proferre poſſunt inſtrumentum idoneum, quod huic rei fidem faceret, & ſi maximè proferunt, mirè tamen variant verbis & ſenſu. Aliter enim Leo IX. *in epiſt. ad Michaël.* Aliter Melchiades *in c. futuram. q. 1.* Aliter Palea *in d. c. Conſtantinus. diſt. 96.* Aliter Balſamon. *in Photij Nomocanone. tit. 8. c. 1.* & Matthæus Blaſtar. *in Synopſ. jur. canon. cap. de Bulgar. Cypr. & Iber.* Aliter Nicolaus III. *in c. fundamenta de elect. 6.* Aliter Petr. Damian. *in diſcept. Synodal.* Martin. Polon. *ſub Sylveſtro* Alberic. de Roſate. *tit. C. de offic. præf. urb.* Alius enim ſedem Imperialem, alius Romanam urbem, alius palatium Lateranenſe, alius habi- 3.

sum & dignitatem regalem traditam scribit, alius totum Imperium Occidentale, alius Italiam tantùm judicat concreditam, ut notat *Cluten. in Sylloge. rer. quotid. th. 7.* Quare ob diver-
4 sas † & sibi mutuò repugnantes formulas donatio meritò suspe-
5 cta redditur. Nam juris est manifesti, quòd Scripturæ † diversæ ab una eadémque parte prolatæ, nihil firmitatis vel probationis habeant, sed potiùs sibi fidem invicem derogent. *l. Scripturæ. 14. C. de fid. instrum.* Et cùm non apparet, utri credendum, satius est, neutri fidem adhibere. *l. si quis. ff. de reb. dub.*

6. III. Canon † ille, qui tenorem donationis Constantini refert, non est genuinus, sed suppositítius, & planè & fictus. Nam in exemplaribus vetustioribus non habetur. Testantur siquidem haud ignobiles Pontificii, totum illud caput à Codicibus Decreti Gratiani abesse. Præ cæteris ita scribit *Antonius Episcopus olim Florentinus part. 1. histor. tit. 8. num. 2. §. 8.* Tertium dubium est de donatione facta Ecclesiæ à Constantino, de qua habetur in Decretis, *distinct. 96 Constantinus.* Sed caput illud non habetur in antiquis Decretis. Quid ergo & quantum Constantinus donavit, non est benè certum. Itemque *Nicolaus Cusani lib. 3. de concordant. Cathol. c. 2.* Absque dubio, inquit, si non fuisset illud dictamen apocryphum, Gratianus in veteribus Codicibus, & Canonum collectionibus invenisset, & quia non invenit, non posuit. Hæc testimonia refert *vir Reverendus & Clarissimus Dn. D. Johan. Himmelius, Fautor meus singularis, in parentatione 1. D. Lutheri.*

7. IV. Hoc etiam ostendit ἐπιγραφὴ seu inscriptio † *dict. cap. Constant.* in recentioribus exemplaribus, quæ est PALEAS inanitatem commenti, veluti & alibi in Decretis, notans. *Schneidwin. in Rubr. proœm. Instit. num. 8.* Quidam enim hoc nomine significari putant, quod cassum est, irritum, leve, vanum & inane, atque ita Paleam dici per contemptum, canonem nullius
8. fidei & auctoritatis. Sicut enim paleæ † viles sunt, nulliusque pretii: sic capita asterisco notata omni pondere carent inter cætera. *Gilb. Reg. conciliat. lib. 1. c. 24.* Seu, ut *Alciati in parerg. lib. 12. c. 3.*

n. 3. fert sententia, paleæ canones dicti sunt à Græco παλαιά, quâ voce Græcis notantur ea, quæ fabulosa, fatua & ob vetustatē obsoleta sunt. Atq; ita, inquit *Eberh. Speckhan in Synopt. Exeg. jur. Pont. fol. 236. edit. Helmstad. de An. 1613.* apud Joh. Cremonensem ad Abbatem Urspergensem, Imperator Fridericus, qui Alexandro III. valdè infensus erat, post Alexandriam conditam in Liguria, de nomine Alexandri III. eam Paleam vocat, quasi factam ex cassis Palearum, ex stramine. Quamvis alii alias significationes vocis Paleæ proferant, quas refert *Dn. Speckhau. ibid.* Etsi autem pro palea illic inseratur, multum † tamen grani attulit Ecclesiæ, ex quo in immensum creverunt opes ejus. *Nicol. Eberhard. in Topic. Legal. in loc à verisim. num. 16.* 9.

V. Alii ob genus † dicendi Instrumentum illud, ceu suspectum & illegitimum rejiciunt. Ecquis tam imperitus Latinæ 10. linguæ, inquit *Auctor Bruti Fulminis, fol. 118.* qui non videat, genus dicendi, quo illius Instrumenti scriptor est usus, longissimè ab illius seculi consuetudine abhorrere?

VI. Causa, † ob quam donatio facta dicitur, ficta est: fictæ & aliæ circumstantiæ. Narrant enim Constantinum in le- 11. pram incidisse, Paulumque & Petrum illi apparuisse, & remedium morbi à Sylvestro Papa petere jussisse. Quamobrem accersitum Sylvestrum sacro baptismate illum tinxisse, & mox lepram evanuisse. Inde pietatis motu incensum Constantinum, Sylvestro contulisse coronam, & omnem regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus Occidentalibus, dimidiam verò totius Imperii partem in Orientalibus plagis sibi reservasse.

At hæc refelluntur multis modis. Nam primò comminiscitur Instrumentum fictitium, Constantinum Magnum fuisse leprâ † infectum. At neque hujus rei ullus Historicorum meminit, quod *ipse Platina, Scriptor Pontificius, in vita Marcij* testatur, his 12. verbis: De hac re à nullo Scriptorum fit mentio, non dico

 ab

ab his, qui Ethnici sunt habiti, sed ne à nostris quidem. Non reticuisset hoc Orosius, non Eutropius, non illi, qui Constantini res gestas quàm diligentissimè scripsère. Refert quoque *Tholozan. d. c. 14. num. 29.* ipsos Catholicos fateri, ficta esse, quæ de Constantini lepra dicuntur.

13. 2. Quod de apparitione † Petri & Pauli, Constantino facta, dicitur, non tantum fabulosum, sed etiam expresso divino verbo (quod docet, Antichristum venturum secundum operationem Satanæ, cum signis & prodigiis mendacibus) contrarium esse, asserit *Dn. D. Himmel. d. l.* Ubi visionem hanc relegat ad illas, quas numero plures, sed pondere non graviores, habet Liber Conformitatum.

Reliqua refutantur testimoniis ex loco & tempore ductis.

14. Nam non † Romæ à Sylvestro, ut commentitia donationis formula loquitur, sed Nicomediæ, ab Episcopo Nicomedensi Eusebio, nequissimo Arriano. Interim tamen Imp. Constantinus Arrianismum nunquam fuit amplexus. Quamvis autem unicus *Nicephorus lib. 7. cap. 35.* affirmet, Constantinum Romæ baptizatum fuisse, ejus tamen testimonio non movetur *idem D. Himmel. in dict. orat.* nec hac in re ei fidem adhibet, cùm alii Scriptores probati, expresè contrarium asserant, & ratio ipsa reclamet: notumque sit, Nicephorum multa alia ejusmodi fabulosas suis immiscere scriptis.

15. Deinde, non † initio sui Regni, ut Instrumentum fabulatur, sed paulò ante obitum, & quidem in decrepita ætate Constantinum fuisse baptizatum, *cum Eusebio lib. 1. de vita Constant. Theodoreto in Histor. Tripartit. lib 3. cap. 12. Hieronymo*, omnes ejus ævi Historici testantur. *Matthias Dresserus in millenario 5. Isagog. Histor. fol. 525.*

VII. Non postremi ex Pontificiis illam donationem

16. nunquam † factam, sed falsam, fictitiam, commentitiam & emendititam esse testantur. Sic ÆNEAS SYLVIUS (qui Papa factus Pius Secundus fuit dictus) *in dialogo quodam hac de re scripto, cùm Cardinalis esset*, miseros vocat Legistas, qui disputant, an donatio illa valeat, quæ facta fuit nunquam, *teste Felino in c. solitæ. de major.*

&

& obed. Refert *Otto Frisingensis lib.* 4. fuisse Gratiani tempore, qui donationem illam fictam assevèrarent. Impugnat eam quoque *Laurentius Valla Patritius Romanus, Johannis Lateranensis Canonicus, Alphonsi Regis, & Pontificis Secretarius, in suâ declamatione de falsò credita & ementitâ Constantin. donatione.* Apertè quoque negat *Aventinus lib.* 2. *Annal. Bojor.* dicens: Quæ de Sylvestro & donatione Constantini prædicantur, ficta, falsa, inepta, pugnantiaque sunt; miror extare tam stolidos, qui credant, & tam imprudentes, qui defendere audeant, præcipuè cùm etiam Pius II. Pontifex Maxim. vir harum rerum peritus, nugas hujusmodi, ut commenta anilia, fabulamque inanem rideat, &c. Ita ut ejus auctoritas, quæ olim propemodùm universum orbem excæcavit; jam ita labefactata sit, ut ferè nihil amplius de ea audiatur. Quare *Philippus Mornæus in tract. de Ecclesia* dicit: Hanc fictitiam Constantini Sylvestro donationem doctissimorum virorum stylo jam pridem confossam, ab indoctis solis nunc admitti. Nihil siquidem fucatum potest esse diuturnum. Narrat quoque *Bodin. lib.* 1. *de Repub. c.* 9. *num.* 141. quòd ipse ex actis vaticanis hauserit & expresserit: Johannem cognomento *Digitorum*, Constantini Magni largitionem, aureis literis scripsisse: in cujus extremo hæc verba subjiciuntur: *Quam fabulam longi temporis mendacium finxit.* Novissimè ex Politicis Scriptoribus eam quoq; non admittit *P. Gregor. Tholozan. lib.* 6. *de Repub. cap.* 14. *num.* 36. *& seqq.* Nec crediderunt oculatissimi † Veneti, sed potiùs illusoriè aliquando exprobrarunt Pontifici. 17.

Cùm enim ab hoc interpellarentur, quo jure vectigalia & alias jurisdictiones in mari Adriatico sibi solis vendicarent, cùm tamen nulla privilegia hac de re monstrare, neque jus suum docere legitimè possent.

Ad hanc rem Veneti argutè responderunt: se mirari, quòd illa privilegia peterentur demonstrari, quæ Pontifices ipsi penes se jam pridem: & quidem archetypa, tanquam rem sacram diligentissimè in suis Archivis custodirent: eaque facilè reperiri posse, si donationis Constantini membranæ pars exterior, in qua ea majusculis literis conscripta essent, accuratiùs inspiceretur *Phil.*

Camerar. cent. 1. *hor. succisiv. c.* 61. ubi refert, quòd *Sebastian. Monticulus juris C. Patavinus in tract. de patr. potest.* Simile responsum attribuerit Hieronymo Donato, Legato Veneto, cùm ait: eum, Alexandro Borgiæ Papæ hujus nominis VI. jocosè interroganti, ex improviso respondisse: Ostendat mihi vestra S. instrumentum Patrimonii S. Petri, & à tergo scriptam inveniet concessionem factam Venetis maris Adriatici.

Alii quamvis apertè prætensam donationem negare non fuerint ausi, nec liberiorem vocem, in Italia & Hispania maximè,
18. omittere, astutè † tamen eam fecerunt dubiam, è quorum numero sunt: *Hieronym. Cagnol. in proœm. ff. num.* 79. *Menoch. de arb. jud. quæst. lib.* 7. *cent.* 6. *cas.* 559. *num.* 10. *Cujac. lib.* 1. *respons. Papin. ad l. legatus.* 20. *de offic. præsid. Franciscus Zoanettus in tract. de Rom. Imp. Vasquius Hispan. JC. eximius, illustr. quæst. lib.* 1. *c.* 5. *nu.* 26. ubi ait: Forte interfuit consensus populorum: vel illi principes erant tyranni & violenti, sicque illud jus, quod habebant, quale quale, illamve injuriam & tyrannidem transtulerunt, quæ tempore potuit in jus converti.

Nec solùm curiosi Legistæ, ut prætendit *Petrus de Andlo*,
19. sed etiam accurati † Historici in dubium vocarunt. *Crantzius in Saxon. lib.* 2. *c.* 1. *Hieronym. Balbus in lib. de coronat. ad Carolum V. Nicolaus Cusani lib.* 3. *de concordantia Catholic. c.* 2. *Pomponius Lætus, Egnatius, Baptist. Mantuanus, Sabellicus, Blondus, Nauclerus*, relati *à Kirchnero de Republic. disput.* 6. *append.* 2. *ad lit. a.* iique omnes amplificandæ Pontificiæ religioni & regioni addicti.

20. VIII. Divisum † fuit Imperii corpus inter filios, Constantinum, Constantium & Constantem: & Constantinus Occidentalium partium, Constantius Orientalium, Constans interjectarum Princeps constitutus. *Euseb. lib.* 4. *in vit. Constantini. Niceph. lib.* 8. *c.* 54. *Zosim. lib.* 2. *Histor Tripartit. lib.* 3. *c. ult.*

Alii in specie memorant partes, quæ Constantino in Occidente obtigerunt: Galliam, Hispaniam, Germaniam, Britanniam: Constantii partes has assignant in Oriente: Græciam, Macedoniam, Achaiam, Peloponensum, Asiam, Africam, Ægyptum: Con-

Constantis: Italiam, Thraciam, Illyricum: *Zonaras in vit. Constantis in pr. Sleidan. lib.* 2. *de quat. Monarch. Melanchton. lib.* 3. *Chron. Carion. in vit. Constant. Dresser. in millenario* 5. *Isagog. Histor.*

Non satis autem convenit, diviserítne † Constantinus ipse heredibus Imperium, an ipsi post ejus mortem fortè id fecerint. *Ludov. Vives ad l.* 5. *c.* 25. *Augustini de civ. Dei.* 21.

Et quò ruunt Pontifices? vindicant † sibi Imperium totius orbis. Quod si igitur ante possidebant orbem, si Regnum obtinebant Occidentale, qui eis illud obvenit ex liberalitate Constantini? Dominium † certè non ex pluribus causis, (præsertim diverso tempore concurrentibus) sed una tantùm contingit. *l. possideri.* 3 *§. ex pluribus.* 4. *ff. de acquir. vel amitt. possess. & in l.* 159. *ff. de reg. jur.* non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem potest nostrum esse. Nec res quæ mea est, ampliùs mea fieri nequit. §. 10. *Instit. de legat.* §. 14. *Inst. de action.* vel, ut Paulus *in l. & an eadem.* 14 *§. actiones.* 2. *ff. de except. rei jud.* non ampliùs quàm semel res mea esse potest. Quare donatio Constantini diminuit Pontificis jus totius mundi. *Cluten. d. l.* 22. 23.

Posito, † at nunquam concesso, donationem hanc esse factam, nihil quicquam tamen haberet roboris, cùm fieri non debuisset: Nam princeps, quia moderator, non eversor Reipubl. regalia † seu bona regni in præjudicium successorum alienare nequit. *Hottoman. illust. quæst.* 1. *Vasqu. illustr. controvers. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 20. *& seq. cap.* 5. *num.* 3. *& seq. Zoanett. de Roman. Imper. Bodin. lib.* 1. *de Repub. cap.* 9. *num.* 123. *Tholozan. de Repub. l.* 25. *c.* 7. *& l.* 3. *c.* 6. *Cacheran. decis.* 101. *num.* 13. *Althus. in Dicæolog. lib.* 1. *c.* 35. *num.* 23 pactionibus jus Reipub. immutare. *l.* 2. §. 8 *ff. de administr. rer. ad civit. pertin.* 24. 25.

Nec par † pari imperare, præscribere, aut præjudicare potest. *l.* 4. *ff. de recept. qui arbitr. recep. l.* 13. §. 4. *ff. ad SCtum Trebell. l.* 58 *ff. de judic.* Quare nec Constantinus successoribus æquali potestate præditis, & Reipubl. tutoribus, jus suum, quod Impe- 26.

Imperii dignitatem ipsis competebat, imminuere potuit. *Kirchner. d. diss. ut. 6. append. 3. Schonborn. lib. 2. Polit. cap. 17. Sleidan. d. lib. 2.* ubi addit, quòd is, qui jus & Imperii vectigalia deteriora facit, pater patriæ appellari non debeat.

Non ergo solùm successoribus omnibus magnum præjudicium donando creasset Constantinus, sed etiam in filios suos fuisset injuriosus, quos maximâ Regni parte, imò præcipuo Imperii membro privâsset, & de solio deturbasset.


26. Sed & species † fatuitatis, imò impossibile est, facere aliquem sibi parem, vel superiorem, inquit *Everhard. à Middelburg. in dicto loco à verisimili.*

27. Quin ipse BARTOLUS † Bononiæ de hac donatione disserens: *Videte*, inquit, *quòd nos sumus in terris, amicis Ecclesiæ, idcircò dico, quòd talis donatio valeat. in proœm. Digest. num* 14. q. d. si alibi essem, contrarium tenerem. tamen jam saltem de facto tenere videmus. *Schneid. & Clut. dd. ll.*

28. Sed ne fortasse notam Æneæ † Sylvii sustineamus, dum miseros vocat, de validitate hujus donationis, quæ facta fuit nunquam, disputantes: ideo pluribus de illa non disseram. Plura tamen si requiras de hac donatione Constantini Magni, utrùm facta sit, vel fieri potuerit, & quid juris inde sibi Pontifex possit arrogare, adi *Dn. Arnisæum in tract. de subject. & exempt. Cleric. c. 6. Philippum Mornaum in mysterio iniquitatis. de Sylvest. Brutum Fulmen Francisci Hotomanni, Marquard. Freber. in tract. peculiari scripto de donat. Constantini Magni.*



CAPUT



CAPUT XVII.

DE TRANSLATIONE IMPERII ROMANI A GRÆCIS AD GERMANOS: ET PER QVEM FACTA.



Idimus hactenus de falsitate donationis, quæ fingitur facta Sylvestro Papæ à Constantino Magno. Videamus etiam de translatione † Imperii Romani. 1.

Hoc verò translatum fuit à Græcis ad † Germanos (ut ante ab Italis ad Græcos: & olim Chaldæorum Imperium ad Assyrios: translationis viâ non extra civitatis & Imperii fines abductâ: sed tantùm ex loco in locum ejusdem civitatis Imperio transportato; hujus dignitate & nomine manente. *Kirchner. de Repub. disp. 3. aust. 3.*) in persona Caroli Magni, qui partim jure belli, (ut olim à Nimrodo vi & armis constitutum Imperium Babylonicum; à Cyro Persicum; ab Alexandro Græcum) partim S. P. Q. Romani voluntate, spontaneâ submissione, electione & suffragio: partim denique Imperatorum Constantinopolitanorum consensu & approbatione. *Dn Cluten. in Sylloge rer. quotid. th. 4. Dn. Arnisæ. de translat. Imp. Rom. num. 20.* 2.

Carolus † enim à rerum gestarum magnitudine & gloria Magnus dictus, insigni expeditione Italiam sibi subjecit, & tandem à Leone III. unctus & coronatus est Romæ in æde Divi Petri in magno illo natali Christi, Anno salutis 801. *Melanchton. lib. 4. Chron. Carion. in vit Caroli. Bucholtzerus in Chronolog. fol. 385. Freig. in Synops. Histor. fol. 64. Dresser. in confutat. com. opin. Bel-* 3.

Mm *larmini,*

larmini, accedente consensu, solenni, unanimi & faustâ totius Cleri populique acclamatione; *Carolo piissimo, perpetuo Augusto, à Deo coronato, Magno ac Pacifico Imp. Romanorum vita & victoria*, ut refert *Monachus Egolisnensis, & Cuspinian. in vit. Caroli M.* Idemque indicant Scriptores non pauci, quamvis Pontificii. *Sigebert. in Chron. de An.* 801. dicens: Uno omnium consensu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, eumque per manus Leonis Papæ coronant, Cæsarem & Augustum appellant: Pipinum verò filium ejus Regem Italiæ collaudant. *Æneas Sylvius in abbreviat. Blondi.* Pontifex scito & precibus populi Carolum Imperatorem Rom. declaratum diademate coronavit. *Nauclerus in Chronograph. generat.* 27. præhabitâ maturâ deliberatione, & consensu populi Romani, Carolus Imperator declaratus est. *Platina de vit. Pontif.* Pontifex, ait, Carolo optimè de Ecclesiâ merito aliquam gratiam relaturus, cùm videret Imperatores Constantinopolitanos ægrè id nomen tueri, & ob eam rem urbem & Italiam magnas clades passam, in Basilica Petri post solennia sacra, populi Romani scito ac precibus ipsum Carolum magnâ voce Imperatorem decernit. *Franciscus Guicciardinus homo Italus lib.* 4. *sect.* 12. de hac translatione, ita scribit: post annum octingentesimum, in festo Nativitatis Domini nostri, Leo Papa, non aliâ potestate vel auctoritate, quàm quòd primus esset in populo Romano, unà cum illo elegit Carolum M. in Imperatorem Romanum. Non ergo solus, & jure proprio sibi soli competente Pontifex elegit, sed quia omnes tetigit, ab omnibus debuit approbari. *c. quod. de reg. jur. in* 6. Et sic etiam patet, quòd hæc res priùs quam ad coronationem perveniretur, in Senatu apud populum acta: (hoc n. verba illa: *scitum, preces, consensus*, manifestè indicant) & tum demum Pontifex rogatus est, ut nomine populi Romani actum coronationis & renunciationis publicæ expediret, ut ex Historicis constat. Ubi addunt *Annales Francici, Ado Viennensis, & Regino*, perfectis laudibus & coronatione, Papam Leonem adorasse Carolum, more Principum antiquorum: atq; ablato Patricii nomine, quod primùm in eadem urbe acceperat (& quidem à Pontifice Hadriano consilii publici auctoritate, *c. Adrianus.* 22. *& c. in Synodo.* 23. *dist.* 63. & narrat

Sige-

Sigebertus) Imperatorem & Augustum appellatum. Unde est illud *Gotfridi*: *Tollere sic nomen curia tota notat.*

Nam cùm eo tempore Constantinopoli Irene † Imperatrix, 4.
excœcato filio Constantino, regnaret: populus Romanus turpe ratus Imperium à muliere teneri, summâ consensione in Carolum id transtulit. *Ampl. Dn. Arum. tom. 1. discurs. Acad. 3. fol. 30. à pr.* Quæ res etiam effecit, inquit *Cuspin. in vit. Carol.* Ut solium Imperii à nemine tunc occupatum, quàm à muliere, quasi offerente † Numine 5.
Regi Carolo summis in religionem meritis quasi debitũ daretur.

Et cui meliori jure dedisset, quàm Carolo, utpote qui virtute † nomen Imperatorium meruerat: qui expeditionem Longo- 6.
bardicam susceperat, & Longobardis, Desiderio Rege capto, ac in exilium misso, Italiam extorserat, præsidiis munierat, pacem & legs restituerat.

Quamvis aliorum sententia sit, cõjurationem † esse initam 7.
adversus Leonem Pontif. eumq; urbe expulsum. quo facto legatos ad Carolum venisse, multis precibus pro Rom. Pontifice auxilium adversus conjuratos petentes: annuisse Carolum, & cum exercitu profectum sedasse motus: eumque pro tantis meritis Augustum esse declaratum, & axioma Occidentalis Imperii assensu & applausu pop. Rom. suscepisse. *Donat. Acciol. in vit. Caroli M.*

Aliorum vox est, Romanos † Leonem III. multis affecisse 8.
injuriis, erutis videl. oculis, linguáq; amputatâ; atq; ita fidem Caroli ipsum implorare fuisse coactum. *Egvinhart. in vit. Caroli.*

Cùm verò Carolus intelligeret inauguratione suâ derogari 9.
Imperatoribus Orientalibus, titulo Augustali penitùs abstinuit: donec legitima † & quasi justâ ἐυπλέχϛα, quę erat Impp. Constan- 10.
tinop. assensio, eã roborasset. *Clut. d. th. 4. sub lit. l.* ubi statim addit: ut ergo hos placaret, diversos legatos ablegavit, per quos illorum amicitiã & pacem sempiternã expetiit, quæ post trienniũ tandem, An. fortè 803. referente *Cranz. lib. 3. Sax.* hoc pacto constituta: Ut deinceps in omne tempus Imp. Carolus omnesq; ejus posteri in Imperio Germanico nomen titulumq; Romani & Latini Imperatoris in Occidente, veteriq; Roma gererent: Nicephorus v. & posteri ejus, Imperatores novæ Romæ in Oriente audirentur, & quod

infra Neapolim in Italia est, ad Constantinopolitanum, reliquum ad Romanum pertineret Imperium. Hanc transactionem Michaël quoque Nicephori successor ratam habuit. *Hæc ille.*

Et sic etiam Carolus Magn. Rom. Imperium obtinuit, *ju-*
11. *re* † *transactionis* cum Impp. Orientis, qui ut veri Domini omne jus, quod habuerunt in Imperium Occidentis, Carolo concesserunt.

12. Non ergo per Leonem † Pontificem Imperii dignitas fuit translata, sicut scribit Innocentius III. Papa *in c. venerabilem. extr. de elect.* quòd sedes Apostolica Romanum Imperium in personam Caroli à Græcis transtulerit ad Germanos, & narrant Pontificii, eorumque mancipia & satrapæ *Bellarmin. lib. 5. de Pontif. Rom. c. 8. §. 9. & tribus integr. libb. de Translat. Imp. Rom.* quem inter cæteros refutat *Arnisæus de translat. Imp. Rom. & Auctor dissertationis Politicæ contra Bellarmin. de translat. Imper. Rom. in Politic. Imperial. Dn. Goldast. part. 9. c. 1.* ubi docet, Leonem Imperium minimè transtulisse, nec etiam transferre potuisse. Et *cap. 4.* inquirit in auctores, quos *Bellarminus lib. 1 c. 4.* allegat contra Illyricum, suos quoque allegantem.

Quamvis verò de multis Historicis, quos profert Bellarm. illud affirmare liceat, quod de Jureconsultis dici solet: Quando una avis volat, volant etiam cæteræ. Hoc tamen inquit *fol. 508.* annotare operæ pretium est: dicit se afferre triginta tres historicos, quibus Articulos suos, aut causam summariè propositam probare possit: At Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Lamberdus Schafnaburgensis, Blondus, Platina, Antonius, Nauclerus, Robertus Gagvinus, Philippus Bergemensis, Jacobus Wymphelingus, & Donatus Acciolus contra ipsum producentem militant, quod nec Bellarminus potuit dissimulare: hi autem numero duodecim sunt.

Ex reliquis tres sunt Historici qui Caroli Magni nullam mentionem faciunt: Witichindus enim de Otthone II. loquitur: Luitprandus de Othone Primo: Dodechinus de Lothario & Friderico Impp. qui omnes à Caroli M. temporibus quàm longissimè abfuerunt. Quare cùm quindecim testium jacturam fecerit, cau-

causam quoque ferè pro dimidia parte amisit. Quod si quis superioribus duodecim addat Sigebertum, Leopoldum, Vincentium & Onuphrium,& alios etiam, quos Franciscus Junius adduxit,ut Gotefridum Viterbiensem, Auctorem Fragmenti Historici, Albericum Aventinum, Nicolaum Gillium, reipsâ intelligit, plures pro Illyrico, quàm pro Bellarmino facere, si modò rectè numerare didicerit. *Hæc ille.*

Quid? quod aliqui quasi de falso suspecti fiant etiam ab ipso producente, ut notat *idem ibid.* dum contra Blondum, Æneam Sylvium, Platinam, multa affert, ideo tantùm, quia ante coronationem à Leone factam, Decretum vel Senatusconsultum populi Romani de Carolo eligendo intervenisse dicunt. His enim duobus, inquit, auctoribus, qui ante annos centum floruerunt, anteponere possumus vetustissimos & plurimos Scriptores, qui nihil ejusmodi tradiderunt. Etiamsi Æneas Sylvius Pontifex fuerit, & proinde omni exceptione major. Et de Blondo ait *lib. 1. c. 12. Etsi scribat populi Romani scitum intervenisse, in coronatione Caroli non defuisse, tamen id tradit contra fidem antiquorum.* Nec confessionibus Imperatorum Romanorum vel Græcorum, probatam esse hanc translationem à Papa Romano factam, sed ex eorum verbis & factis contrarias præsumptiones oriri demonstrat *prædictus Auctor c. 5.*

Verùm enim verò coronationem † Leonis urget Bellarm. 13.
& in ejus actu omnem suæ victoriæ monumentum ponit, cujus Argumentum
etiam causâ tot Historicos in scenam producit, quibus evinci pos- Bellarmini.
se putat, rem omnem Pontificis auctoritate gestam esse. Primùm, quia Carolum coronaverit: deinde quia coronatum renuntiaverit. Acclamationem enim populi parum aut nihil ad rem facere existimat.

Confutatur.

Coronationem quod concernit, Respondeo 1. illa electionem & confirmationem † sequitur, & sic sola & per se nihil juris 14.
confert. Siquidem electio † Imperatorem facit, electum verò 15.
declarat coronatio: *Dn. Arumæ. d. l. fol. 27.*

2. Populus Romanus PER † MANUS LEONIS coronavit Carolum, ut expresse indicant verba Sigeberti, anteà à nobis 16.

17. in medium allata. Quod autem quis per alium † facit, ipse fecisse videtur. *c. qui facit. de reg. jur, in 6. l. 1. §. 1. ff. de eo, per quem. & ex Bartol. in opuscul. q. 5. num. 4. Arnisæ. l. 2. de Rep. c. 6. n.* 20. Quod mandato nostro factum est, à nobis factum videtur, nostramque causam vel lædit, vel juvat.

18. 3. Inepta est illa argumentatio: Quicunque coronam † imponit, Imperium dat. Nam in toto ferè orbe Christiano Archiepiscopi Reges ungere & coronare solent: at Regna nõ cõferunt.

Ita REGEM ROMANORUM primus inungit & coronat Archiepiscopus Coloniensis, *Aur. Bull. Caroli IV. tit.* 4. *§. primò quidem, &c.*

GALLORUM Archiepiscopus Remensis, *Aymon. in histor. Franc. lib. 5. c. 36. 39. & 49.*

HISPANORUM Toletanus, *Choppin. de domanio lib. 3. t. 8. num. 3.*

ANGLORUM Cantuariensis, *Modius lib. 4. pandect. triumph. c. 10.*

SCOTORUM Sanct-Andreanus, *Laurent. Obm de jure Episcopali th. 19. lit. f.*

NEAPOLITANORUM Neapolitanus, *Borellus de præst. reg. cathol. c. 49. num. 27.*

SICULORUM Panormitanus, *idem Borell. num. 26.*

SUECORUM Upsaliensis, *Laurent. Obm d. l.*

DANORUM Lundensis, *idem ibid. Dn. Goldast. in replic. pro imper. c.* 36. Christiano tamen III. Regi Danorum coronam imposuit Johannes Bugenhagius Wittebergensis Ecclesiastes, Anno 1537. moderno & viventi Christiano IV. Petrus Wunsdorff Episcopus Selandiæ, An. 1596. ut memorat *Dn. Arumæ. d. fol. 27. & in discurs. 2. ad Aur. Bull. conclus. 20. fol. 111.*

POLONORUM Archiepiscopus Gnesnensis, *Dresserus de translat. Imper. Thuan. lib. 56. fol. 567. & seqq.*

HUNGARORUM Strigoniensis, *Modius d. c. 10.*

BOHEMORUM Pragensis, ex Constitutione Johannis. *Arnisæ. lib. 1. doct. Pol. fol.* 292. quod jus coronandi & consecrandi Regem Bohemiæ antiquitùs habuit Archiepiscopus Moguntinus, *Tritheim.*

Tritheim. in Chron. Sponheim. ad An. 1228. ubi privilegium Ottocari & Wenceslai integrum exhibet, *fol.* 269. & 305. & *Chron. Hirsaug. ad Ann.* 1310. *fol.* 209. *Brusch. de Episc. German. c* 2. *catal. Episc. Mogunt. fol.* 15 *Dn. Cluten. in Sylloge th.* 24. *sub lit. f.*

MOSCHOVITARUM Duci Metropolites coronam confert, *Sigismund Baro de reb. Moschovit.*

ET IN POPULO ISRAELITICO olim Prophetas Reges inunxisse, nec tamen à Prophetis tributum Regibus Israëliticis Regnum, ex Historiis sacris nemini ignotum esse potest.

Nam unctio ab † Hebræis cœpit, apud quos oleum super capite fusum regiæ electionis & sacerdotalis consecrationis signum fuit habitum. 1. *Reg.* 9. 2. *Reg.* 2. 3. *Reg.* 1. *Levit.* 8. 19.

Translato Imperio Cõstantinopolitano, cæteris electionis regiæ † ceremoniis, imitatione Hebræornm, hæc addita fuit, ut qui 20. primùm Imperator renuntiatus esset à Patriarcha Constantinopolitano, in magna Byzantii Basilica oleo unctus, diademate aureo coronaretur. Sic Justinus à Johanne Pontifice unctus. *Cluten. d. th.* 4 *ad lit. d.* Ubi addit: Posteà Constantinopolitani Patriarchæ hanc ceremoniam retinuerunt, non, quòd quid juris in Imperium sibi arrogarent, sed secundùm ritum Ecclesiæ Græcæ, nimirum si Imperator coronæ accipiendæ gratiâ, manifestis delictis pollutus venisset, donec pœnitentiam egisset, liberrimè arceretur. Sic Leo Papa III. Carolum M. cum filio Pipino oleo unxit, & diademate insignivit. Hunc morem posteà tam Pontificatus, quam Imperii successores religiosè observarunt, non quod jurisdictionem se inde consequi arbitrarentur; sed Ecclesiæ precibus & benedictione ea dona sibi interiùs conferri & augeri cuperent, quæ exterior atque visibilis unctio præfiguraret, ut *Alberic. de Rosate in l. Bene à Zenone. n.* 19. *C. de quadrien. præscript. ex c.* 1. *de sacra unct.* existimat. Unde & Frisingens. Sigebert. Ursperg. Naucler. & alii, ejus ritus mẽtionem facientes, benedictionis appellatione eũ nominare cõsueverunt. Maneat ergo hoc quòd Leo coronã † tantũ Imperatoriã Carolo 21. attribuerit *Arnis. de transl. Imp. R. & de subj. & exempt. Cler. c.* 7. *nu.* 19.

Imperium † enim nunquam habuit, quod demonstrat *Reusner. in Isag. Hist. q.* 6. *fol.* 70. & *Matth. Steph. de jurisdict. lib.* 3. & 1. *c.* 3. 22.

num.

num. 89. qui igitur, contra regulam juris, plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet? *l.* 54. *& l.* 120. *ff. de reg. jur. c. nemo de reg. jur. in* 6. *l.* 10. *ff. de acquirend. rer. dom.*

23. Populus † ergo, qui id transferre potuit, Imperium contulit. *Dn. Arumaeus dict. discurs. Academic.* 3. *fol.* 19. *in fin. & sequent.*

Quin ipse *Bellarmin. lib.* 7. *de Laicis. cap.* 6. §. 4. 5. talem
24. format hypothesin: Ex consensu † multitudinis pendere, constituere super se Regem.

Idem de renunciatione Papæ est judicium. Non enim o-
25. mnis qui † renuntiat, propterea actum à se pendere vult. Sic Magistratus olim, ubi creati erant, publicè renunciabantur, id quod & hodiè alicubi observatur. Nemo dicet tales, quia renunciati, sed quia electi sunt. *Auctor dissert. contra Bellarmin. d. c.* 4. *fol.* 511. *in fin.* Archiepiscopus & Elector Moguntinus Carolum V. jam electum nobilitate ac omni multitudine convocatâ, postridiè Francofurti in æde Bartholomæi, pro concione, Romanorum Regem publicè declarat & renunciat: & quòd tantâ consensione sit electus, Deo gratias agendas esse dicit. *Sleidan. lib.* 1. *com. fol.* 24. Non verò ait, Carolum à se solum fuisse electum, quod in præjudicium reliquorum coelectorum fecisset. Ut igitur hic actus non soli Electori Moguntino est asscribendus: ita & ille non soli Leoni, sed omnibus Romanis, sicut *Marianus Scotus, & Martianus Schafnaburgensis* totum illum actum coronationis Romanis disertè asscribunt. Verba igitur cùm generalia sint, generaliter sunt intelligenda, ex vulgato isto. Et verba ubi indefinita sunt, universalium vice funguntur. *Tiber. Decian. Respons.* 17. *num.* 120. *volum.* 1.

Nec quicquam obtinet Bellarmin. ad sententiæ suæ confirmationem adducens Matthæum Palmerium & Volaterranum, cum nihil aliud dicant, quàm quòd Carolus à Leone Augustus vel
26. Imperator sit salutatus. At verò totus † populus talem eum salutavit & acclamavit, quod non tantùm hi duo, sed etiam alii Bellarmini testes asserunt.

27. Cujus antiqui moris † Romani exempla apud Historicos Roma-

Romanos passim sunt obvia. Cùm enim veteres Imperatores Romani in castris eligerentur, hoc militum acclamatione fiebat. Quale est illud: *Probe Auguste, Dii te servent.* & acclamatio Senatus ad Alexand. Severum fuit: *Antonine* (quod nomen ei à Senatu inditum) *Auguste, Dii te servent.* Rursus: *Dii te servent: vincas, valeas, multis annis imperes.* Posthac: *Magne Alexander: Dii te conservent.* Ab omnibus acclamatum: *salva Roma, quia salvus est Alexander*, ut memorat *Vopiscus in vita Alexandri.*

Et illustre exemplum ejus rei ipse adversarius profert *lib. 1. c. 9.* in Odoacre, de quo sic ex Blondo scribit: *Odoacrem ab universo Regem Italiæ salutatum, & in Capitolio tanquam urbis Dominum festivis acclamationibus deductum.*

Quòd si populi Romani salutatio & acclamatio Odoacrem Regem Italiæ fecerunt, cur nō eædem causæ Carolo ad Imperium à populo acceptum proficerent? Ita enim tradit antiquitatis peritissimus Scriptor *Marquardus Freherus in notis ad Chron. Andreæ Presbyt. ad fol. 16.* In hac acclamatione & laudatione olim electio popularis consistebat, ut *apud Paul. Diacon. passim legimus*, refert *Auctor d. dissert. AntiBellarm. fol. 512.*

Et paulò post addit: Nec † interest, an acclamatio coronationem præcesserit, vel secuta sit. Nam coronatio nihil juris præter solennitatem quandam vel publicum testimonium dedit, sed acclamatio, in qua inest consensus & voluntas populi Romani, etjamsi nulla electio præcessisset, non minus hunc Carolum Imperatorem Romanum fecisset, quàm olim publica militum salutatio. 28.

Ex quo etiam efficit, populum Romanum confestim acclamando, † jam renunciationem illam publicam scivisse, in eam 29. consensisse, & suo nomine in publico, in Ecclesia fieri voluisse, & quicquid factum, non à solo Pontifice gestum, sed communi scito & decreto administratum fuisse. Quod etiam tandem ipse Bellarminus agnoscit, dum rectissimè dicit: *Cæteros acclamatione probasse.* Probatio enim vel id probare potest, quod sua non interest.

Si quis verò cum approbatione, ratificatione seu ratihabitione,

 tione,


tione, auctoritatem quoque populi Romani conjunctam fuisse, dixerit, vere dixerit. *Sic ille.*

Ubi hoc addo *ex Dn. Arumaeo d. discurs. 3. fol. 29. in fin.* quòd
30. Pontifex pronunciaverit Imperatorem voce † non suâ. Nam *attestante Egvinharto, teste oculato,* lingua ei amputata fuit, sed populi faustâ acclamatione.

Ex his omnibus summatim ita colligimus *cum eodem Au-*
31. *ctore dissert. AntiBellarm. d. fol. 512. in fin.* Carolum † Magnum, Francorum Regem à Deo singulariter excitatum, fortitudine, auctoritate, potentiâ, aliisque virtutibus instructum, Longobardis in Italia oppressis, eorumque regno destructo, totâ Italiâ ipsâque urbe Româ in libertatem vindicatâ, pro tot tantisque in Rempubl. & Ecclesiam meritis, à S. P. Q. R. omnium procerum Italiæ, Franciæ & Germaniæ consensu, Imperatorem & Augustum declaratum, & publicè uno omnium ore & voce renunciatum, appellatum & salutatum, à Romanis per manus Pontificis Leonis coronatum, tandem ab ipsis Imperatoribus Constantinopolitanis pro eodem agnitum & approbatum fuisse: & cùm toto vitæ usuræ tempore pius, felix, inclytus, victor ac triumphator fuisset, rebus Romanis constitutis, humanis vero destitutus esset, hanc Majestatem Imperialem ad posteros legitimè transmisisse.



CAPUT



CAPUT XVIII.

AN IMPERIUM ROMANUM A PAPA DEPENDEAT TANQVAM FEUDUM: ET NUM ALIQVOD SUPERIORITATIS JUS IN IMPERATOREM EI COMPETAT.



Ujus quæstionis decisio pendet à priori, in qua probavimus translationem Imperii à Græcis ad Germanos in persona Caroli M. factam, partim jure belli, partim consensu & electione populi Romani, partim transactione cum Imperatoribus Orientalibus: jam consequens erit, ut dicamus, cùm illud auctoritate † Papæ non sit translatum, nec transferri potuerit, quia nihil 1.
juris in eo habuit, nullo modo ab eo † dependere ut feudum, quod 2.
Pontifices perfrictâ fronte asserere non dubitarunt.

Cùm enim Lotharius † Saxo coronam accipiendo sese ad 3.
pedes Pontificis abjecisset, & Romanistæ in præjudicium aliorum Sententia
Imperatorum factum contorsissent, adque posteros transmisissent, eo abeunte, Innocentius II. Papa † in Palatio Lateranensi 4.
Lotharium Imperatorem depingi fecit, quasi vasallum ad pedes suos prostratum, & Imperii coronam à se accipientem, his adscriptis versiculis:

Rex venit ante fores, jurans priùs urbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Nn 3 Extat

Extat *in Chron. Hirsaug. in vit. Abbat. Hartvig. & apud Radevic. lib. 1 num. 9. & seqq.*

5. Hæc pictura † Friderico I. Imperatori valdè displicuit. Nam Papæ hominem fieri, idem ei erat ac servum, vel subditum. Proinde eam deleri petiit à Papa, sed non obtinuit. Quin potius Pontifex legatos ad eum misit sat importunos. Unde indignationem non injustam concepit, & proceres omnes tantâ irâ exarserunt, ut Otho de Wittelspach stricto ense in legatum irruerit, confossurus, nisi Imperator intercessisset. *Dn. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 4. ad lit. d.*

6. Adrianus † quoque, ejus nominis IV. omnium ferè Pontificum impudentissimus, in Epistola ad eundem Fridericum I. scripsit: Datum ipsi esse Imperium à Papa, tanquam beneficium seu feudum. *Radeviç. de reb. gest. 1. c. 10.* Ubi refert istam Epistolam,

7. quo nomine Otto † Comes Palatinus increpuit legatum Aposto-

8. licum, & Fridericus † respondit: se coronam nulli, præter Deum & Principes Germaniæ debere. *Sigon. lib. 9. de Occident. Imper. Cardin. Cusan. de concord. Cathol. lib. 3. c. 5.*

9. Ex ollis † Pontificum qui vixerunt, idem posteà affirmare non dubitarunt, Imperium Romanæ sedis feudum, & Imperatorem vasallum, eidemque juramento obstrictum esse. *Marta de jurisdict. p. 1. c. 18. num. 12. Zoanet. in quæst. Num hodiè sit Rom. Impe-*

10. *rium, num. 94.* asserens, Imperii nostri verticem † & cerebrum esse

11. Pontificem Romanum. Præjudicio, † quod aliàs omne tollit judicium, bonus ille vir laboravit: neque aliter potuit, quin exemplo Baldi, in ditionibus Pontificem pro numine colentibus, hanc sententiam defenderet, ut habent verba *Schönborneri lib. 5. Polit. cap. 5.*

12. Consonat & Glossa † *in c. in apibus, quæst. 1.* Qui dicit Imperatorem habere jurisdictionem sine Papa, dicit nos Imperatore carere.

13. Cui nos reponimus: quòd is careat sanâ † ratione, qui di-

Regans. cit: Imperatorem habere jurisdictionem & Imperium nisi à solo Deo, per electionem Principum.

14. Nam is est, qui Regna † & Imperia constituit ac transfert.

Dan.

Dan. cap. 2. v. 21. cap. 4. v. 14. omnisque potestas à Deo est. *Rom.* 13. *v. 1.* & Dei gratiâ Reges regnant. *Proverb. 8. v. 15. cap. quo jure. dist. 8.* Hinc illud in diplomatibus Impp. Wir von GOttes Gnaden, Non von des allerheiligsten Vatters des Bapsts Gnaden. *Dn. Cluten. in Syllog. th. 4. sub lit. c.*

Confirmant & probant idem Imperatores, † quòd Imperium à nullo alio, quàm à Deo immediatè teneant, quem etiam ex eo recognoscant. 15.

Sic enim Justinianus *in l. 1. C. de vet. jur. enucleand. & in pr. constit. de concept. Digest.* A cœlesti majestate Imperium nobis datum, *& in Novell. 73. §. 1.* Imperium Deus de cœlo constituit. *& in l. 2. C de offic. praefect. praet. Afric.* ita scribit: In nomine Domini JESU CHRISTI ad omnia consilia omnesque actus semper progredimur, per ipsum enim jura Imperii suscepimus, per ipsum pacem cum Persis in æternum confirmavimus, per ipsum acerbissimos hostes & fortissimos tyrannos dejecimus, per ipsum multas difficultates superavimus, per ipsum Africam defendere, & sub nostrum Imperium redigere nobis concessum est.

Hoc etiam Henricus IV. Imp. agnovit, dicens: Hunc Imperialem honorem præstitit mihi DEUS, & concors Principum electio.

Agnovit & Henricus Auceps, qui ad filium Ottonem M. dixit: En tibi Imperium, non à majoribus mihi relictum, sed per memetipsum acquisitum, & à solo Deo concessum. *Wittich. lib. 2. rer. Saxon.*

Hinc ex communi septemvirorum † Imperii decreto, Anno Christi 1338. tempore Pontificis Benedicti XII. publicato cautum est, Imperatorem nullum superiorem cognoscere, sed imperium immediatè à Deo tenere. *Aventi. in Annal. lib. 8. art. 2.* 16.

Quin Ludovici † Bavari generali constitutione mendacii, imò læsæ majestatis rei, qui Imperium Pontificis auctoritate acquisitum asseverant, declarati sunt, quam constitutionem integram referemus *infr. cap. 21. de coronat. Cæsar.* Horum igitur Imperatorum confessio unanimis, Imperii decretum publicum meritò derogat & præfertur placito singulari Sigismundi † Im- 17. 18.

peratoris, quando fatetur, Constantinum M. Imperium à Papa Sylvestro feudi nomine accepisse. Sic enim loquitur *in Reformatione sua cap. 10. lib. 2. fol. 151. edit. Basil.* **Also bestund der Keyser wol / vnd regiert ehrlich vnd löblich / biß auff die Zeit / das Constantinus der Grosse Keyser kam / der Aussetzig was / den der Bapst Sylvester reiniget vnd schön machet in der Tauff / da er dem Bapst zu Füssen fiel / vnnd von der Hand alles Erdreich gab in Sanct Sylvesters Hand. Da aber der Bapst jhn wieder zum Keyser machet / vnd er empfieng den Keyserlichen Gewalt von dem Bapst in Lehenweis / vnd als ein Stadhalter vnd Beschirmer des heiligen Christlichen Glaubens / vnnd nam in sein Hand das weltliche Schwert / da ward jhm alle Ordnung vnd weltlich Recht gesetzet vnd gemacht.** Verùm donationem Constantini quod concernit, illam fictam & vanam esse, *supra cap. 16.* probavimus. Nec Sigismundus aliis Imperatoribus, utpote Pontificum fraude, & specie religionis circumventus, præjudicare potest, ut rectè docet *Dn. Dan. Otto apud Dn. Arumæum tomo 2. discurs. Acad. 15. th. 64.*

Exceptio Bellarmini & aliorum. Hic verò *Bellarminus de translat. Imp. c. 9. in lib. de summ. Pontific. c. 7. in respons. ad 8. propos. pro causa Veneta. prop. 1. & in lib. advers. Guilielm. Barclai.* itemque *Covarruv. pract. quæst. c. 1. num. 6.* in arcem divinæ veritatis & saluberrimarum constitutionum arietem suum immittunt, satis audacter negantes, Reges im-
19. mediatè † à Deo suam habere potestatem, quia succedunt aut lege hereditatis, aut electionis, aut donationis, aut jure belli, qui sunt tituli humani, non divini.

20. Eliditur. Sed distinguere debuissent inter † potestatem ipsam à Deo Principibus sine medio concessam, & modos eam potestatem acquirendi, qui sunt humani. *Cluten. th. 4. sub lit. e.* Hinc *Auctor dissertat. Politicæ contra Bellarm. de translat. Imper. c. 3. apud Goldast. in Polit. Imperial. part. 9. fol. 503.* Si verè, inquit, judicare velimus, unus

unus est tantùm, qui Regna & Imperia transfert, reliqui modi media vel instrumenta quædam sunt, quibus prima & summa causa utitur. Sic Matthiæ vocatio procul dubio immediatè erat à Deo: Sors tamen interveniebat, *Act. c. 1. v. 25. & 26.* Perinde ut in electione Saulis. 1. *Sam. c. 10. v. 21.* Papa etiam eligitur à Collegio Cardinalium, an propterea ejus institutio, non est à Deo? quod tamen Bellarminus mordicus defendit, nec adducit locum Scripturæ, quo probet Papæ suam potestatem immediatiùs communicari, quam Regibus. *idem Cluten. ibid.*

Imò Pontificem Romanum Imperii Germanici † vasallum esse, è Gallis asserit *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. num. 136.* Non enim Imperatores à Pontificibus, sed Pontifices Imperatorum largitione nobilissimas Imperii ditiones tenent. *ex Hieron. de Cævall. in spec. commun. opin. q. 739. nu. 4. &c. Reinkingk. lib. 1. de regim. secul. & Eccles class. 2. c. 4. num. 22.* 21.

Et Henricus IV. Imp. Romam † suam urbem vocat. *Frisingens. de reb. gest. Frideric. lib. 1. c. 1.* eandemque illi vectigalem fuisse, tradit *Albert. Stadensis ad annum 1073.* 22.

Novimus etiam, quòd Papæ ipsis Imperatoribus subjectionis † jure fuerint devincti & obstricti: idque apertè fatetur Leo Quartus *in c. de capitulis. dist. 10. c. ult. ead.* & Johannes VIII. *in c. vides. & seq. dist. 10.* 23.

Scimus & hoc, quòd leges † Impp. adeò fuerint generales, & omnes strinxerint, quòd & ipsos Pontifices ac Clericos tenerent. *c. nos si incompetenter. 2. quæst. 7. c. igitur. & c. seq. 23. quæst. 8.* Illiusque jurisdictionis Imperatoriæ in Pontifices vestigium apparet in eo, quòd olim creandi † & degradandi Pontifices potestas penes Imperatores fuerit. Sic enim Otto I. Imp. Johannem XII. Papam sede Pontificiâ deturbavit, & Leonem VIII. surrogavit. Sic & cæteri duo Ottones, primi filius & nepos Papas dedêre, & in Romanos, ut subditos animadvertêre. Sic Henricus IV. Pontificatum Benedicto abrogavit, & Nicolaum II. substituit. *c. quia igitur. c. Reatina Ecclesia. c. nobis. c. Agatho. c. Hadrianus. c. in Synodo. dist. 63. Cluten. d. th. 4. sub lit. b.* donec tandem Henricus V. in Concilio † Wormatiensi Pontifici jure investituræ 24. 25.

ftitùræ cederet, & Lotharius Saxo ob intercessionem Bernhardi Abbatis acquiesceret, *Carion. in vit. Ottonis III. Henrici V. & Lotharij Saxonis. Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 9. num 136. in fin. & seqq. Hottom. disp. feud. c. 8. & 10. Matt. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 1. membr. 1. num. 16.*

Hisce tamen valdè obstare nonnulla videntur, quæ diluenda sunt.

27\. da. sunt verò illa: Primò, juramentum Caroli Magni, † Leoni Pontifici in hac forma præstitum:

Rationes pro sententia priori.

Ego Carolus Imperator, &c. in nomine Christi spondeo & profiteor coram Deo & beato Petro Apostolo, me protectorem aut defensorem fore hujus sanctæ Ecclesiæ Romanæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio.

Ex antiq. comment. Dn. Arnisæ. lib. 1. de jur. majest. cap. 5. num. 3.

28 Secundò, juramentum Othonis I. Imp. † præstitum Johanni XII. Pontifici, vel, ut Platina vult, XIII. cujus formula recitatur *in c. tibi Domino. dist. 63.*

Tibi Domino Johanni Papæ, ego Rex Otho promittere, & jurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per lignum hunc vivificæ crucis, & per has reliquias Sanctorum, quòd si permittente Domino Romam venero, Sanctam Romanam Ecclesiam, & te Rectorem ipsius exaltabo secundùm posse meum, & nunquam vitam, aut mem-

membra, & ipsum honorem, quem habes, meâ voluntate aut consilio, aut meo consensu, aut meâ exhortatione perdes: & in Romana urbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quicquid de terra S. Petri ad nostram potestatem pertinerit, tibi reddam: & cuicunque Italicum Regnum commisero, jurare faciam illum, ut adjutor tui sit ad defendendam terram S. Petri secundùm suum posse. Sic me DEUS adjuvet, & hæc sancta DEI Evangelia.

De hoc juramento aliquando fuit † dubitatum, an fidelitatis esset. Cùm Imp. Henricus VII. cum Roberto Siciliæ Rege inimicitias exerceret, Papa Siculi partibus contra Imperat. adhærente, negabat esse formulam fidelitatis. *Cluten. th. 4, ad lit. B.* Sed Clemens V. in Concilio, quod Viennæ in Gallia habuit, defuncto jam Imperatore Henrico, disertè fidelitatis & homagii juramentum esse pronuntiavit. *in c. un. de jurejurand. Clement. 2.* 29.

3. Obstat dispositio juris † feudalis, *lib. 2. feud. tit. 100.* ubi expreßè rescribit Fridericus Imperator: *quòd omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, & ipse soli Deo, & Romano Pontifici.* 30.

Jam verò juramentum fidelitatis † præsupponit feudi dationem, remque feudalem esse arguit. *Curt. Jun. de feud. p. 1. q. 6. in pr. Jas. in prælud. feud. num. 28.* 31.

Refutantur. Verùm, quis ignorat, aliud esse juramentum † protectio-
32. nis, seu defensionis, aliud itidem fidelitatis, subjectionis, vel recognitionis: illud patrocinii, hoc servitutis inducit speciem. *Matthæus de Afflict decis. Neapol.* 304. *num.* 2. *Felin. in c. meminimus, num.* 7. *de accusat. Arnisæ. de subject. & exempt. cleric. Reink, lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccles. class.* 2. *c.* 4. *nu.* 6.

33. Carolus Magnus ergò juramentum præstitit non † fidelitatis, ut ex ipsis verbis juramenti manifestum redditur: *me protectorem aut defensorem fore hujus sanctæ Ecclesiæ Romanæ.*

34. Idque juramentum puræ † fidei Christianæ servandæ, & Ecclesiæ protegendæ, DEO principaliter, & deinde Ecclesiæ præstatur. *Carol. Molina. in consuetud. Paris. tit.* 1. *in prolegom. num.* 34.

35. Nec Otho Magnus Johanni XII. tanquam † vasallus operam suam pollicitus fuit, ac fidelem operam adversus Berengarium, qui tunc in Italia, pro Imperatore se gerens, Pontificem opprimebat; sed tanquam Dominus. *Cujac. lib.* 2. *feud. c.* 10. *q.* 11.
36. *Reink. num.* 7. Nam eâ ætate Papa † Imperatori jurare fuit solitus, penes quem etiam creandi Pontificis jus ac potestas erat, ut patet *ex can.* 9. 22. *&* 25 *dist.* 63. *Cluten. d. th.* 4. *ad lit. b. & c.* Ubi etiam suspectam, futilem, ac nullius momenti istam formulam juramenti asserere tentat.

37. Capitulum † juris feudalis quod concernit, constat, quod illud sit in extraordinariis, ideoque non Authenticum. Nam ex-
38. traordinaria † illa capitula juris auctoritatem non habent. *Gothofred. Anton. disp. feud.* 1. *th.* 1. *lit. b. Helfric. Ulric. Hunn. de auctorit. jur. c.* 8. *q.* 7. *fol.* 267. & multò minus in hoc casu, ubi veritas juridica & historica, ac ipsa rei evidentia contrarium docet. *Reinkingk. num.* 20.



Caput XIX.

AN IMPERIUM NOSTRUM HODIE RECTE ROMANUM DICATUR.



E Imperio nostro in Germaniam translato, quæri & disputari solet: *An hodie etiam* † 1. *Romanum dici & insigniri possit?*

Non † posse, è Gallis contendunt *Bodin. in* 2. *method. histor. c.7. Thuan. lib. 2. histor. in pr. & Petrus Costalius Adversariorum parte* 1. *ad l. de quibus ff. de legib.* se planè nescire ait, an, & ubinam sit Romanum Imperium.

Opinio negatium, ejusq; rationes.

In quam sententiam etiam è Germanis nostris inclinat *Johannes Sleidanus in Orat. ad Carolum V.* dum Imperium Romanum † occidisse, & ad instar trium præcedentium Monarchiarum, dissipatum, quicquid in Asia & Africa olim tenuit, totum amissum esse scribit: ex maxima & fertilissima Europæ parte, quam possedit, velut ex mole crevisse multa alia Regna, prorsus ab ipso corpore separata, & nihil omninò reliquum esse præter titulum & nomen, quod adhuc Germania retinet, ad quam postremò est delata potestas creandi Cæsaris: qui tamen adeò nulla ex parte conferri potest cum veteribus illis Romanis Imperatoribus, ut ne sedem quidem ipsam Cæsarum avitam, & priscum domicilium, urbem Romam, teneat. 3.

Sed & *Franciscus Irenic. in exegesi Germaniæ lib. 3. cap. 29.* sentit, Imperatorem nostrum Germanorum † rectiùs, quàm 4.

Romanorum dici, tum quia juris & poteſtatis eligendi Germani compores ſint, tum etiam, quia antiqui Scriptores hos Germanorum Imperatores dixerunt.

5. Acriter verò reſiſtunt † *Ampliß. Dn. Arumaeus volum. 1. diſcurſ. Academ. 2 per tot. Dn. Cluten. in Sylloge rer. quotid. th. 6. ſub lit. d. Petr. Heig part. 1. illuſtr. quaeſt. 2. num. 29. & ſeqq. Kirchner. de Repub. diſput. 3 auct. 2. Schönborner. lib. 5. Polit. cap. 5. circa fin. Reinkingk. de regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. claß. 2. c. 2.* & alii, nec abſque urgentiſſimis rationibus, quas abundè recenſet Arumae. & Heig.

Sententia affirmantium, hujusque argumenta.

Primò, Imperium noſtrum Romanum eſſe, & rectè dici, e-
6. vincitur ex prophetia † *Danielis*, qui quatuor ſumma Imperia Aſſyriorum ſeu Chaldaeorum, Perſarum, Graecorum & Romanorum, per ſtatuam, *cap. 2. cap. 7.* per quatuor animalia de terra ſurgentia, *&* 8. per arietem & hircum indicat. Ultimum verò Romanorum ſcilicet, uſque ad adventum Chriſti perduraturum teſtatur. Adhuc ergo Romanum ut ſit, inevitabili neceſſitate evincitur.

7. 2. Hoc verò quia translatum † in Germaniam, non erit mutatum, ſed tale aeſtimandum, quale fuit olim. Nam transla-
8. tio † ſemper cenſetur facta cum ſuis qualitatibus. *Reinkingk. numer. 21. & Ulpian. in l. traditio. 20. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Quoties dominium transfertur ad eum, qui accipit, tale transfer-
9. tur, quale fuit apud eum, qui tradit. Res que ex origine † potius, quàm ex eventu aeſtimatur & conſideratur. *l. ſi procuratorem. 8. in princ ff. mand l. 2. C. de imponend. lucrativ. deſcript.*

10. 3. Si non Romanum indigitaretur, tunc non translatum, ſed potiùs de † novo conſtitutum diceretur. *Simon. Piſtor. conſil. 1. num. 8. inter conſilia Modeſtini.*

11. 4. Quia eadem † gerit inſignia, quae veterum Impp. Romanorum fuêre, Aquilam ſcilicet. At verò inſignium identitas oſtendit, ejus eſſe rem, qui inſignia illa habet. *l. 1. C. de his, quae*
12 *poen. nom. l. 1. C. ut nem. privat.* Et per † ſignum cognoſcitur ſignatum. *l. quod ſi neque. §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vend. l.*

ſtigma.

ſtigmata. C. de Fabricenſ. Dn. Arumæ. d. l. fol. 21. Zaſ. conſil. 6. lib. 1. num. 17.

5. Ubicunque † Imperator eſt, ibi Romam eſſe, etiam 13.
priſcis Commodi temporibus ex arcanis in vulgus ſparſum fuit,
Herodian. in vit. Commod. Hinc probatiſſimorum Politicorum
vox eſt: *Germaniam*, † quæ jam ſedem & culmen Imperii ſuſtinet, 14.
juxta hanc ſententiam *Romam* dici poſſe. *Kirchner. cad. diſput. 3. aſſert. 9.* Nec cum vulgo ſoli illij † Romani dicendi ſunt, qui vel 15.
Romæ, vel in Italia nati ſunt, aut vivunt. Sed juxta juris diſpoſi-
tionem omnes † Imperio Romano ſubjecti, in numerum civium 16.
Romanorum adſcribendi ſunt. *l. in orbe Romano. ff. de ſtat. homin.*
& communis omnium patria Roma eſt. *l. Roma. ff. ad municip.* or-
biſque Romanus *apud Marcellinum lib. 16. Ælium Spartianum, & Lampridium* dicitur ea mundi pars, quæ ad Romanam ditionem
pertinet. Sic Paulus civem Romanum ſe vocat. *Actor. cap. 22. v. 25. & ſeqq.* cùm è Tharſo, Ciliciæ oppido, ortus eſſet. *Actor. cap. 9. v. 11.*

Ut vel ex hoc quoque fundamento, quia Germani † ſub- 17.
ſunt Imperio, & cives Romani ſunt, Imperium apud eos vigens
Romanum perhibendum ſit. *Dn. Arumæ. d. diſcurſ. 1. in fin.* Et de-
cantatum eſt in Scholis, quòd Reſpublica † non ſit in parietibus, 18.
ſed in aris & vocis *Heig. d. n. 29.* Major etiam ſit † Orbis, quàm Ur- 19.
bis auctoritas. *Bald. ad l. ſed & milites. § ſed nec ignominia. ff. de ex-
cuſ. tut. Nicol. Bellon. conſil. 86. nu. 8.* Appoſitè quoque *Franciſcus Zoannet. Italus in quæſt. an hodiè ſit Rom. Imper.* Inprimis conſide-
randum eſt, Romanum † Imperium non includi aut circumſcribi 20.
loco, multò minus in perſona unius vel plurium Imperatorum,
ſed in univerſo orbe conſiſtere, ſicut anima in corpore. Nam ut
anima tota in toto eſt corpore, & in qualibet corporis parte, ut 21.
Phyſicorum docent Scholæ, nec mutilato vel amputato aliquo
membro, ipſa amputatur & perit, ſed manet tota, & regreditur ad
ſuum principium: ita etiam deſtructa † aliquâ parte mundi, vel à 22.
barbaris hoſtibus occupatâ; ſive uno, ſive pluribus captis Impera-
toribus, Imperiũ totum nullâ ratione dici poteſt extinctum. Pro-
inde ridiculum eſt, à certo quodam loco velle majeſtatem Imperii
metiri. *Cluten. d. l.*

23. Quid? quòd & olim † translatâ Romani Imperii sede ab urbe Roma Constantinopolin, Romanum tum nihilominus semper fuerit? *Zoanet. in d. quæst.* & designati Cæsares Constantinopolitani seipsos legibus etiam latis nunquam non Imperatores Romanos nuncuparint? idque familiare est Justiniano Imperatori *in proœm. Instit. constit. de Justinian. Cod. confirm. l. 35. C. de inofficios. testam. &c.*

Confutantur rationes opinionis prioris. Ex modò dictis corruit prima ratio *Sleidani*, asserentis, Romanum Imperium dissipatum esse, amissum, quicquid in Asia & Africa tenuit: separata esse multa alia Regna Europæ. Quamvis
24. enim † amissa, quamvis separata sint multa, tamen nullo modo totum Imperium exinde amissum censebitur. *Dn. Arum. fol. 23.*

25. Corruit & altera ab amissione urbis Romæ, cùm non † urbis, sed orbis terminis Imperium circumscribatur: sitque in voluntate & arbitrio Imperantium sedem, quò velint, Imperii constituere. *idem ibid.*

26. Adde, quòd dominatio Pontificis † Romæ non sit de jure, sed de facto. Quare non tam quid Romæ fiat, quàm quod fieri debeat, spectandum est. *l. 12. ff. de offic. præsid.* Hinc Imperatores constanter contradixerunt, Romam Papæ patrimonio subjectam esse. *Cluten. d. l.* Henricus IV. suam urbem vocat. *Frisingens. de reb. gest. Frider. lib. 1. c. 1.* eandem illi vectigalem fuisse, tradit *Albertus Stadensis ad An.* 1073.

Ad rationem Irenici respondet *Arum. fol.* 24. quòd quidem
27. Germani † eligant Imperatorem, sed electus dicatur Romanus: quia Imperium hoc cum omnibus suis qualitatibus ad Germanos est translatum, & illi ipsi, qui eligunt, tum electus, cives sunt Romani. *d. l. in orbe. & d. l. Roma.*

28. Nec denominationes † antiquorum Scriptorum, qui Imperatorem nostrum Germanorum vocant, attendendæ, sed potiùs rei veritas, primordium & origo, ut anteà diximus. Quamvis certò respectu talis queat appellari, ut jam monebimus.

29. Quod Costalius ait, se planè nescire, an † sit, aut ubinam sit Imperium Rom. nihil rei veritati detrahit: ejusque affectatam igno-

Ignorantiam non solùm miratur, sed & detestatur *Cluten. in Syl-*
log. th. 1. ad lit. b.

Concludimus ergo cùm Imperium Romanum sit Impera-
torem† nostrum non titulotenus, ut opinatur *Alciat in l. 1. §. vete-* 30.
res. ff. de acquir. poss. refutatus à *Zoanet. in d. tract.* Sed reipsâ, &
jure Romanum dici, etsi à Germania, in qua sedem & curiam suam
habet, etiam Germanorum nominari possit. *Kirchn. d. l.* & Impe-
rium Romano Germanicum: sicut in Imperii Recessibus sæpiùs
legitur: Das heilige Römische Reich Deutscher Nation. *Recess. de*
An. 1566. §. Über voriges *Recess. de An.* 1576. §. Weiters seynd
wir/ *& aliis novissimis*, Imò tradit *Kirchner.* Germanorum† Impe- 31.
ratorem ob eam causam honorificentiùs dici hodiè; quòd, cùm
Germania sit viris, opibus ac magnitudine florentissima: Roma-
na nobilitas decoxerit, Romanum nomen nihil præter fecem &
quisquilias reliquum habeat, è Beroaldo homine Italico, cujus
verba integra refert *Arumæ. d. discurs. 2. fol. 19. & Schönborn. lib. 4.*
Polit. c. 4. scribit, quòd mirum videri non debeat, si quis Romam † 32.
in ipsa Roma requirat. Itemque *Lips. lib. 1. de Constant. c. 16.* Illa
ipsa rerum gentiumque domina, & falsò æterna urbs, ubi est? ob-
ruta, diruta, incensa, inundata: periit non uno letho, & ambitiosè
hodiè quæritur, nec invenitur in suo solo.

En suis & ipsa Roma viribus ruit.

Horat. Epod. 16.

Et Poeta alius, nescio quis:

Roma fuit quondam terræ Regina mariq;:
At nunc nec terras, nec mare Roma regit.



CAPUT

CAPUT XX.

DE STATU IMPERII ROMANI.

1. E statu Imperii nostri Romano-Germanici conflictus est Jurisconsultorum & Politicorum per difficilis, quem alii simpliciter Monarchicum: alii Aristocraticũ: alii ex Monarchia & Aristocratia temperatum, seu mixtum dicunt: alii rursus statum quidem Monarchicum, sed gubernationem Aristocraticam esse contendunt. In cujus quæstionis per quàm cerebris decisione primò enodandum est etymon nominis.

2. Significatio vocis Monarchiæ duplex. Sciendum ergo, vocabulum † *Monarchiæ* dupliciter ab auctoribus usurpari, ut notat *Christoph. Besoldus in tract. de jurisdict. Imp. Rom. q.* 2. Primò à Politicis (& quidem propriè) ea Reipublicæ species Monarchiæ vocatur, ubi unus aliquis imperat solus, & summam in Repub. sua potestatem habet, qui legibus est solutus, & qui nec intra nec extra suum territorium dominum agnoscit. Interdum verò Monarchia usurpatur pro magno aliquo Imperio, quod potentiâ, præeminentiâ & auctoritate, omnia alia Imperia superat: quodque, ut *Suetonius* alicubi dicit, arbitrium tenet orbis terrarum. Nec non *Christophorus Helvicus in dissertatione de quæs-*

sum.

sum. Imper. thes. 10. *apud Nobiliss. Dn. Goldastum in Polit. Imperial. part.* 8. *fol.* 475. Monarchiæ voce utimur ex recepto more, pro summo Imperio inter omnia eminente, κατ᾽ ἐξοχὴν, juxta Scripturæ literam, quæ talibus regnis *Orbis Terrarum* dominium attribuit. *& th.* 12. Quamobrem, inquit, nihil movemur Etymologiâ Græcâ ex μόνος & ἀρχὴ, quam *Bodinus* obtendit *in Methodo cap.* 7. cùm per Monarchiam nihil aliud intelligamus, quàm *Imperium in mundo summum, à Daniele præfiguratum, quod DEUS præ cæteris potentiâ instruxit, & dignitate ornavit, ut cætera ad illud respiciant.*

Talem Monarchiam qui dicunt, moventur potissimùm infallibili *Danielis* † prophetiâ, totius Orbis gubernaculum à diluvio ad finem usque mundi, in quatuor Monarchias seu Imperia principalia dividente *c.* 2. per statuam, *c.* 7. per quatuor animalia de terrâ surgentiâ, *c.* 8. per arietem & hircum. 3. Argumenta pro stabilienda Monarchia Imperii Romano-Germanici.

Et quidem ipso Prophetâ interprete, aureum statuæ caput, & bestia prima, Regnum Babylonicum denotat. Pectus, brachiaque argentea, cum bestia altera, & ariete bicorni Regnum Persarum & Medorum: femora ænea, animal tertium, sicut & hircus unicornis Imperium Græcorum. Tibiæ ferreæ, & animal quartum Romanorum Monarchiam. At pedes mixti & fictiles divisionem ejusdem depingebant.

Sunt & alia Monarchici Imperii † signa ex ritu & solenni inauguratione Cæsaris, & argumenta fortissima ex jure Majestatis & Regalium majorum petita. 4.

Quæ verò illa inquis? scilicet quòd Imperator † Germanus magnificâ oratione sacræ Majestatis à Principibus salutatur, quòd sceptra, Regale solium, corona, pallium Regale, pomum, quod orbis figuram repræsentat, ipsi dantur. *Sleidan. lib.* 2. *comm. fol.* (*mihi*) 47. 5.

Insuper Germaniæ Principes sunt ligii vasalli & fiduciarii Imperatoris Romano-Germanici; ab eodem investituram accipiunt, Imperatori juramento obstringuntur, fidelitatem promittunt, (quos Imperator exinde non tantùm Imperii, sed & suos fi-

deles vocat) fiduciaria obsequia præstant, ipsum verum Magistratum agnoscunt, in subscriptionibus suarum literarum & supplicationum, quæ ei exhibentur, se subjectissimos nominant, crimen læsæ majestatis ex causis, jure de ejusmodi crimine expressis, contra eum committunt, in bannum etiam justa ex causa ab eo declarari possunt. *Dn. Besold. de jurisdict. Imp. Rom. q. 16. fol. 44. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num.* 8. Solus Imperator de Regalibus Imperii feudis investire potest. *Aur. Bull. Caroli IV. tit. 5. & Constit. Imperii de An.* 1521. §. Vnd behalten vns. de iisdem solus etiam cognoscit. *Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 7. in dict. Constit. Imper. de Anno* 1521. §. Ob auch Sachen. *Ampliss. Dn. Arumæ, volum. 1. discurs. Acad. 11. Geil. 1. observ. 29. num. 7. Frider. Mindan. lib. 1. de process. extrahend. c. 9. num. 4.*

6. Quid de Majestatis seu Regalium † majorum, quæ à solo Imperatore dependent, dignitatibus? solus Imperator potest jura & dignitates Regales per privilegium vel investituram conferre, & per privationem ex justa causa adimere. *Sixtin. num.* 8 creare Reges (quod Regem non posse, asserit *Kirchn. in orat. de stat. Imp. Rom. & de Repub. disp. 2. th. 5. ad lit. d.* cùm Reges quoad Regiam dignitatem inter se pares sint: Regem verò qui creare velit, Rege omnino majorem esse necesse sit) Electores, Principes, Archiduces, Duces, Comites Palatinos, Marchiones, Landgravios, Burggravios, Comites, Barones, quibus & regalia feuda confert. *c. 1. quis dicat Dux. Com. vel March. ubi Alvarot. n. 2. Afflict. n. 1. & 2. Præpos. & Bald. n. 1. Zas. part. 5. de feud. n. 11. Dn. Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7. Rosenth. de feud. c. 5. conclus. 2. n. 3. Borcholt. de feud. c. 4. num. 11. & in explic. c. 1. num. 20. quæ sint Regal.* Quò enim major & sublimior Reipublicæ potestas, eò majores etiam Reipub. summus creare potest. *Kirchn. d. th. 5. ad lit. d.* & tanto quis major & illustrior, quò majoribus & illustrioribus præest. *Novell. 15. c. 1. in fin. Andr. Knich. de sublim. & Reg. territ. c. 1. num. 2.* Fit autem illa collatio honorum & dignitatum vel mediatè vel immediatè. *Claud. Seysel. in spec. feud. rubric. qui feud. dar. poss. Rosenthal. d. l.* Nobiles. *l. ult. § viros illustres. 2. C. ubi Senat. vel Clariss. l. 3. C. de consulib. l. 5. de divers. rescript. & ibi. Dd. & in l. 1. ff.*

de

de natal. restit. Bart. & *alij in l. 1. C. de dignit. Tiraquell. cap. 5. Jason. in l. omnium. 19. C. de testam.* eosque propriè nobiles dici censet *Alvarot. consil. 22.* quos Imperator nobilitat, & tales Nobiles ac Equites ab Imperatore creatos, aliis ejusdem Ordinis à Regibus creatis præferri, tradit *Petr. Calefat. in tractatu suo de Equestri dignitate, num. 44. vers. videamus.* Cæsaris enim hoc proprium, ut Nobiles conservet & efficiat. *Plin. in Panegyr.* quam sententiam non solùm juri magis esse consentaneam, asserit *Valentinus Försterus lib. 8. de success. ab intestat.* sed & in Germania consuetudine receptam, testatur *Dn. Helfricus Ulricus Hunnius in tract. feud. c. 6. n. 5.* propterea rescripta & privilegia loquentia de nobilibus, de illis intelligenda. *Castrens. consil. 22.*

Etsi autem nobilitandi jus Imperatoriæ majestatis sit liberrimum, & uno verbo possit Ducem & Comitem, nedum nobilem creare, ut asserit *Kirchner. d. disput. 2. auct. 5.* niti tamen probabilibus rationibus collationem dignitatis debere tradit. Nam dignitas indignitate afficitur, ut Imperator Michaël dicere solebat, cùm indigno nobilitatis dignitas confertur. Quæ collatio licet in Principe regulariter præsumatur. *c. si quando. §. fin. de rescript. Geil. 2. observ. 58.* non tamen itidem ex iis, quæ facto constant, *ex Dec. consil. 198. Alexand. consil. 49.* Comites Palatinos, qui impropriè ita dicuntur. *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 2. num. 33. Ferrariens. Montan. lib. 5. de feud. c. 7. Rosenthal d. num. 4.* Tabelliones seu Notarios. *Paris. de Puteo in tract. de Syndic. in verb. excess. Baron. erga subdit. c. 1. num. 9.* & *13. Pruckman. in rubric. quæ sint Regal. c. 3. num. 2. Zas. d. p. 5. num. 14. Borcholt. in d. c. 1. nu. 4. Bocer. de Regal. num. 161.* Doctores. *Ferrar. Montan. d. c. 7. Sixtin. d. c. 2. num. 27.* & *num. 8.* refert Lancellotum, Laudensem & Afflictum dicentes, id in Imperatore adeò verum esse ut uno verbo Doctorem creare possit. Licentiatos & Magistros, *idem Sixtin. nu. 29.* & *32.* Poëtas. *Ferrar. dict. cap. 7.* Quamvis verò dignitas illa & potestas creandi Doctores, Licentiatos, Magistros, Notarios, Poëtas, sit de reservatis Imperatoris, tamen ob longinqua itinera & difficultates conveniendi, ex sin-

Pp 2 gulari

gulari privilegio, & aliis, ut Comitibus Palatinis (legitimo tamen thoro qui sint nati. *Receß. Imp. Francofurt. de An.* 1442. §. Von dem heimlichen Gericht.) illa fuit concessa. *Ferrar. d. c. 7. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 1. membr. 2. num.* 67. 68 itemque facultas alia jura conferendi, qualia nonnulla in specie recensentur à *Sixt. d. c. 4. num.* 103. & 104. qui *num.* 115. monet, quantum intersit Reipubl. ne Comites Palatini suâ potestate abutantur, inprimis in Notariorum creatione. Solus etiam Imperator Academias concessis privilegiis potest constituere. *Schneidewin. de feud. part. 2. num.* 98. *Anton. de Petra de potest. princ. c.* 13. *num.* 34. *Zas. Ferrar. Vult. Rosenthal. dd. ll.* id quod usus etiam testatur, ad quarum constitutiones, si privilegia Imperatoria adsint, Pontificia confirmatio nō est necessaria, ut demonstrat *Kirch. d. disp. 2. append.* 4. Leges universales ferre. *§. sed & quod Principi placuit. Instit. de J. N. G. & civ. l. 1. ff. de constit. Princ. l. 3. & ult. C. de ll.* easdemque interpretari. *l.* 11. *ff. de ll. l.* 9. *& ult. C. eodem.* relaxare. *Vasquius in illustr. controvers. c.* 25. *Prutkman. de Regal. §. soluta potestas.* Hinc fit, ut interpretatione à Principe valeat muti vel surdi testamentum. *l. 7. ff. qui testam. fac. poss.* Privilegia varia concedit; & à prædecessoribus data confirmat. *Sixtin. dict. num.* 8. de Regalium validitate & interpretatione, menteque à se, vel prædecessoribus datorum privilegiorum solus cognoscit. *eod. num.* 8. *& c.* 8. *num.* 1. *&* 2. Sed & clausulâ plenitudinis potestatis, proprii motus, & certæ scientiæ facultatem utendi habet. *d. nu.* 8 Spurios per rescriptum legitimat, quæ legitimatio, ut soli Imperatori reservata est, & cui ille potestatem legitimandi concessit, ut Comitibus nonnullis Palatinis. *Novell.* 89 *c. 9. l. 3. & tot. tit. ff. de natal. restit. Matthæus de Afflict. c. 1. num. 1. quæ sint Regal. Jacobin. de S. Georgio, de feud. in verb. Princeps Pedemontium. vers. sed an Princeps. num. 6. Gail. 2. obser.* 142. *num.* 1. & 3. *Rosenthal. d. conclus. 2. num. 4. Sixtin. d. num. 8. fol. 64. in fin.* ubi errare scribit *Menochium consil.* 799. *num.* 30. dum jus legitimandi etiam Cameræ Imperiali competere asserit. Amplius: Famæ & honoribus restituit. *l. 1. §. 10. ff. de postuland. l. 1. & ibi Dd. C. de sentent.*

prost. Caberan. decis. 101. *num.* 2. Veniam ætatis concedit, quod supplementum ætatis solummodo in aula Imperatoris petitur. *l.* 1. *& tot tit. C. de his qui ven. ætat. impetrat. Matth. Stephan. d. l. num.* 137. *Afflict. in d. c. unc. num.* 81. *Jacobinus d. l.* absolvit à juramento ad effectum agendi. *Ordinat. Camer. part.* 2. *tit.* 51. *Sixtin. d. num.* 8. *Borcholt. c.* 1. *num.* 4. ab Imperatore ad alium superiorem non conceditur appellatio. *l.* 1. §. 1. *ff. à quibus appellat. non lic.*

His quid pro Monarchica dignitate dici potest clarius? ob quæ & alia jura Imperator in summo fastigio constitutus, omnium dignitatum † fons dicitur, ex quo præeminentiæ & tituli derivantur: & tanquam radii à sole dignis communicantur. *l.* 3. *ff. de natal. restit. & c.* Sic & *Cuspinianus in Austria sua*: de fulgore throni Cæsarei, velut ex Solo radii, sic cæteræ prodeunt dignitates. Tantæ enim celsitudinis est, ut ex mortalibus parem habeat neminem. *Schönborn. l.* 5. *Pol. c.* 15. 7.

Non ergo immeritò miratur *Sixtin d. num.* 8. *Johannem Bodinum*, virum alioqui doctissimum & plurimæ lectionis *lib.* 2. *de Repub. c.* 6. in contemptum & summam extenuationem Majestatis ac potestatis Imperatoriæ, Regaliumque inde dependentium, varia notoriè falsa congerere, ex quibus præter alia est, quòd jura Majestatis † Imperii, quæ & Regalia appellantur, sint penes Ordines in conventibus Imperii, puta Principes inferiores & civitatum legatos: quòd illi non solùm singulis Principibus ac civitatibus; sed & ipsi Imperatori leges ferendi, de pace & bello decernendi, vectigalia ac tributa imperandi: ac judices Imperialis curiæ, qui de capite, famâ ac fortunis omnibus Imperatoris, Principum ac civitatum judicare possint, dandi jus habeant. *dict. cap.* 6. *num.* 223. quò à reliquis, tanquam summam Reipub. potestatem habentibus, Principes, Duces & Comites creentur: Imperator verò à Ducibus & Principibus creari soleat. *num.* 224. ubi Imperatorem planè subditum facit, inquiens: Quo igitur modo Rex idem & Subditus? Cliens & Patronus? Vasallus Imperii & Monarcha? *& num.* 224. scribit: Imperatori Provincias Imperii obeunti, occurrunt quidem Principes pro suâ quisque dignitate, 8.

ſed tamen quaſi peregrino Principi. Quin *l. 4. c. 1. num.* 391. Imperatorem Venetorum Duci parem, ni inferiorem conſtituit penè. Illum & tantâ poteſtate præditum Venetorum Duci comparat Ignorantius ille, in remota Gallia res Germanicas ſcribens, quem *lib. 2. cap. 1, num.* 181. ſolum eſſe ſcribit ex omnibus Magiſtratibus, qui Imperio vacet: qui nec vocare quenquam ad ſe, nec prehendere, nec jure rogare, nec plus in unoquoque collegio, ſeu maximo, ſeu minimo poſſit, quàm collegarum unus: præterquàm quòd poſtremus ſuffragium ferre conſueverit: at ne Principis quidem ullius aut populi literas reſerare, aut legatos admittere, aut dimittere, niſi pro Collegio ſeptemvirorum, aut decemvirorum, ac ne urbe quidem injuſſus exire poſſit.

Rectè ergo *Tobias Paurmeiſter. de jurisdict. lib. 2. cap. 2. num.* 58. de his, quæ de Imperio Romano-Germanico ſcripſit Gallus judicat, tot eſſe commenta putidiſſima, quot ferè ſint verba. *Iterum:* puderet hominem, ait, tantæ de rebus ignotis deblaterandi temeritatis, quem ſi non aliunde, at certè ex Principibus ſuæ gentis certiora diſſerere decuerat, quibus, ſi tam abjecta eſſet Cæſarum conditio, non ita magnus aliquoties fortè ſtetiſſet diadematis Imperialis ambitus.

Argumenta Bodini deſtruetia Monarchiam Imperii, eorumque confutationes.

Sed ordine & accuratiùs excutiemus argumenta, magis plauſibilia & ſpecialia, quibus Majeſtatem Imperatoriam, dignitatem ac Monarchiam Imperii oppugnare, econtrà Ariſtocratiam abſolutam inferre & ſtabilire conatur.

Primum habet *lib. 1. de Republ. cap. 8. num.* 87. & petitur

9\. Argumentũ primum

ex formula † juramenti, quòd Imperator in inauguratione vel inthroniſatione præſtare tenetur, quòd leges omnes Imperii minimè violare, Auream Bullam non ſolùm confirmare, ſed & cùm res ita feret, de ipſorum conſilio amplificare: jura, privilegia, dignitatem Principum & Ordinum Imperii minimè convellere, aut immutare: nec Electorum conventum impedire velit. *Sleidan. lib. 1. com. fol.* 26.

Nos hâc Syllogiſmi metâ rem concludemus:

Quicun-

Quicunq; tenetur † legibus, ille non habet 10.
Majestatē ac proinde non est Monarcha:
Nam majestas est soluta legibus.
Imperator Romano-Germanicus tenetur
legibus; ut jam probatum. Ergo.

Respondeo. De prosyllogismo seu probatione propositio- Responsio.
nis majoris nobis erit videndum. Dicam igitur breviter quid res
sit. Majestas est soluta legibus, scilicet civilibus † & positivis, iisque 11.
omnibus *l. Princeps. 31. ff. de ll. l. 22 ff de legat. 3. §. final. Instit. quibus mod. testam. infirm. Novell. 105, c. 2. in fin. Dauth. ad l. 3. nu. 2. & seq. C. de testam. Dn. Vult. ad §. sed & quod Principi placuit. nu. 5. & seq. Inst. de J. N. G. & Civ.*

At summa potestas non est soluta legibus divinis † ac natu- 12.
ralibus. *Deut. 17. v. 18. 19. c. non licet. 2. dist. 10. §. pen. Instit. de jur. N. G. & Civ. l. 188. §. 1. ff. de reg. jur. Roland. à Valle. consil. 1. num. 22. volum. 2. Andr. Knichen. de jure Saxon. non provocand. in verb. Duc. Saxon. cap. 1. num. 37.* & ultrò fatetur *Bodin. dict. cap. 8. num. 84.*

Nec est soluta legibus † fundamentalibus Regni, seu status, 13.
Capitulationis nomine venientibus, communi consensu sancitis & approbatis. *Johan. Dauth. ad l. 3. num. 5. C. de ll. Hotoman. illustr. quæst. 1. Tiber. Decian. respons. 19. num. 124 volum. 3.* contra quas disputare, etiam crimen majestatis esse, ait *Petr. Gregor. Tholozan. de Repub. lib. 7. c. 10. num. 1.*

Suntque illa † ut plurimum de Reipub. commissione, sum- 14.
mi Magistratus constitutione, de pacis ac tranquillitatis conservatione: adeoque ad Imperii pertinent salutem, ex qua ipsius Imperatoris auctoritas, salus & felicitas dependet. *Theodor. Reinkingk. lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. class. 3 cap. 9. num. 4 & 5.* Sic hodie in Imperio nostro pro legib. fundamētalibus agnoscenda est Aur. Bull. Caroli IV, in qua forma electionis expressa est, & clau-

clausulis derogatoriis munita: magna pars Recessuum Imperii; constitutio de pace religionis, transactio Passaviensis. *Treutlerus volum.* 1. *disput.* 1. *th.* 3 *ad lit. b.* Unde *Springerus in tract. de pace religiosa c.* 1. hanc Palladium Imperii nostri indigitat.

15. Nec ullum † hodiè Imperium, ullum Regnum (tyrannicum, & dominatum excipio, de quo paulò post) quod nullis Imperii & Regni legibus ac juramenti religione gubernatorem suum sibi adstrinxerit, & sibi devinctum esse voluerit, quod etiam testatur *Amplis. vir Dn. Frideric. Hordleder. in discurs. ad Sleidan. th.* 4. *apud Goldast. in Polit. Imperial. part.* 31. *fol.* 1371. *& th.* 5. in

16. specie id asserit de Germanorum Imperatorum † potestate, quòd ea duobus veluti frenis sistatur ac retinaculis: Capitulatione, (id est, lege Germanorum Regiâ; vel lege Imperii, à variis capitibus ita dicta) & Juramento Fidelitatis, quod præstatur Imperio. Jurat enim antiquo more, & jam inde usque à Carolo Magno ad nos deducto, cùm inauguratur Imperator, præeunte conceptis verbis Electore Coloniensi, bis fidelitatem Imperio. Et cùm juravit, tum demum promittitur ei fides & obsequium à populo. *th.* 8. Cur verò diligenter adeò & anxiè? respondet *ex Julio Pflugio: Ne durius, quàm oportet, regnantes aliquid contra Ecclesiam Christianam, Rempublicam ejusve libertatem faciant. Utq. homines nostri intelligant, se non in hominis cujusdam acerbioris, sed in patris perbenigni potestatem venire.* Habent & omnia Regna certas leges & præscripta, quibus omnis forma ac modus gubernationis constringitur & deducitur.

17. Quid enim aliud illæ † leges, quàm Imperiorum vincula, gubernationum retinacula, termini ac limites, quibus gubernatores intra muneris atque officii sui rationem continentur, ut nihil tam necessarium ad tyrannidem ab Imperio amoliendum, quàm certarum legum & constitutionum orbitam esse intelligamus. *Kirchner. in orat. deflat. Imp. Rom.* sed quoniam persequi testimonia singulorum Regnorum nimis laboriosum ac planè infinitum esset, quædam illustriora orbis Christiani, seu Europæi, ex Scriptoribus Regnorum, quasi exempli loco adscribemus.

Ini-

Initium autem faciemus à Regno Gallico, cujus legibus 18.
REGES GALLIÆ † teneri, adeoque esse βασιλείαν κτ̀ νόμον, disertis verbis testatur Clariß. Galliæ Jurisconsultus & Historicus *Franciscus Hotomannus in Franco-Gallia sua. c. 25.* Ubi docet; Regibus † Franco-Galliæ non immensam atque infinitam potesta- 19.
tem à suis civibus permissam: ut legibus omnibus soluti dici possint: sed eos certis legibus & pactionibus (quarum nonnullas infra videbimus) obligatos esse. Et *cap.* 17. postquam docuisset, Regum abdicandorum summam potestatem penes ordinum comitia fuisse, ejusque potestatis documenta protulisset ex Annalibus Francorum, subjicit: Atque hoc quidem præclarum ac singulare majorum nostrorum facinus eò diligentius notandum est, quod in primordiis ac propè incunabulis Regni gestum, quasi quædam testificatio fuisse videtur, ac denunciatio, Reges in Francogallia certis legibus creari: non Tyrannos, cum Imperio soluto, libero, & infinito constitui: Nec non *cap.* 12. consentaneum esse scribit, hanc constituendæ Reipub. formam Francos à popularibus suis sumpsisse; de quibus *Tacit. in lib. de morib. Germanor.* ita scribit: Regibus non est infinita aut libera potestas. Quid? quòd ipse *Bodin. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 88. recenseat duas † jurisjurandi formulas, 20.
quarum priori Philippus I Rex Francorum, Henrici filius, Regno sese obligavit: Posteriorem verò ex antiquissimis Bibliothecæ Gergobiorum archivis excerptam, omnibus Regibus ad intuendum, & invitandum proponit. Quin & *Steph. Jun. Brut. in vindiciis contra tyrannos, in repetit. ad quæst.* 6. refert juramentum Regum Francogallicorum ex Aymonio, ubi videre licet. Quo sacramento priùs præstito, statùs deinde ipsi fide se obstringunt.

Deveniamus ad REGES HISPANORUM. † hos sub 21.
ingressu sui Regni jurejurando se obstringere, testis est *idem Brutus d. l.* ubi formulam recitat, quam Hispani in Regum suorum inauguratione usurpant.

Quid de REGIBUS ANGLORUM † dicam? Dicam ex ipso 22.
Bodino l. 1. *de Repub. c.* 8. *n.* 90. quò in loco hæc verba habet: Reges Anglorum non aliter initiantur, quàm si jurejurando promiserint, se leges patriæ minimè violaturos.

23. DE REGIBUS SCOTORUM †audiamus *Georgium Buchanamum in dialogo de jure Regni apud Scotos.* Sic verò ille: Reges nostri, inquit, cùm publicè inaugurantur, populo universo sanctè promittunt, se leges ac majorum ritus, veteraque instituta servaturos: eoque jure, quod à majoribus acceperunt, usuros.

24. DE REGIBUS UNGARORUM † testatur *Anton. Bonfinius decad. 4. lib. 9. rerum Ungaricarum,* quòd & ipsi Regnum suum ineuntes in leges Ungariæ jurent: ibidemque recitat formulam juramenti Regii Uladislao II. Regi Bohemorum, Ungarorum Regi renuntiato, à Johanne Varadiense Episcopo propositam, Anno Christi 1490.

25. REGES POLONORUM † ET EPIROTARUM patria decreta & jura sese observaturos, jurejurando Regno spondere consuevisse, auctor est *Bodin. d. num.* 88. & simul proponit formulam, in quam Henricus Andium Dux, Polonorum Rex renunciatus juravit.

26. REGES BOHEMORUM, †quando inaugurantur, solenni juramento se obstringunt, & inter jurisjurandi capita Hussitis non secus, quàm Catholicis suum patrocinium præsidiumque juratò promittunt. *Auctor libelli de postrem. motibus Galliæ, fol.* 7.

27. Jurant etiam REGES DANORUM † Lauterbach im Regentenbuch.

28. Necnon REGES SUECORUM † *David Chytra. in Chron. Sax. de An.* 93. 94. & 95.

Si itaque Imperatorem Romano-Germanum Majestate Imperatoriâ ob id fraudare velis, quòd certis juramento firmatis
29. conditionibus teneatur, neminem omnium† Regum Monarcham appellabis, nisi illos, qui liberrimâ tyrannide in suos utantur, quique voluntatem pro lege, libidinem pro jure ducunt, juxta Poëtæ illud:

Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Ex modò igitur prolatis testimoniis liquet, quid judicandum sit de

de illis, quæ *Bodin.* scribit *d. l. num.* 94. plerique, & quidem ii, qui plus in eo genere sapere sibi videntur, statuunt, Principem in leges patrias jurare oportere. Quæ quidem disciplinæ † jura majesta- 30.
tis, quæ sacrosancta esse debent, omninò labefactant & convellunt, cum paucorum populive imperio conturbant. Quasi verò dum Regibus Galliæ præstatione juramenti salva † manent jura 31.
majestatis & legum civilium potestas, juramenta aliorum Regum majestatem imminuant, & vim, ut loquitur *Tacit.* resolvant principatus. Quodque per juramentum servandarum publicarum pactionum gratiâ interpositum, Majestati Principis nihil detrahatur, latè disserit *Dn. Reink. d. c. 9. per tot.*

Instat ille *num.* 93. quòd Monarcha, cùm sit summus Princeps, & omnium supremus, post Deum æternum nullius † jureju- Instantia. 32.
rando teneatur.

Respondeo, Quando Imperator vel Rex in Imperii leges Responsio.
jurat, tunc jurat ipsi † Imperio vel Regno, quod, attestantibus ma- 33.
gni nominis Politicis, ut antiquius Imperatore vel Rege: ita & perpetuò majus & superius est eodem. Quippe Regni † majestas 34.
est realis & perpetua: Regnantis † personalis, quæ cum persona 35.
extinguitur: Imperium majestatem à nemine hominum habet: Rex & Imperator ab Imperio. *Herman. Kirthner. in dict. orat. de stat. Imper. Roman. Althus. in Polit. cap. 10. post Stephanum Junium, Obrechtum, atq; à se allegatos alios*, idem prorsus docet *Dn. Hordleder. d. th.* 8. Imperatorem minorem esse Imperio, ut Pontificem Concilio, Episcopum Capitulo, Actorem universitate, atque adeò quemlibet hodiè Regem eo, cui jurat, Regno. Quamvis divortium ab illis novissimè faciat *Reinkingk. lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. class. 5. c. 9. per tot.* eorumque argumenta infringere aggrediatur. Quod de Concilio fuit dictum, & esse id supra Papam, de eo nondum convenire inter Canonistas tradit *idem num.* 35.

Docet & hoc *Hordlederus*: Imperatorem † populo purè: 36.
populum † Imperatori sub conditione jurare. Idemque anteà do- 37.
cuit *Stephanus Junius Brutus in vindic. contra tyran. in repetit. ad quæst. 3. fol. 154. Althus. in Polit. c. 38. fol. 849.* eumque secutus

Philip. Hænon. disput. Polit. 2. th. 5. Scilicet: *Si præstet fidem juratò datam: vel si Magistratus, Rex, Princeps, justè & piè, non tyrannicè imperaturus sit.* Hæc conditio si minùs impleatur, solutus est populus, irritus contractus, obligatio ipso jure nulla, ut scribit *idem Hænon. d. th. 5. ad lit. b.* Huc refero egregia illa verba *Lamberdi Schafnaburgensis, de statuum superioris inferiorisq; Saxoniæ, & aliorum cum iis fœderatorum principum legatis, ad Henricum IV. Imp. apud Johan. Pistorium tom. 1. vet. Germ. script. fol. 193.* Postremò, „ per Deum rogant, inquit, ut justa postulantibus sponte annueret, nec sibi magni cujusdam atque inusitati facinoris necessitatem imponeret. Si ita faceret, se promptissimo animo ei, sicut hactenus, servituros. Eo tamen modo, quo ingenuos homines, atque in libero Imperio natos, Regi servire oporteret. Quod si armis cogere instituisset, sibi quoq; nec arma deesse, nec rei militaris peritiam. Sacramento se ei fidem dixisse. Sed, si ad ædificationem, non ad destructionem Ecclesiæ Dei Lex esse vellet. Si justè: si legitimè: si more majorum rebus moderaretur. Si suum cuique ordinem: suam dignitatem: suas leges, tutas inviolatasque, manere pateretur. Sin ista prior ipse temerasset, se jam Sacramenti hujus religione non teneri. Sed quasi cum barbaro hoste, & Christiani nominis oppressore, justum deinceps bellum gesturos, & quoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro Ecclesia Dei, pro fide Christiana, pro libertate etjam sua, dimicaturos, &c.

Argumentum secundum.

Argumentum secundum, quo adversarius gubernationem Monarchicam oppugnat, *lib. 2. de Repub. d. c. 6. & passim*, itidem petitur ex articulis Carolo V. propositis *apud Sleidan. lib. 1. fol. 27.*
38. quòd Imperator absque consensu † Electorum jus non habeat leges dandi, nec de rebus Imperii fœdus aut pactum cum exteris faciendi, nec bellum & pacem decernendi, vectigalia ac tributa imperandi, facultates Imperii distrahendi nec oppignorandi, &c.

5.
Responsio.

Respondeo. Hæc omnia ac singula, si gubernationem Monarchicam tolleret, ne quidem Regnum Galliæ, nec Hispaniæ, nec Angliæ, nec Scotiæ, nec Ungariæ, nec Poloniæ erit Monarchicum (in

(in suo genere) ut ad oculum ex Regnorum illorum statutis & legibus fundamentalibus demonstrabo.

Lex prima fundamentalis REGNI GALLICI, † referente 39.
Hotomanno cap. 25. in Franco-Gallia sua, hæc est: Ut ne quid quod ad statum Reipub. in universum pertineat, Regi sine publici consilii auctoritate statuere liceat. Cujus rei, inquit, expressissimum & evidentissimum usque ad hanc ætatem nostram vestigium illud manet, quòd Senatus Parisiensis, qui veteris illius Parlamenti auctoritatem sibi magna ex parte ascivit, nullas Regis constitutiones, nulla edicta rata esse patitur, nisi quæ apud se pro consilio cognita, & consiliariorum suorum sententiis comprobata fuerint.

Exempla † Comitiorum, & continuatam publici Concilii 40.
auctoritatem demonstrat *c. 17. 18. 22. 23. & d. c. 17.* expressè scribit, majorem Concilii, quàm Regis auctoritatem esse. Itemque refert *Jason. in l. debitorum. num. 7. C. de pact. Nevizan. inter consil. Bruni. 12. num. 158. cum seq. Choppin. in legibus Andium.* Ubi id quàm plurimis præjudiciis firmat. *& c. 63. sub num. 3.* ita ait: Francicis moribus in irritum recidunt novæ nobilitatis codicilli, nisi à magistris ratiociniorum Parisiens. comprobentur.

His addimus *Johan. Sleidan. in illustrat. Rer. & Gall. descript. præfixa commentario Philippi Cominæi de bello Neapolitano fol. (mihi) 718* in hæc verba scribentem: Sunt omninò septem ejusmodi Senatus (ipsi Parlamenta vocant) à quibus provocare non licet, & ad quos ab omnibus aliis judiciis appellatur: ii sunt Parisiensis, Tholosanus, Rothomagensis, Divionensis, Burdegalensis, Aquensis in Provincia, & Gratianopolitanus in Delphinatu. His omnibus stipendia Rex præbet. De causis omnibus & criminibus isti cognoscunt, & quod à singulis definitum fuerit, ei standum est. Omnium autem latissimè patet, ac amplissimam jurisdictionem habet Parisiensis. In eum aliquando venire solent ipsi Reges, quoties aliquid magni decernere volunt, quemadmodum Franciscus I. bellum illaturus Carolo Cæsari, venit eò, & per advocatum suum expositis, quas ab illo sibi

factis dicebat, injuriis, demonstrabat, bellum sibi necessariò suscipiendum esse, ut Flandriam & Artesiam quæ nunc illius vitio & culpâ ad se pertineant, recuperaret, & Galliæ rursus, è qua prodiissent aliquando, conjungeret. Olim ista referebantur ad publicos conventus Ordinum. Ii quoniam aboliti sunt, aliquod adhuc ejus rei vestigium manet, dum ad eum senatum itur, quod tamen rarissimè nunc fieri consuevit, quando solus Rex pro suo judicio quidvis decernit. (Hic tamen contrarium refert ipse Bodin. homo Gallus, adeoque certior hac in re Sleidano, quo & tempore fuit posterior. Cujus verba *ex lib. 8. cap. 8. num. 95.* jam subjiciemus.) Illud autem adhuc frequens est ac usitatum, ut pactiones Regum, & quicquid omninò ad Regni constitutionem pertinet, in eo recitetur, & scriptis publicis, quorum ipsi custodiam habent, inseratur. *Hæc Sleidan.*

Provocamus ad testimonium ipsius *Bodini lib. 6. de Republ. cap. 6. num.* 595. dicentis: Franciscus major in curiam Parisiorum venit, Senatum habuit, & uniuscujusque sententiam exquisivit, pacis conditiones cum Carolo Imperatore ratas haberet, nec ne, Anno 1527. 14. Februar. Et quid illud est, quod scribit *lib. 1. cap. 8. num.* 95 Ludovicus XI. in lege, quam de ordine equestri tulit, sanxit, ne Regi bellum indicere, aut quid aliud, quod ad Reipublicæ summam pertineat, sine equestris collegii decreto, suscipere liceret? Quo fit, opinor, ut nostris moribus edicta regia non ante vim habere videantur, quàm in curia majore cujusque Provinciæ patentibus portis promulgatæ, idque rogatione procuratoris fisci: deinde curiarum consensione fuerint comprobata. Et quid ni consensus procerum esset elaborandus? Nam, ut ait *Cominæ. lib.* 10. cùm subditi, inprimis equestris ordinis homines, ac nobiles viri, non modò facultates omnes, verùm etiam vitam & sanguinem in bella pro fundant: æquissimum profectò erit, ut priusquam suscipiatur bellum, ejus rei consilia cum ipsis communicentur.

41. Lex quinta † ad Regis domanium pertinens, talis est, Ne Regi jus sit, ullam dominii sui partem sine publici consilii auctoritate alienare: quippe quod ei ad tuendam tantùm Regiam dignita-

gnitatem datum est, ut parem in eo potestatem habeat, atque marito in uxoris dote conceditur. Itaque Anno M. CCCXCIX. cùm Rex Carolus VI. Comiti Sampaulino particulam quandam sui dominii sive donasset, sive alia ex causa cessisset, Senatus Parisiensis pro vetere veteris Parlamenti jure intercessit: ac pronuntiavit, alienationem regii dominii nullius esse momenti, nisi cujus auctor Senatus ille Parisiensis fuisset, quod decretum *Paponius* inter Arresta sua retulit *lib.* 5, *tit.* 10. ubi alia complura ejusdem Senatusconsulta commemorat: quibus omnibus definitum hoc jus est, alienationem dominii à Rege, sine causa in illo Senatu cognita & probata, factam, ipso jure nullam esse.

Audis, Regna † & ditiones à Principibus, invitis subditis, 42. donationis titulo, vel alio quovis modo alienari non posse. Docet id *textus in c.* 1. §. *prætereà Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. Bald. ibid. num.* 9. *& in c.* 1. §. *in generali. num.* 2. *si de feud. content. sit inter dom. & agnat.* magis latè *in proœmio feudorum, in verb. sed expeditâ definitione feudorum. Bart. in l.* 2. *ff. solut. matrimon. Jason. in l. debitum, num.* 6. *Cod. de pact. gloss. communiter approbata in l. invitus, in verbo; non est. ff. de fideicommiss. liberta. Decius consil.* 445. *num.* 21. *Anton. Corset. in tractat. de potest. & excell. regia. quæst.* 62. *&* 98. *Guido Papæ decis.* 23. *num.* 1. *& decis.* 560. *Capella Tholosana decis.* 486. *Auferius in addit. ibid. Andr. Geil. de pace publ. lib.* 2. *cap.* 15. *&* 16. *de Arrest. Imper. c.* 8. *n.* 14. *Rosenthal. de feud. c.* 3. *quæst.* 21. *lit. F. Heigius part.* 1. *q.* 19. *Vasqu. illust. quæst. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 5. *cum seq.*

Rationes ejus rei sunt hæ: 1. Quia Imperator vel Princeps subditis, velut tutor † & defensor pupillis præficitur. *Xenophon. in* 43. *pædia Cyri.* Ut igitur tutori rerum pupillarium, *l. ait prætor.* §. 8. *l. si res pupillaris. ff. de minor. l. in eos.* 9. *de tutel. l. qui fundum.* §. 3. *l. tutor, de furt.* Sic & Principi, qui Imperio seu universæ Reipub. tuendæ, velut pupillo, aut aliàs minori præest, tutoris & curatoris exemplo, ejusdem Imperii, subditorum, bonorum alienatio est interdicta. *l. jurisgent.* §. *prætor ait. l. contra juris. ff. de pact. l. pacta quæ. C. eod. l. non dubium. C. de legib. caus.* 12. *q.* 2. *ca.* 20. *non liceat Papæ.*

Papæ. Et quòd Respublica hoc loco æquiparetur pupillis, ac velut Pupilla sit juvanda, est expressus *text. in l. Rempublicam. C. de jure Reipubl.* Facitque testimonium Hadriani Cæsaris, qui dixit, se gesturum Rempublicam, ut sciat rem populi esse, non propriam, sicut tutor res pupillares administrat. *Spartianus in ejus vit.* Itemque *Ciceronis lib. 1. off.* ita monentis: ut tutela, ita procuratio Reipub. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Imperator itaque Romani Imperii civitates & bona distracturus, facit contra communem totius Imperii societatem, adeoque contra suum officium, quod in augendo, administrando, consulendo Reipub. non autem in lacerando eam membratim esse debet. *Franciscus Zoannettus de Rom. Imp. num. 179. Schönborn. lib. 5. Polit. c. 19. Gell. 2. obser v. 7.* Nam

44. augere † debet Imperium, non minuere, unde appellatur **Mehrer des Reichs**.

45. Habet se sanè Imperium † ut corpus, cui si vel auricula amputetur, monstrosum efficitur. *Roland. à Valle consil. 1. num. 126. volum. 2.* Hinc *Bald. in c. intellecto, num. 4. extr. de jurejur.* ait: Imperium non est in marsupio Principis. Et *in c. licet causam, extr. de probat.* dicitur: Imperator diminuendo Imperium, homicida

46. suæ dignitatis fit. Quod si enim jus † esset Imperatori alienandi bona Imperii, utique particulatim Imperium totum posset facilè dissolvi: quod grave nimis & pernitiosum foret. Sicut enim frustratim lupus comedit agnum: ita paulatim per ejusmodi alienationes Imperium interiret. *Roland. à Valle. d. consil. 126. num. 113.*

47. Patet ergo, quòd Imperator vel Rex bonorum † & jurium Regni vel subditorum non sit proprietarius, sed usufructuarius, fidelis dispensator, administrator & defensor: ac proinde illorum alienatio ei interdicta, ut etiam infert *Dn. Cluten. in Sylloge. rer. quotid. th. 11. ad lit. c. Petr. Gregor. Tholozan. lib. 3. de Repub cap. 8. Althus. in Polit. c. 19. fol. 260. & seqq. edit. prior.* Quodque Prin-

48. ceps per † contractum, vel alio modo non possit concedere Regalia, jura & bona Imperii, cæteraque dignitati adhærentia, in præjudicium successorum, nec alienando ea possint acquiri, docet

Bald.

Bald. in pac. constant. §. sententiæ, in verf. amplius eam jurisdictionem, in verb. successorum nostrorum. Felin. in c. 1. de probatio. & c. ad audientiam. de præscript. Everhard. à Middelburg. in Topic. legal. in loc. à plenitud. potest. num. 9.

Imò ne quidem Imperatoriæ † potestatis habenæ per legem Regiam eò extenduntur, ut vendere alienareque queat bona juraque Imperii, nullis commerciis hominum obnoxia. *Bald. in proœm feud. num. 33. Tob. Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. cap. 4. num 56.* Quare præsens Imp. Ferdinandus II. *in sua capitulatione de Anno 1619. art. 8.* ita jurato promisit, & convenit cum Electoribus: 49.

Insonderheit wollen und sollen wir / von dem H. Römischen Reich / und desselbigen Zugehörungen / nicht allein ohn Wissen / Willen und Zulassen gemelter Churfürsten sämptlich nichts hingeben / verschreiben/verpfänden/versetzen / noch in andere weg vereussern oder beschweren/ sondern auch/ etc.

Atque hæc, quæ de alienatione dicta sunt, ut maximè tunc locum habent, quando facta † alienatio cadit in enorme & evidens detrimentum totius Imperii, puta si universę Provinciæ cum omni superioritate & jurisdictione transferantur quo casu Imperium maximum patitur detrimentum. *Matthias Stephani lib. 2. de jurisdict. part. 1. c. 1. memb. 1. num. 27. & nu. 39.* scribit: sanè si alienatio parvi † sit præjudicii, tolerabilior est. *arg. l. sancimus. C. de donat l. 1. C. si lib. Imp. Socin. lib. 10.* communem dicit. *Covarr. in repet c. p. quamvis. p. 2. §. 2. num. 4. de pactis.* Itemque tradunt *Oldrad. consil. 94. & Alberic. in proœm. Digest. relati à Tiraquell. de jure primogenit. quæst. 35 num. 19.* quòd Reges & Principes possint facere donationes, & alienationes, dignitatem regiam graviter non lædentes. 50. 51.

Et hanc distinctionem inter enormem & minùs enormem alienationem, quoad † concedentem obtinere, successori autem revocationem non adimere, *cum Tapia in l. 1. ff. de constit. princip. c. 9. nu. 36. asserit idem Stephan.* 52.

53. Hæc cùm ita se habeant, Maximilianus I. † Carolum IV. non Imperatorem & Augustum, sed dissipatorem appellare solebat, non patrem patriæ, sed vitricum, quòd Arelatense Regnum Carolo VI. Viennensium Delphinati in splendidissimo convivio donasset. *Crantz. in Saxon. lib.* 10. *c.* 8. *Johan. Wolfius in lect. memorabil. cent.* 14.

54. Justo econtrà encomio exornatur Fridericus III. Imp. † qui juramenti de non alienandis facultatibus Imperii fuit observantissimus, ut testatur *Æneas Sylvius in comment. ad Panormitan. de dict. & fact. Alphonsi lib.* 4. *c.* 41. inquiens: Jurasse Fridericum nunqnam comperi, nisi cùm in civitate Aquensi apud Belgas, & cùm Romæ coronatus esset, idque juramentum constantissimè tenuit. Cùm enim jurejurando promisisset, *quæ bona possideret, Imperium nullatenus alienaturum*, & modò hoc, modò illud ab eo peteretur, maluit avarus negando, quàm concedendo perjurus videri, eamque ob causam petenti Borsio Marchioni Estensi Ducatum Mutinæ & Rhegii, tamdiu restitit, donec monstratum est, eundem Ducatum lucri magis, quàm alienationis speciem habere, præsertim cùm Mutina & Rhegium in sua potestate non essent.

55. Accedit ratio altera: Quarum † rerum non est commercium, illarum nec alienatio esse potest. *l. si in emptione.* 34. §. 1. *ff. de contrah. empt.* At liberorum hominum non est commercium. *l. liber homo.* 103. *ff. de verb. oblig.* itaque nec alienatio.

56. Tertiò, sicut interest domini, † non perdere subditos: ita
57. etiam interest subditorum, † non mutare dominos suos. *Innocent. in c. auditis, de præscriptio. Everhard. à Middelburg. in loc.* 25. *à libert. ad vasal. num.* 3. & 4. Hinc etiam dominus † feudi æquè ac vasallus feudum alienare, & hunc invitum ad alium dominum cum feudo transferre nequit. *c. un. §. ex eadem de lege Corrad. & ibi Dd. c.* 1. *§. prætereà ducatus, in fin. de probib. feud. alienat. per Frideric. & ibi Bald. num.* 9. *Isern. num.* 93. *& seqq.* quæ Feudistarum communis est opinio, licet in pœna domini alienantis controvertant, quem alii feudum absque consensu vasalli alienatum perdere affirmant (cùm ad paria judicantur dominus & vasallus) alii

alii negant, ut videre est *apud Bald. in c. 2. quo temp. mil. Prapos. Raven. Alvar. Andr. de Isern. Schenck. Baro. ad d. §. ex eodem. Sonsbec. part. 13. num. 78 & seqq. Zas. part. 10. num. 81. Hartman. ab Eppingen. tit. 54. observ. 40. num. 13. & seq. Carol. Molinæ. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 3. num. 23. Schrad. de feud. part. 3. c. 4. num. 42. part. 8. c. 1. nu. 65. Rosenth. c. 9. conclus. 61. Borcholt. c. 6. n. 136.* ad quos me remitto.

Nec obstat, quòd vulgò omnia † Principis esse dicuntur. 58. Respondeo enim *cum Seneca lib. 7. c. 4. & 5.* de beneficio, omnia esse Principis Imperio, † non dominio, potestate, non proprietate: universè non singulatim; solâ juris dictione, non possessione & usu. 59. Et hoc est, quod tradit *Bulgarus*, quem reliqui glossatores sequuntur *in proœmio Digesti veteris, in pr. in verb. sanctionem*, Romanum Imperium † & res contentas in eo, esse sanè Imperatoris, 60. ratione solius jurisdictionis, administrationis, seu protectionis, non autem directi dominii, proprietatis, & rerum singularium, quæ habent dominos suos speciales. *Zoanet. d. tract. num. 150. Hotoman. illust. quæst. 1.* Nec enim quæ tua sunt Principis sunt, aut certè tua non sunt, quoniam dominium in solidum duorum esse non potest. *l. si ut in certo loco. 5. §. si duobus 15. ff. commod. Matt. Stephani de jurisdict. l. 2. p. 1. c. 1. num. 57.* ubi ex *Didac. Covarruv. in relect. c. peccatum. p. 2. §. 9. num. 8.* tria † refert dominiorum 61. genera.

Primum † dominii genus est universalis jurisdictionis 62. & protectionis, quod eam jurisdictionem habenti cohæret.

Secundum † genus est loci pertinentis ad universitatem 63. Jure universitatis & communitatis, cujus est ille director & administrator.

Tertium † genus dominii est particularis, quod ad privatas 64. personas ratione singularium & particularium, puta domorum, vinearum & hortorum pertinet; quo ipso tamen comprehenditur dominium, quod universitas ad similitudinem privatorum habere potest, in aliquibus locis aut rebus, cum domus aut

vinea ad civitatem eodem jure, quo ad privati domum spectat.

Ad duo priora genera dominiorum refert *Stephan. nu.* 58. *&* 59. solennia illa verba, quibus utitur Imperator **Uns und dem heiligen Reich/ in unser und des heiligen Reichs Statt/** & illa: **in uns**, item **in unser**/ ad primum genus, quod est jurisdictionis & protectionis: cætera verò ad secundum genus, quod est rationæ directionis & administrationis, referenda judicat.

65. Quin vendi, † donari, legari à privatis, res suas videmus Principi, aut Regi aut Imperatori, quæ si antea ipsius propriæ fuissent, iterum ipsius fieri non possent. *Hotoman. in Francogallia c.* 8. Nam ut habet regula juris: Res quæ mea est mea amplius, effici non potest *l. non ut ex pluribus. ff. de reg. jur.*

66. Quæ & quanta sit conventuum IN † HISPANIA auctoritas in suos Reges, docet *Junius Brutus in lib. de vindict. contra tyran. in repetit. ad quæst.* 6. *fol.* (*mihi*) 148. *& seq.* duobus decretis: uno è quarto, altero è sexto Concilio Toletano. Et ne Rex Regni bona alienet, aut diminuat, expreßè cautum est *in statut. Hispan. partit.* 5. *tit.* 5. De ratione tributum exigendi apud Hispanos testatur *Bodin. lib.* 6. *c.* 2. *num.* 656. quòd non imperetur nisi ordinum consensu.

67. IN † ANGLIA eandem esse administrandi formam, testis est *Polydorus Vergilius lib.* 11. *historiarum Anglicarum*, ubi sic scribit: Ante hæc tempora (Henrici XI. Regis vitam exponit) Reges non consueverant populi conventum consultandi causâ nisi perrarò, facere: adeò ut ab Henrico id institutum, manasse jure dici possit, quod tam altis defixum, ut etiam nunc, radicibus semper steterit, ut deinceps quicquid ad Rempublicam benè gerendam, ejusque conservationem deliberandum foret, illud ad Concilium referretur: & si quid aut Regis aut populi jussu decretum factumque esset, id totum pro nihilo haberetur, nisi ejusmodi Concilii auctoritate foret comprobatum. Ac ne imperitæ vulgi multitudinis, cujus proprium est nihil sapere, judicio Concilium impediretur, certâ lege exceptum fuit à principio, qui ex Sacerdotum cœtu, quive, quóve ex reliquo populo vocari deberent ad Concilium.

ſium. More Gallico, Parlamentum appellant, quod unusquisque Rex initio ſui Regni, habere ſolet: Ut ibi, ſi quid ex antiquis inſtitutis, legibusque tollendum, ac rurſus condendum ſit, id de Concilii ſententia fiat: qui & deinde, quoties res poſtulat, ſuo arbitratu illud ipſum convocat. *Et lib. 17. in vit. Edovardi I.* tradit idem auctor, tributum Regi populo Anglico imponere, niſi Principum conſenſu conciliiq; auctoritate non licere. Idq; populum ab Edovardo fuiſſe côſecutum, anno ab humana ſalute 1298. & mordicus tenere, ut ne avellatur. In eandem ſententiam, ut notat *Hotomannus in Francogallia c. 12.* Vetus quidam Scriptor Angliæ Cancellarius in libello, cui titulus eſt Alearned. commendation. c. 36. Neque Rex, inquit, per ſe aut miniſtros ſuos tallagia, ſubſidia, aut quævis alia onera imponit legiis ſuis: aut leges eorum mutat, vel novas condit, ſine conceſſione vel aſſenſu totius Regni ſui, in Parlamento ſuo expreſſo. Sic & *Philippus Cominæus lib. 4. comment. de rebus geſtis Ludovici XI. Regis Galliæ*, Rex Angliæ, ait, tributa exigendi nullam habet ſine ordinum & ſtatuum conſenſu poteſtatem. Ob quam conſilii & conventus Ariſtocratici vim ac poteſtatem, *Joh. Caſ. lib. 3. ſphær. civit. c. 5.* Regnum Angliæ mixtum eſſe exiſtimat.

68. SCOTIÆ † REGIBUS in conſultis ordinibus, nihil quod totius Regni ſtatum attinget, agere licere, refert *Georg. Buchanan. lib. 8. rerum Scoticarum in vita Johannis Ballioli.* Idque *lib. 9.* declarat exemplo Roberti II. Regis Scotiæ, his verbis: cùm Anno M. CCD. XXCIIX. ex induciis in ſpem pacis, inter Francos & Anglos, per Pontificem & vicinos Principes ventum eſſet, eâ lege, ut utrorumque amici aſſcriberentur, Anglorum videlicet Luſitani, Francorum Scoti, & Hiſpani Caſtellanenſes: Robertus Rex, omnibus ſuis repugnantibus, unus fruſtrà aſſentiebat. Neque enim ipſe pacem, vel inducias facere poterat, niſi ex ſententiâ publici conventus, neque firmas polliceri, ſine publico decreto.

69. IN UNGARIÆ † REGIBUS idem videre licet *apud Anton. Bonfin. decad. 4. lib. 9. rerum Ungaricarum, in vita Uladislai II. Regis Ungar.* Ubi inter cæteras leges fundamentales Regni Ungarici

Rr 3 Ula-

Uladislao hæ proponuntur: Ne quando Moraviam Silesiam & Lusatiam, quas Matthias Rex olim in Provincias redegerat, ab hujusce Regni ditione alienari patiatur: sed sub Ungarica ditione retineat. Quod si fortasse ipsa (Regia Majestas) sine liberis humanis excederet, (quod Dii prohibeant) ante diem extremum ita perspiciat, ne quo illa prætextu abalienentur. Quin etiam det operam, uti sex, quæ superfuerant urbes, veluti pacta jubent, in conventu Olmuciensi edita, publicis literis pari jure, Ungarorum Imperio sese obligent, & obstringant, diplomataque præstandi obsequii super ea re facta, in Regni ærario recondantur. Et paulò post: pecunia omnis una cum sacra corona in Reipub. usum & utilitatem pariter asservetur, nullóque modo sine patrum procerumq; consensu à Rege tractari & erogari queat, sed ad extrema pericula & Regni defensionem recondatur. Præterea, ne Austria, cum plerisque Styriæ, Carinthiæ, Carniolæque civitatibus, à Matthia in Provincia redacta, publicóque consensu parta, ab Ungariæ Regno, inconsultis patribus & optimatibus abdicetur: imò pertinaciùs pro nostra Repub retineatur & propugnetur: nullaque cum Cæsarea Majestate, citra Senatusconsultum & auctoritatem concordia ineatur, fœdusque percutiatur: quin etiam si qua ultrò citróque concordia iniretur, & aliqua hinc oppida, possessiones pecuniave Regi cederent, id omne Ungaricæ ditioni adscribatur. *Hactenus Bonfinius.*

70. Quin etiam POLONORUM †legibus ac institutis cavetur, ne Rex Regni (quod tamen ad Aristocratiam propiùs, quàm ad Monarchiam vergere, non quintæ classis auctores tradunt, vide inter alios *Schönborn. lib. 1. Polit. c 16. Dn. Arnisæ. lib. 1. de Repub. c. 8. fol. 183. cum seqq. & lib. 2. de Repub. c. 6.* illamque auctoritatem Monarchiæ in Polonia umbratilem dicunt, ex voce Christinæ, Uladislai II. conjugis. *Cromer. lib. 6*) bona distrahat. *lib. 1. stat. Polon.* Unde non immeritò accusatus fuit Ludovicus Rex Polon. & Ungar. quòd Uladislao Duci Oppoliensium ex regiis terris addixisset Ostressoviensem & Velunnensem tractum, Olstinense, Crepiciense, Bobolicense territoria in Cracoviensi, & Brzeniciense

niciense in Siradiensi ditione, ut refert *Cromer. in histor. Polonic. in vit. Ludovic.*

Habes igitur statuta Gallica, Hispanica, Anglica, Scotica, Ungarica & Polonica, quibus † cautum, ut quod ad statum ipsius 71. Regni attinet, nihil sine consiliis, deliberationibus, & consensu procerum ac ordinum ratum atque firmum habeatur: néve juris publici sanctio absque consensu omnium fiat, sed ut Rex & populus communicato consilio statuant, quod ad omnium salutem communiter faciat.

Quæ temperamenti † ratio si Regiæ Majestatis auctoritati 72. nihil officiat, quid Monarchiam Imperatoriam, comitiorum consilia & consensus, quid statuum deliberationes, quid leges & constitutiones Aureæ Bullæ imminuant? Imò apud † Utopienses ex- 73. tra Senatum aut comitia publica, de rebus communibus inire consilia, capitale habetur, ut refert *Thomas Morus in Utopia lib. 2. tit. de magistratibus.*

Rectè itaque *Hotoman. in Franco-Gallia c. 12.* ait, quòd instituti † Regni FrancoGallici sapientia & utilitas tribus maximè re- 74. bus cernatur.

Primùm, quòd in magno † prudentum numero, magnitu- 75. do consilii, ac propterea salus populi versatur, ut Salomoni *Prov. 11. & 15.* & aliis sapientibus placuit.

Deindè, quia libertatis † pars est, quorum periculo res ge- 76. ritur, ut illa eorum consilio adque auctoritate (in unico enim comitiorum habendorum jure libertatem positam esse, eod. cap. affirmat) administretur & quemadmodum Imperator Justinianus dixit, quod omnes tangit ab omnibus approbetur. *l. fin. Cod. de auctorit. præstand.* & Pontifex *in regula 29. de regul. jur. in 6.*

Postremò, ut qui apud Regem in magna † potentia sunt, 77. & magnis Imperiis præsunt, ejus concilii metu, in quo civitatum postulata liberrimè audiuntur, in officio contineantur.

Nam quòd Regna quædam unius † Regis arbitrio ac nutu 78. gubernantur, quale hodiè Turcicum esse constat, rectissimè *Aristoteles lib. 3. Polit.* animadvertit, non hominum liberorum, & lu-

mine

mine mentis ac rationis utentium, sed pecudum potiùs & brutorum consilii expertum, eam gubernationem esse.

79. Sic enim se res habet: ut pecudes † non ab uno è suo genere: ut pueri aut adolescentes, non ab uno è suis æqualibus, sed à præ-
80. stantiore aliquo reguntur: sic hominum † multitudo non ab uno è suo numero, qui minus fortasse, quàm alii complures, videret: sed à mente ex multis conflata, hoc est, conjunctis probatorum virorum consiliis, regenda & gubernanda est. *Et paulò post*: Nullum unquam Regnum fuit, præter Turcicum, aut Turcici simile, in quo cives non aliquam libertatis imaginem retinerent, quæ in unico Comitiorum habendorum jure posita est. *Hæc Hotoman.*

Nec possum, quin propter singularem elegantiam asscribam verba *Georgii Buchanani in dialog. de jure Regni apud Scotos.*
81. ,, Multitudo ferè † meliùs quàm singuli de rebus omnibus judi-
,, cat. Nam singuli, inquit, habent quasdam virtutum particu-
,, las, quæ simul collata, unam excellentem virtutem conficiunt.
,, In Medicorum Pharmacis id oppidò conspicuum, ac præsertim
,, in antidoto illo, Mithridaticum quod vocant. Plures res in eo
,, per se noxiæ ubi confusæ fuerint, salutare adversus venena re-
,, medium pariunt. Sic & hominibus aliis tarditas & cuncta-
,, tio, aliis præceps temeritas obest, hæ in pluribus commixtæ
,, temperamentum quoddam utile, & gratam mediocritatem
,, pariunt.

Rectè itaque *Aristot. lib. 5. Polit. cap.* 11. Quantò pauciorum
82. † rerum penes Regem potestas est, tantò diutius Regnum maneat necesse est. Imò ipse *Bodin. in Method. Histor. cap. 6. fol.* 263. ita tradit: Quo plus detraxeris Imperio Principis (neque verò in eam partem peccari potest) eò justius est Imperium, ut Theopompus Rex Lacedæmoniorum, Ephoris potestate concessâ, dixisse fertur.

83. Et antiqui † Philosophi, *teste Hotom d. c.* 2. tres tyrannidis notas constituere, quarum tertia numeratur, si non ad civitatis & subjectorum, sed ad ipsius dominantis commodum atque arbi-
84. trium omnia referantur. Siquidem, ut ait ille. Nulla † est tam immania-

immanis belua, quàm homo, si sibi relinquatur: vel, ut *Erasmus Roterodam. in adag.* Nulla est nocentior belua tyranno, ut non immeritò *Hotoman: d. lib. cap.* 25. Politiam Franciæ, seu instituta & mores Regni, appellet frenum, quo Reges Franciæ coërceantur.

Quid? quòd Imperatores veteres † Romanorum circa illa, 85.
quæ statum publicum concernunt, sponte in salutem communis patriæ à jure suo, quod habuêre, recesserunt. Quid enim illud est, quod de Augusto † scribit *Dio Cassius lib.* 53. *Hist. Roman. fol.* 510. 86.
Enimverò non omnia Augustus proprio consilio egit, sed multa publicè deliberanda proposuit, ut si quid aliis displiceret, id corrigere posset: omnes verò adhortatus est, ut suum sibi consilium aperirent, si quid rectius invenirent, libertatem omnem eis concedens: eorumque motus sententiis, quædam retractavit: præsertim verò à consulibus, aut si ipse consulatum gereret, à Collega suo (si tamen collega, & non potiùs minister nominandus est, juxta *Zonaram tomo 2. annal. in Augusto*) hoc contendit. Ex reliquis etiam Magistratibus singulos, ex Senatoribus forte quindecim delegit, qui per sex menses Consiliarii sui essent: ita ut videretur per hos etiam reliquis omnibus ea, quæ statueret, communicare. De nonnullis quidem ad universum statum referebat, at præstare tamen putabat, ut cum paucis per otium de plerisque & maximis rebus consilium caperet. Mox subjicit: Hæc fuit Augusto generalis Imperii administrandi ratio. De quo tamen *fol. seq.* 515. ita scribit: Senatus eum omni legum necessitate liberavit, ut revera sui juris & absolutæ potestatis, tam respectu sui ipsius, quàm legum, omnia quæcunque vellet, faceret, quæcunque nollet non faceret.

Vides igitur quòd Augustus Cæsar regiam planè potestatem non usurpaverit, sed sua Senatui populóque munia permiserit obire: id tamen sciens prudens permisit obire, cum summo admirandæ prudentiæ, modestiæque temperamento: nimirum ne uno ictu veterem Rom. Reipub. gubernationem evertendo, populum tyrannide opprimere videretur: sed ut paulatim populo suâ libertate desuescente, eò firmius & tutius sibi atque successori-

bus imperium stabiliret. vide *Didac. Covarruv. pract. quæst. c. 1. num. 3. Dn. Vultej. in Instit. de jur. natur. gent. & civil. ad §. sed & quod.*

87. Pariter Alexander † Severus sciens ex Socrate, pejus esse malam legem ferre, quàm hominem interficere, nullam legem sine viginti JCtorum consensu promulgavit. *Lamprid. in ejus vita.*

88. Itemque Probus † Imp. concessit patribus, ut leges Imperatorias suis SCtis consecrarent. *Vopisc. in vit. Prob.*

89. Sic etiam Theodosius † & Valent. Impp. leges à se latas non aliter vim habere voluerunt, quà si probarentur Senatusconsulto, cui Proceres & Senatores omnes acquievissent. In eo enim beatitudinem Imperii verti ipsi rescripserunt. *l. humanum. 8. C. de*
90. *legib.* Imò verò legis † descriptio hæc est, quòd sit commune præceptum, virorum prudentium consultum: communis Reipubl. sponsio. *l. 1. ff. eod.*

91. Consiliorum † ergo adhibitio jus majestatis non immi-
92. nuit, sed felicitatem Imperii promovet. Auctoritas † siquidem sanciendi legem, solius Majestatis est, *d. l. 8.* quæ à legis conce-
93. ptione, † & à constituendæ legis consilio & consensu, qui est ex conventione, longissimè differt. Nec enim sancire & promulgare legem dicitur, qui de lege scribenda consulitur, quique scriptionem legis suadet, qui justam & æquam judicat, qui cum reliquis consultoribus, eandem approbat, consensuque suo & suffragio aliorum judicia confirmat: sed qui deliberatione, judicio & consilio optimorum jam ante diu perpensam legem universorumque consensu approbatam, publicâ Imperii auctoritate figit & edicit, *ex Alciat. in tit. de legib. Kirchner. in Repub. disp. 2. th. 5. ad lit. c. &*
94. *lit. d.* in bellorum † suscipiendorum rationibus Universæ Reipub. salus vertitur. Quo itaque res ista periculosioris aleæ plenior, eò majori consilio & deliberatione suscipienda. *Salust. & Thucyd. lib. 1.* Senatus igitur ut in veterum Quiritum statu, aliorumque populorum Repub. *Liv. lib. 2. 3.* ita & in Germanorum Imperio, Imperii Senatus expeditionum bellicarum deliberationibus adhibetur.

Hi

His ita se habentibus, & in veritatis arce tutò collocatis, quid mirum, si Imperatores Romani-Germani † in legibus feren- 95.
dis, in bellis indicendis, pace finienda, aliisque salutem Imperii concernentibus, non omnia pro suo lubitu, sed ad exemplum Regum Persarum à consilio & consensu septem suorum Magorum pendentium, adhibito consensu atque consilio septemvirorum agant? Quod se facturum promisit † Rodolphus II. Imp. *in sua* 96.
Capitulatione circa fin. & recens Ferdinandus II. *in Capitulatione de Anno* 1619. *sub art.* 39.

Wir sollen und wollen in wichtigen Sachen/ so das Reich betreffen/ bald anfangs der Churfürsten Raths und Bedenckens uns gebrauchen.

Magna † siquidem negotia magnis adjutoribus egent. 97.
Ventur. de Valent. in Parthen. litigios. lib. 1, *c.* 2. *num.* 35. consultata † tamen de belli pacisque rationibus, tributis & vectigalibus 98.
Imperator solus Imperii omnibus membris promulgat, & mandat. Quod longè aliter in Aristocratia sese habet.

Ubi igitur locorum, & qua in Monarchia optimis legibus munita ac firmata, talis reperiri licet dominatus, qualem fingit *Bodin.* Est enim dominatus † *eodem Bodino auctore lib.* 2. *de Repub.* 99.
cap. 2. cùm Princeps unus libertatis ac fortunarum omnium dominus, jure belli factus, aut fœdere, subditos, quasi paterfamiliàs servos moderatur. Qui dominatus medium † quid est inter re- 100.
gnum & tyrannidem, & utriusque naturam quodammodo participat, prout magis minusve abscedit à regno, & applicat se tyrannidi, magis minusve libertati & fortunis civium insidiatur. *Dn. Arnisæus lib.* 2. *de Republic. cap.* 3. *sect.* 4. *num.* 12. qui *sect.* 5. *& lib.* 1. *doctrin. Polit. cap.* 9. exempla nonnulla dominatus proponit.

Dominatus quid.

Talis Dominus hodiè est † TURCA, cujus legibus caveri 101.
memorat *Bodin. d. l.* ne quis omninò dominium affectet, aut ullius prædii dominum se dicat, præter Calipham Pontif. Max. Et confirmat *Christophorus Warsevitius in Turcica prima, fol.* 11. dicens: Nemo suarum rerum dici potest in Turcia dominus: Unius

Dominatus Turcarum.

tyranni cuncta patent libidini: liberi ab amplexu matrum, matres à liberis & maritis, mariti à conjugibus, omnes ab omnibus vel chariſſimis pignoribus abripiuntur, & divina profanaque omnia ſimul miſcentur. Hoc ipſum refert *Boterus in Coſmographia part. 2. lib. 4. tit. de Regimine Turc. Imp. fol. 73. edit. Colon. de ann.* 1596. Turcam ſcilicet omnium rerum ſub Imperio Turcico comprehenſarum eſſe Dominum,& Provincialibus non permitti ſe ſubditos,ſed ſervos & ſclavos appellare: neque quenquam ſui eſſe juris, nec ædium, in quibus habitat, nec agri, quem colit, dominum: aliquot tantùm ædes Conſtantinopoli ab initio à Mahomete II. relictos fuiſſe liberas. Inſuper neminem tantâ auctoritate præcellere,qui ſecuritatem vitæ,nedum certitudinem ſtatus & conditionis ſibi promittere poſſit. *Paulò poſt addit*: Orientalem tyrannum ex flore juventutis fortiſſimos & aptiſſimos quoſque in uſum belli ſeligere. Familiarum dominium Imperatori etjam adſcribit *Menau. lib.* 4. *c.* 2. dum ait, per totam Græciam, Boſniam, Wallachiam, ex quavis familia tertium adoptari filium in militiam Janizerorum.

102. Perſarum. Dominatus quoque eſt PERSARUM.†

103. Regum in Congo. Regum in CONGO.†

104. Seriphioꝝ. SERIPHIORUM.†

105. Abyſſinorum in Africa. Et ABYSSINORUM † in Africa, quorum Rex (Prætor vel Pretioſus Johannes, vel Presbyter M. vel M. Nego dictus) dominicè imperat.omnium bonorum eſt Dominus: & nullus ſubditorum certum reditum habet, præter Eccleſias: quibus Rex fructus & peculiaria bona attribuit. Ex familiis tertium filium in ſatellitium ſuum,ſeu militiam S. Antonii adoptat, ut præter *Franciſcum Alvareſ in hiſtor. Æthiop. Leonem Afrum, Damianum à Goës,* tradit *Johan. Boterus in Coſmograph. part.* 1. *lib.* 3. *in deſcript. Regni Abyſſin.*

106. In ASIA, cujus bona pars occupata à Tartaris, ad confines

nes Ungariæ dominantibus, nec non Chinensibus: M. CHAMUS Magni
TARTARORUM † eodem jure, & imperio herili utitur. Quoscun- Chami
que ad quæcunque officia pro arbitrio suo adhibet. *Boterus part.* Tartarorũ
2. lib. 3. tit. de Magno Chamo Tartar. Haytho Armenius in Historia in Asia.
Orientali cap. 16. fol. 17. Ubi simul refert, quòd Changius Can. è fabro ferrario designatus somnio Rex Tartarorum præceperit VII. Ducibus, qui præerant septem nationibus Tartariæ, (quarum prima vocatur Tatar: Secunda Tangot: Tertia Cunath: Quarta Jalair: Quinta Sonich: Sexta Monghi: Septima Tebeth.) ut unusquisque primogenitum suum adduceret, & illi caput manu propriâ amputaret. Et licet tale mandatum videretur esse crudelissimum & iniquum, nullus tamen fuerit ausus in aliquo contraire, eò quòd sciebant, eum esse Dominum provisione divinâ, imò sicut præceperat Rex, continuò adimpleverint. Insuper illi præcepto, ut prædicti Duces Majores, priores omnes dignitates deponerent, continuò paruêre.

Qui sunt Tartaris vicini, CHINENSES, † sub sublimi do- 107.
minatu vivunt. Rex Chinæ, ait *Boter. d. lib. 2. fol.* 42. solus est Do- Chinen-
minus in suo Regno: ubi nomen Ducum, Marchionum, Co- sium.
mitum prorsus ignoratur.

In Regno SIAMENSI † Rex plenum dominium habet in 108.
bona & homines: Rustici locationis titulo agros possident: inter- Siamen-
dum Nobilibus vel Baronibus certas urbes, vel regionem assi- sium.
gnat, aut ad certum, aut ad vitæ tempus, eâ conditione, ut in usum belli paucos, vel multos milites, tam pedites, quàm equites, nec non aliquot Elephantos sibi exhibeant. *idem ibidem fol.* 45.

In Regno quoque NARSINGENSI, † solum Regem 109.
esse Dominum, & subditis nihil superesse præter labores, testa- Narsin-
tur *fol.* 49. Et sic universus ferè † Oriens hodie regitur à Domi- gensium.
nis, ut rectè dixerit *Aristotel. lib.* 3. *Polit. cap.* 10. ad servitu- 110.
tem natos, ut Barbaros magis quàm Græcos, & Asiaticos magis quàm Europæos, herilem ejusmodi dominationem ferre. Unde *lib. primo cap.* 1. scribit, Barbaris debere Græcos imperare. Tale Imperium cùm sit Barbaris usitatum,

vocat Barbarum. *d. c.* 19. *& c.* 11. *&* 12. nec non *lib.* 1 *cap.* 14. παμβασιλείαν, quòd talis Rex omnium rerum absolutam habeat potestatem, omniaque pro suo arbitro agat.

111. Moscovitarum. In parte Europæ † MUSCOVITÆ similiter sunt mancipia magni Ducis, quem tanquam Numen quoddam colunt. *Boterus in Cosmograph. part.* 1. *lib.* 1. *in descript. Muscoviæ, fol.* 154. *& part.* 2. *lib.* 1. *fol.* 23. *cum seq.* Imò non dominatus, sed tyrannis inaudita vexillum suum erexit sub Johanne Basiliade, Magno Duce Moschorum, decantata *ab Herbersteinio, Oderbornio, Paulo Jovio, & Alexandro Guaguino &c.* qui non Princeps, sed tyrannus, non homo, sed belua ex fœdissimorum flagitiorum colluvione conflata potiùs diceretur. *Christoph. Warsevicius Eques Polon. in Panegyr. ad Stephan. I. Reg. Polon.* Sed cùm hæc tota gens Moschorum Duci subjecta magis servitute, quàm libertate gaudeat, incertum est, an suis moribus conformem tantum Tyrannum exigant, à quo insolentia eorum domaretur. Nam hoc plerunque in illis regionibus observatur, quòd servi apud Dominos, & uxores apud maritos gratiam, si ab eis frequentiùs verberentur, habere, & amore se prosecuturos dicunt. Contrà si in eos non animadvertitur, nullum signum amoris in se exhibitum conqueruntur. & non solùm servi, sed & plerique nobiles, & magni viri & consiliari, frequenter à magno Duce absque ulla dedecoris nota publicè, sive privatim, baculis verberantur. Illi verò tunc temporis amoris signum Principem in se exhibuisse gloriantur, verberatique gratias Principi agunt, dicentes: Sanus tu sis & incolumis Domine, Rex & Dux magne, quòd me servùm rusticumque tuum verberibus emendare dignatus sis. Quâ ratione probatur, eos suis moribus conformem dominum (velut quondam ranæ regem Ciconiam) necessariò exigere. Quæ verba sunt *Alexand. Guaguin. tom.* 2. *rer. Polonic. c.* 5.

112. Dominatus Reipub Ro. exosus. Monarchia hæc † δεσποτική, dominica, ut vocatur *à Platone l.* 2. *de legib. & l.* 1. *de Repub.* seu dominatus, Romanæ Reipublicæ est exosus. Regalem † autem Monarchiam cupidè amplexatur. In hac enim subditi libertate ac dominio rerum fruentes,

113.

sui

ſui Principis legibus obſequuntur. *Dn. Arniſæ. in doctrin. Polit. cap.* 8. cui etiam conſentit *Lazar. Suendius in conſil. ad Maximil. II.* Von Regierung des Römiſchen Reichs / præſertim *numer.* 12. ſcribens, quòd Germania ſemper abſoluti Imperii impatiens fuerit.

Regia † ſanè poteſtas ingenuus eſt quidam inter liberos 114. homines dominatus, & ſubditorum obtemperatio libera quædam nobilisque ſervitus. *Petrus Ribadeneira lib.* 2. *de princip. c.* 18. Sic & *Ariſtoteli lib.* 1. *Polit. cap.* 1. Politicum omne Imperium, ex libera & ſpontanea imperandi & parendi eſt conventione. *Τῶν ἴσων ἐλευθέρων καὶ ἑκόντων*, hoc eſt, æqualium liberorum & ſponte conſentientium. *c.* 7. & *l.* 3. *c.* 14. naturæ per omnia conſentaneum. & *l.* 3. *c.* 7. Regnum ipſi dicitur modus adminiſtrandæ Reipublicæ, quâ uni ſumma poteſtas ad publicam utilitatem exercenda commiſſa eſt. *Item: βασιλεία κατὰ νόμον*, ſeu regia adminiſtratio, quando unus certis legibus definitam habet poteſtatem. *d. l.* 3. *c.* 14. & 16.

Quare Antigonus † filio nimis ſuperbè in ſubditos ſe ge- 115. renti: Ignoras, ait, ô fili, Regnum noſtrum non ferè aliud eſſe, quàm ſervitutem glorioſam. *Ribadeneir. d. l.* Et Julius Capitolinus Marcum † Antonium Philoſophum deprædicat, quòd 116. cum populo non aliter egerit, quàm eſt actum ſub civitate libera.

Cæterùm non imus inficias, Imperatores olim † Romanos, 117. Græcos, & primos Germanorum, Carolum Magnum, & alios, magis monarchicè imperaſſe, ac hodiè noſtrates. Cum prima enim Electorum † origine aliquid poteſtatis ad hos ipſos tranſivit, 118. & Monarchia magis ſimplex temperari cœpit.

Hinc rectè *Clapmar. lib.* 5. *de arcan. Reipub. c.* 20. Neque enim exiſtimo, inquit, facilè puram † putam atque ſimplicem 119. Rempubl. reperiri. Nam ſæpè partem aliquam Imperii habet unus, partem Populus, partem Senatus, vel Senatus & Populus, vel Princeps & Senatus, vel Princeps & Populus: de qua mixtione Livius. Jamdudum enim illorum ſententia repudiata eſt, qui negant,

negant, jura Imperii dividi posse. Imperium hoc certè Germanorum, quod Elector Moguntinus Aristocraticum esse dicebat, mixtum potiùs est, sicut & alia multa.

120. Et hanc mixturam, † seu temperatam Monarchiam arguunt potissimùm ordinatio Imperii, ratio Comitiorum, item clausula, quæ Decretis Comitialibus inseri solet: So haben wir uns mit Churfürsten/ Fürsten/ vnd gemeinen Ständen/ vnd der abwesenden Rähten vnd Bottschafften vergliechen / vnd sie sich hinwiderumb mit vns. Etsi enim *in Reformatione Friderici III. Imp. de Anno* 1442. *in ordinatione Cameræ antiquiori, & in Constitutione Maximiliani I. de pace publica de Anno* 1495. consilii tantùm fiat mentio: in novissimis tamen Imperii Recessibus etiam consensum expressè notatum reperimus; ut *in Receß. de Anno* 1500. 1512. 1521. *& aliis.*

121. Ubi tamen semper votum † Imperatoris colophonium est, cæterorumque suffragia complet. Unde illud; *de Imperialis potestatis plenitudine decernimus.* Aus Römischer Keyserlicher Macht vnd Volkommenheit setzen wir. Maximil. I. *in modò dict. Constit. de An.* 1495. *sub tit.* Von sachen/so sich von diesem Landfrieden begeben haben. *in Receß. Spirens. de Anno* 1544. §. Als wir aber.

122. Monarchia nostra temperata. Statuimus ergo, quòd sit Monarchia † non simplex, sed Aristocraticis rationibus in quibusdam temperata, & modificata. Cùm autem semper à principaliori † debeat fieri denominatio, ex

123. doctrina Logicorum, & constitutione Ulpiani *in l. quæritur.* 10. *ff. de stat. hom.* idque semper quod magis obtinet, spectetur. *l.* 3. *ff. de*

124. *leg.* Imperator verò noster alia † splendidissima majestatis jura, etiam sine procerum consilio, solus exerceat & obtineat, ut suprà à nobis fuit demonstratum, pluraque sint in hoc Imperio, quæ Monarchiam arguunt, quàm quæ Aristocratiam, hinc rectè à potiori parte Monarchicum dicimus, & Imperatorem Monarcham.

125. Tertium argument. Tertio loco Gallus adducit. 1. Comitiorum † indictionem, quòd hæc non sit libera, sed fiat demum ab Imperatore ac-

126. cedente consensu Electorum. *num.* 225. 2. Eorundem † constitutione

tiones, quòd à Principibus & Ordinibus Imperii leges ac decreta omnia, quæ Recessus appellantur, sanciri, confirmari & infirmari soleant. *d. c. 6. num. 223.*

Respondeo ad primum: paulò ante dixi, quòd in Imperio vel Regno, nihil quod ad statum † Reipub. in universum pertinet, Imperatori vel Regi sine ordinum consensu & auctoritate agere liceat. Cùm igitur Comitia Imperialia concernant causas totius status, seu jus publicum, meritò & secundùm legis publicæ præscriptum accedit consensus Electorum. *Recess. Spirens. de Anno* 1507. §. Haben wir. *Recess. Ratisbon. de Anno* 1576. §. Als haben wir mit Raht / etc. *Recess. Augustan. de Anno* 1582. §. Derhalben. Et insertum est *Capitulationi Ferdinandi Secundi sub. artic.* 10. **Wir sollen oder wollen keinē Reichstag ohn wissen oder willen der sechs Churfürsten ansetzē noch ausschreiben.** Quo consensu accedente, tùm Electores, tùm Principes, tùm reliqui Ordines, jussu & mandato ipsius Imperatoris conveniunt. Responsio. 126.

Quod secundo loco dicebatur à Principibus & Ordinibus leges Imperii, seu Recessus sanciri: idipsum ignorantiam constitutionis eorundem manifestò prodit. Nam Ordines † quidem de propositis ab Imperatore capitibus consultant, sed consiliis agitata ac deliberata Imperator confirmat, sancit, promulgat & edicit, ut cuivis ad oculum patet, Decreta seu Recessus Imperii intuenti. 127.

Quartum argumentum Gallus desumit à jurisdictione † Cameræ Imperialis. *d. c. 6. num.* 224. A Camera, inquit, manant imperia, jussa, executoriæ tabulæ ad Principes, ad Magistratus, ad Senatum urbis & Provinciæ cujusque. Hæc v. constat judicibus quatuor ac viginti: quorum prætor est unus ex Principibus cum annua potestate: delectus a. habetur ex ordine decem provinciarum: si qua principibus aut civitatibus inter ipsas controversia oboriatur, sive de finibus, sive de capite, fama ac fortunis agatur, Imperialis curiæ judices quæstionem exercent, nisi optimatum Imperii universitas, ad eos quos dixi conventus, causæ cognitionem revocarit: ut quidem decretum est in Comitiis, quæ Augustæ coacta sunt, Anno M. D. LV. 128. Quartum argum.

negant, jura Imperii dividi posse. Imperium hoc certè Germanorum, quod Elector Moguntinus Aristocraticum esse dicebat, mixtum potiùs est, sicut & alia multa.

120. Et hanc mixturam, † seu temperatam Monarchiam arguunt potissimùm ordinatio Imperii, ratio Comitiorum, item clausula, quæ Decretis Comitialibus inseri solet: So haben wir uns mit Churfürsten/ Fürsten/ vnd gemeinen Ständen/ vnd der abwesenden Rähten vnd Bottschafften vergliechen/ vnd sie sich hinwiderumb mit vns. Etsi enim *in Reformatione Friderici III. Imp. de Anno* 1442. *in ordinatione Cameræ antiquiori, & in Constitutione Maximiliani I. de pace publica de Anno* 1495. consilii tantùm fiat mentio: in novissimis tamen Imperii Recessibus etiam consensum expreßè notatum reperimus: ut *in Receß. de Anno* 1500. 1512. 1521. *& aliis.*

121. Ubi tamen semper votum † Imperatoris colophonium est, cæterorumque suffragia complet. Unde illud; *de Imperialis potestatis plenitudine decernimus.* Aus Römischer Keyserlycher Macht vnd Volkommenheit setzen wir. Maximil. I. *in modò dict. Constit. de An.* 1495. *sub tit.* Von sachen/so sich von diesem Landfrieden begeben haben. *in Receß. Spirens. de Anno* 1544. §. Als wir aber.

122. Statuimus ergo, quòd sit Monarchia † non simplex, sed Aristocraticis rationibus in quibusdam temperata, & modificata. Cùm autem semper à principaliori † debeat fieri denominatio, ex

Monarchia nostra temperata.

123. doctrina Logicorum, & constitutione Ulpiani *in l. quæritur.* 10. *ff. de stat. hom.* idque semper quod magis obtinet, spectetur. *l.* 3. *ff. de*

124. *leg.* Imperator verò noster alia † splendidissima majestatis jura, etiam sine procerum consilio, solus exerceat & obtineat, ut suprà à nobis fuit demonstratum, pluraque sint in hoc Imperio, quæ Monarchiam arguunt, quàm quæ Aristocratiam, hinc rectè à potiori parte Monarchicum dicimus, & Imperatorem Monarcham.

125. Tertio loco Gallus adducit. 1. Comitiorum † indictionem, quòd hæc non sit libera, sed fiat demum ab Imperatore ac-

Tertium argument.

126. cedente consensu Electorum, *num.* 225. 2. Eorundem † constitu-

tione

tiones, quòd à Principibus & Ordinibus Imperii leges ac decreta omnia, quæ Recessus appellantur, sanciri, confirmari & infirmari soleant. *d. c. 6. num. 223.*

Respondeo ad primum: paulò ante dixi, quòd in Imperio vel Regno, nihil quod ad statum † Reipub. in universum pertinet, Imperatori vel Regi sine ordinum consensu & auctoritate agere liceat. Cùm igitur Comitia Imperialia concernant causas totius status, seu jus publicum, meritò & secundùm legis publicæ præscriptum accedit consensus Electorum. *Receß. Spirens. de Anno* 1507. §. Haben wir. *Receß. Ratisbon. de Anno* 1576. §. Als haben wir mit Raht / etc. *Receß. Augustan. de Anno* 1582. §. Derhalben. Et insertum est *Capitulationi Ferdinandi Secundi sub. artic.* 10. **Wir sollen oder wollen keinē Reichstag ohn wissen oder willen der sechs Churfürsten ansetzē noch ausschreiben.** Quo consensu accedente, tùm Electores, tùm Principes, tùm reliqui Ordines, jussu & mandato ipsius Imperatoris conveniunt. Responsio. 126.

Quod secundo loco dicebatur à Principibus & Ordinibus leges Imperii, seu Recessus sanciri: idipsum ignorantiam constitutionis eorundem manifestò prodit. Nam Ordines † quidem de propositis ab Imperatore capitibus consultant, sed consiliis agitata ac deliberata Imperator confirmat, sancit, promulgat & edicit, ut cuivis ad oculum patet, Decreta seu Recessus Imperii intuenti. 127.

Quartum argumentum Gallus desumit à jurisdictione † Cameræ Imperialis. *d. c. 6. num.* 224. A Camera, inquit, manant imperia, jussa, executoriæ tabulæ ad Principes, ad Magistratus, ad Senatum urbis & Provinciæ cujusque. Hæc v. constat judicibus quatuor ac viginti: quorum prætor est unus ex Principibus cum annua potestate: delectus a. habetur ex ordine decem provinciarum: si qua principibus aut civitatibus inter ipsas controversia oboriatur, sive de finibus, sive de capite, fama ac fortunis agatur, Imperialis curiæ judices quæstionem exercent, nisi optimatum Imperii universitas, ad eos quos dixi conventus, causæ cognitionem revocarit: ut quidem decretum est in Comitiis, quæ Augustæ coacta sunt, Anno M. D. LV. 128. Quartum argum.

Tt Respon-

Responsio. Respondeo. Camera † est judicium & consistorium ipsius
129. Imperatoris, Das Keyserlich Kammergericht. *Geil. 1. obs. 29. n. 2. Mynsin. 1. obs. 42.* habet jurisdictionem ordinariam, & cum Cæsare concurrentem, cujus vice jus dicendi facultatem obtinet. *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 27. Geil. d. num. 2. & observ. 121. num. 3.* plenissimam enim jurisdictionem Cameræ attribuit, adeò ut nec controversias ad eam semel delatas avocare possit. *Schrader. de feud. part. 10. sect. 1. num. 183.* & est *Ordin. Camer. part. 2. tit. 35.* Daß dem Kammergericht sein starcker Lauff gelassen werden soll/ hoc est, quòd exercitium jurisdictionis Cameræ impediri non debeat. *Geil. 1. observ. 41. num. 3.* Citationes quoque, sententiæ, decreta, mandata, & pœnæ omnes fiunt, promulgantur, scribuntur & sanciuntur nomine atque auctoritate Imperatoris, sub cujus etiam sigillo ex Camera prodeunt. *Ordin. Camer. part. 1. tit. 27. §.* Und soll der Verwalter. *part. 3. tit. 12. §.* Und so solche Citation. *Geil. 1. observ. 14. numer. 1. Petrus Denais. jur. Cameral. tit. 215. §. 4.* Hinc repræsentat Cæsarem, eoque nec superiorem habet. *Mynsing. cent. 4. obs. 5.*

Argumen. quintum. Quintum argumentum est, quòd Imperator possit conve-
130. niri coram † Comite Palatino ad Rhenum. Ideoque necesse sit Imperatorem non esse Monarchiam. *d. num. 224.*

Responsio. Respondet *Otho Melander in idea sive exegesi stud. Polit. fol. (mihi) 68.* Imperator convenitur coram Comite Palatino, non ut
131. coram † Superiore, sive Magistratu, sed ut coram Inferiore, qui tantùm judicium in causa proposita exerceat.

Deinde falsitatem illius hypotheseos: Coram quo quis convenitur, eum semper superiorem esse oportere illo, qui con-
132. venitur, demonstrat hoc modo: Princeps † aliquis ex Ordinatione Cameræ Imperialis, convenitur coram novem suis ad eam rem deputatis Consiliariis. Isti tamen Consiliarii non sunt superiores Principe: Et Princeps coram alio Principe pari conveniri potest, quem Princeps actor, ex quatuor à reo Principe propositis, judicem elegit, ut expressè sancitur *in Ordinat. Camer. Imper. part. 2. tit. 2.*

Adscribo hic etiam verba ipsius Bodini, quæ habet *lib. 3. de* Repub

Repub. cap. 6. num. 315. Fit interdum, ut Rex † ipse depositâ quodammodo majestate, de sua causa Magistratus judicare jubeat: quia jure ipso receptum est, (*l. est receptum. 14. ff. de jurisdict. l. 4. de recept. arbitr. l. si quis in conscribendo. C. de pactis*) ut par majorve potestas judicium accipiat, si se alterius Imperio ac jurisdictioni submisit: quod non modò in privatis ac Magistratibus, sed etiam in ipsis Principibus locum habet: sive aliorum Principum sive suorum judicia subire malint. *Hac Bodin.* & quidem verissimè. 133.

Sic & Reges Galliæ, † ut supra *ex Hotoman. & Sleidan.* probavimus judicium Parlamenti Parisiensis subeunt. Ubi par pari Bodino referimus. 134.

Sic etiam, *referente Stephano Junio Bruto in vindic. contra tyran. in repetit. ad quæst. 6. fol. (mihi)* 186. Reges Hispaniæ † in conventibus triennalibus, quos vocant, apud suos ordines se sistere solent, tum ut suis jus dicant, tum ut ab aliis jus suum recipiant. 135.

Præterea, ut scribit *Meland. d. l.* Electores † Saxoniæ coram suprema sua Electorali Lipsensi curia, de bonis ac reditibus sui ærarii sive Cameræ, ut loquuntur, sese conveniri patiuntur, ut sanxerunt in der Ordnung des Churfürstlichen Sächsischen ober Hoffgerichts zu Leipzig. *Rubric.* Wer vor das ober Hoffgericht. Et tamen Curia illa Saxonica Electoribus suis non est superior. 136.

Adhæc: Archiduces † Austriæ cùm sint immunes à jurisdictione Imperiali, in controversia seu causâ, aliquem è suis vasallis judicem constituunt, coram quo conveniantur, & jus accipiant. *Cuspinianus in Austria. fol. 37. edit. Francofurt. de Anno* 1561. *Munsterus lib. 3. Cosmograph.* Nemo autem vasallum superiorem dicet suo Domino. 137.

Et jure † feudali cautum est, quòd vasallus volens Principem vel Comitem Imperii in causa feudali in jus vocare, non judices ordinationis, (vermög der austräg) sed pares curiæ adire debeat. *Andr. Gail. 1. obs. 1. num. 54. obs. 156. per text. in c. 1. de controv. feud. apud par. term. Afflict. ibid. num. 4. & communiter Feudistæ.* 138.

dictæ. text. in c. 1. §. prætereà si inter. de prohib. feud. alien. per Frider. Mynsing. cent. 1. observ. 99. cent. 4. observ. 89. cent. 5. observ. 75. cent. 6. observ. 19. Wurmſ. tit. 51. de feud. observ. 37. Hartmannus Hartmanni ab Eppingen tit. 54. obſ. 21. Ludolph. Schrader. in tract. de feud. part. 10. sect. 5. & 6. à num. 134. ad 141. sect. 12. n. 114. Curt. Jun. part. 7. de feud. per tot. Jam verò pares illi judicaturi de causa feudum concernente, non debent esse ejusdem qualitatis, cujus sunt litigantes, *teste Mynſ. d. cent. 4. observ. 89. nu. 3. & Dn. Vultejo lib. 2. de feud. c. 2. 2. 24.* Ubi ait: rectè sentiunt, qui Pares etiam inferioris conditionis, quàm sint litigantes, pro judicibus admittunt. in quam sententiam refert *Mozzium, Curtium Juniorem, Borcholten, Felinum & Rosenthalium,* qui *c. 12. concluſ. 18.* veritatem esse concludit.

Argum. sextum. Sextum argumentum est, quòd Imperator Germanus sit tributarius † Imperatoris Turcici. *lib. 5. de Republic. cap. 6. numer. 2.*

139. Asseris quidem Bodine, Imperatorem nostrum tributarium esse Imperatoris Turcici. Sed unde probas? In medium adducis Ferdinandum I. & huic Provincias aliquot fruendas Turcam reliquisse scribis, eà lege, ut fisco vectigal annuum penderet. Sed ut concedam, hoc ita fuisse, tamen nec probatus aliquis auctor, nec exemplum extat, quod de modernis, vel etiam retrò anterioribus aliis Imperatoribus id ipsum confirmet. Ut tamen argumento satisfaciam, exabundanti respondeo.

Responsio. Si Imperator † Romanus, (nullo tamen modo concesso)

140. Rex Mauritaniæ, aut alii, qui Turcarum Imperatori aliisve, ne regionum suarum fines excursionibus infestent & devastent, annuam solvunt pecuniam: hoc ipso exciderent summâ, quam in sibi subjectas habent, potestate & majestate, si, inquam, ex illo tributo (malim dicere pensionem. Tributum enim à subditis, aut ab aliis, qui potentiorum vi coacti, ut libertate ac pace fruerentur, pecuniam victoribus se daturos spoponderunt. Pensio verò libera est, seu à cliente, seu ab iis solvatur, qui æquo fœdere societatem & amicitiam cum iis inierunt, qui sese cum hostibus conjunxerint, seu

seu ab iis auxiliares copias urgente populo accipiant. *Bodin. dict. c. 6. num.* 582.) Majestas ipsa aliquid caperet detrimenti: nec ipse Turcarum † Imperator de summa in suos potestate gloriari pos- 141.
set: (quam tamen ipsi adscribunt Politici) cogitur enim & hic ex veteri pacto tributum ducentorum millium nummûm Æthiopum Regi pendere. Quod cum Selymus II. biennio non solvisset, bellum Selymum inter & Davidem Æthiopem exarsit, Ann. 1571. David enim propter tributum denegatum dilatumve, Cairum universumque agrum sub Imperio Turcico vicinum, emissis Nili aquis submersit. Est n. in hujus Regis arbitrio, placidè & moderatè aquas Nili in hos agros immittere, solumque fœcundare, cùm nec nives habeat, nec imbres: aut perforatis quibusdam angustiis, urbes & agros, homines atque jumenta fluctibus involvere & suffocare. Purpuratus Memphyticus ferro potiùs quàm auro se inundationem hanc posse coërcere putans, multos Arabes, Mauros, multosque Cairi incolas accolasque coëgit, finesque Æthiopum ingressus, omnia vastat, & populabundus ad Sabam & Meroen percurrit, angustias illas occupare & abstruere conatus, sed à Davide præventus est, omnes Mauri & Arabes cœsi, capti & in fugam versi sunt. Id cùm malè purpurato successisset, simulat se inscio, amici Regis agros spoliatos esse. Sed Æthiops non ignarus, cujus auspiciis hac gesta erant, literas purpurato mittit, & ut tributum solvat, sine ulla contradictione aut prorogatione, imperat: id nisi faciat, se in finitimos Turcarum agros hostiliter ingressurum, omniaque ferro & flammâ vastaturum. Quod & confestim fecisset, nisi cum Persa de Arabiæ finibus bellum metuisset, quod paulò post prudenti consilio est sopitum. *Michaël Eyzinger. primi part. Paralipomen. thesaur.* Quin etiam Turcarum Imperator illis populis, qui montes Arabiæ tenent, sexaginta millia aureorum tribuit, ut agro Palæstino ac Damasceno liberè fruatur, ut scribit *Bodin. in Method. Histor. cap.* 5.

Denique probè notandum quod ipse *Bodinus* scribit *lib. 6. cap. 2. num.* 648. victo Philippo II. Regi Macedonum,

ac Regibus Illyriorum, stipendium in singulos annos esse imperatum, *salvâ cujusq; Imperij Majestate.*

Hactenus fuere argumenta desumpta ex qualitatis Imperii statu, hoc est, ex modo & forma gubernationis: Jam proponemus
142. illa, quæ loquuntur de statu † quantitatis, hoc est, de magnitudine, amplitudine & potentia ejus. (hâc enim duplici consideratione in Scholis Politicorum status Regni cujuslibet distinguitur & perpenditur.)

143. Arg. septimum. Sic verò se illa habent *in method. Histor. c. 7. fol.* 417. quòd hodiè Imperio Romano alia † Regna sint longè majora & potentiora, ut Turcicum & Hispanicum.

Responsio. Respondeo concedendo, quòd utrumque sanè Regnum sit omnium Provinciarum & Regnorum latissimum. sed cui igno-
144. tum, Turcicum maxima † ex parte esse sylvestre & sterile? per solitudines & eremos id exerceri?

145. Quis Hispanicum † cultum & frequentatum existimabit, ut nostram Germaniam, cultam hominibus, civitatibus, oppidis & pagis, ut meritò Palæstinam vocare possis: utpote quæ decem circulos, ut hodierna ætas vocare solet, instar decem justorum Regnorum complectitur. Et verissimè de Hispanorum potentia ait *Philippus Nicolai lib. 1. de Regno Christi*: populus ille latè regnans bellóque superbus, qui Antipodes despicit, Indosque & auroræ patriam solo nominis auditu terret, unicam Germaniarum portionem, Belgiam, in qua multis nūc annis Marte ancipiti dimicatur, edomare nescit. Et quamvis, ait *Christophorus Warsevic. Polonus in orat. de Austriaca domo ad Rodolphum II. Imp. Pragæ 2. Martij, Anno* 1588. *habitâ*, Rex Hispaniæ alterâ manu Orien-
146. tem, alterâ Occidentem teneat, prædominationis † tamen, & summi Imperii fastigium contra Rom. Imp. jactare nullo modo
147. potest. cui etiam respectu † Imperatoriæ Majestatis, non Majestatis prærogativa, sed dignitatis nomen tribuitur, more & consuetudine Cancellariæ Imperialis. *Kirchner. in Republ. disput.* 3. *ap-*
148. *pend.* 7. Diversus † siquidem est status ἐκ τοῦ ποσοῦ seu quantitativus, à statu τοῦ ποιοῦ seu qualitativus. *Et Besold. d. quæst.* 4. Omnis Respu-

Respublica modo gubernationis, non quantitate molis circum-
scribitur; quia forma dat esse rei, non quantitas: & plus & mi-
nus non variant genera rerum. Quamvis ergo Bodin. quoad † ex- 149.
ternam Reipub. magnitudinem, multitudinem Provinciarum,
longitudinem finium, Hispaniarum potentiam omnibus aliis Im-
periis præferat: in his tamen externis Reipublicæ supremæ apex
& dignitas non consistit, sed potiùs in magnitudine internâ, quæ
comprehendit splendorem & jura Imperii, superioritatis, prærо-
gativæ, observantiæ, majestatis vim & auctoritatem, quæ externis
longè sunt præstantiora. Unde fit, ut etiamsi Respublica externâ 150.
magnitudine minor sit, internâ tamen aliis prædominetur, quia
penes eam est summa summi Imperii amplitudo & majestas.
Kirchner. d. disput. 3. th. 4. & seqq. Quia itaque Imperium Roma-
no-Germanicum in † locum pristini illius Imperii prædominan- 151.
tis & summi successit, ejusque juribus, præeminentiis & privile-
giis omnibus fruitur: ex hoc jure tam successionis, quàm guber-
nationis erit æstimandum. *Schönborn. lib. 5. Polit. cap. 5.* Illa au-
tem superioris Imperii prædominatio † Monarchia dicitur 152.
κατ' ἐξοχὴν & propriè. Quare non est, ut dicat, *Bodin. d. cap. 7.*
innumerabiles fuisse Monarchias: quia nos Monarchiam
hoc loco accipimus, pro summo † Imperio, cujus respectu 153.
alia minora Regna Monarchiæ dici nequeunt: sed ut
lucidissimum solis lumen solum, præ omnibus aliis stellis luce-
re videtur: ita illud præ hisce dominatur, & caput suum erigit.
In latiore † verò significatione quisque Principum, qui so- 154.
lus Principatu aliquo libero potitur, Monarcha dici potest. Sic
non modò Hispanus, sed etiam omnes alii Reges & Principes li-
beri, utpote Galliæ, Angliæ, Daniæ, &c: cùm soli Regnorum
suorum solium teneant, rectè Monarchiæ prædicantur. Ecquis
ergo dicet Majestate & dignitate Imperium nostrum Germani-
cum cedere Hispanico vel alii cuipiam? Illius enim sublimita-
tem † & eminentiam ipse Turca agnoscit, quando Romani Im- 155.
peratoris ad sese missos legatos omnium aliorum Regum legatis
exhibitione honoris, loco & sessione anteponit. Cùm enim illu-
stris Cæsaris Christianorum orator ad Portam Ottomanicam

Davi-

Davides Ungnadius Baro Sonneccianus, Constantinopoli discessurus, & Sultano Musulmannorum valedicturus, Legatum Persicum primum, sibi debitum, occupasse locum vidisset: insalutato Sultano discedere satagebat: Bassa Vezirazemes eâ re animadversâ: Persam, licet Mahometanum, inferiore loco sedere jussit. *Johan. Leunclavius in supplement. Annal. Othomannid.* Idem contigisse Anno Christi 1582. cùm Mahometes III. secundùm Mahumeticæ legis præscriptum circumcideretur, hisce verbis refert *idem Leunclavius dicto loco.* Die mensis Maii XXVIII. cepit inaudita seculo nostro celebritas circumcisionis hujus, præsentibus Constantinopoli maximorum propè totius orbis Principum Legatis: Rudolphi II. Christianorum Imp. Augusti, Henrici III. Gall. Regis, (cujus tamen Orator Germinius Germollæus secundo post Cæsaris Legatos loco spectare jussus, cùm primum adfectaret: partim per invidiam, partim quòd obtinere non posset, ut Legati Poloniæ Regis excluderentur, quem pro Rege non agnoscebat, hero suo Regnum illud adserens, domi suæ se continuit) Stephani Regis Poloniæ, Reipub. Venetæ, Scachi Persici, Regum Aphricanorum, Maroci & Fessæ, ac Tartarorum; Principum Erdelii, Moldavii, Valachiæ, & aliorum. Honorabi-
156. lior † verò, qui primo loco sedet. *l. 1. C. de consul. l. decernimus, & ibi gloss. C. de sacrosanct. Eccles.* Hujus majestatis & præeminentiæ
157. intuitu hoc quoque Legato † Cæsareo datur, ut sedendo solus, aliorum Regum & Principum legati stando mandata sua coram Turca exponere soleant. *Amplis. Dn. Arumæus volum. 1. discurs. Academ. 1. fol. 9.* Ubi de Caroli V. legato narrat, quòd cùm aliquando ad exponenda mandata accitus stetisset, neque considere fuisset jussus, veritus ne Domino suo inverteretur, pallio, quod habebat, substrato insederit, & mandata sui Principis intrepidè exposuerit: mox consurgens pallium, quod substraverat, reliquerit: interrogatus à Turcis, cur id faceret, Cæsaris Legatum sellam sibi portare non solere, falsè responderit. *è Christophoro Warsevicio de legat. & legation.* Hoc Venetorum Orator imitari volens, & apud Turcam sedendo peroraturus, à barbaris interpellatus, &
158. prohibitus fuit. *Kirchner. de Legat. lib. 1. cap. 5.* Turca † etiam Imperato-

peratorem nostrum in literis ad ipsum datis, præcipuum Christiani orbis caput agnoscit, quarum inscriptio & stylus usitatus est: *In fide Jesu Nazareni, inter cæteros Principes Christianorum summo. Bertram. de Comit. conclus. 16.* Idem videre est ex literis Solymanni Imp. Turcici ad Imp. Ferdinandum I. in quibus magni & potentis Christianorum Domini, uni electi Romanorum Imperatoris titulo eum exornat: *apud Nicol. Reusn. lib. 10. epist. Turc.* stylum *ex Jacob. Fram. in continuat. relat. hist. de Anno* 1614. *fol.* 56. ita refert *Reinkingk. lib. 1. de regim. Secul. & Ecclesi. class. 2. c. 6. nu.* 41. Aus den Potentaten Jesu der fürnembste/vnd zwischen dem Geschlechte Jesu erwehlter fürnembster Herr aller Christlichen Völcker/ ein Versorger vnnd Administrator der Gerechtigkeit/ vnser Nachbar vnd guter Freund Matthias. En testimonium hereditarii & infensissimi Imperii Romani, & totius orbis Christiani hostis, quo probationis † genere nullum efficacius est, utpote ab omni suspicionis vel adulationis affectu alieno. *Dn. Arumæ. d. discurs. 1. fol. 8. in fin. Mascard. de probat. lib. 2. conclus.* 875. *n.* 16. *&* 17. *Cravetta consil. 6. n. 62. Prosper. Farinac. in tr. de testib. q. 53. n. 67.* 159.

Verè ergò *Schönborn. d. c. 5.* Præeminentia † Rom. Imperii 160. vertitur in eo, quòd omnes exteri intelligant, debere se comiter Rom. Imperii observare majestatem: neque enim ullum est in universo terrarum orbe nomen sanctius. *l. fin. C. de legib.* nullum vel remotissimis barbaris venerabilius.

Ubi notamus, cœco errore duci *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. n.* 146. cùm scribit: Turcam Francorum † Reges cæteris omnibus anteferre: quos etiam Principum omnium Christianorum maximos: se verò omnium Impp. ter maximum, & quidem Musulmanorum omnium Principem appellet: sed nemini ignotum, quòd Bodinus Regibus suis nimium tribuendo, aliorum verò, Romano-Germanorum præsertim Imperatorum, laudibus nimium detrahendo, sæpissimè turpiter erret. 161.

Deinde objicit nobis *Bodin.* Caroli V. † tempora *d. l. fol.* 418. 162.
Non video, inquit, quomodo Germania Hispanorum ac Italorum legionibus, duce Carolo V. resistere potuit: qui nisi Gallorū virtute revocatus esset, Imperiū illud in Provinciæ formam redegerat. Octavum argumen

Vu Respon-

Responsio. Respondeo. Etsi hic jure dicere possem, Carolum non con-
163. tra totum † Imperium, sed adversus aliquos tantùm Imperii Prin-
cipes pugnasse, tamen par pari ratione referens. Respondeo: nec
164. me videre, quâ ratione Galli, Caroli Crassi † tempore Normannis resistere potuissent, qui populi Gallicum Imperium penitùs delevissent, ni virtute Germanorum revocati fuissent. Quos etiam Gallos cùm per se satis virium ad depellendam Romanorum tyrannidem non haberent, ex veteri instituto, mercede conductos, ad suum auxilium evocasse, testis est *ipse Hotoman. in Franco-gallia cap. 3.*

165. Concludimus igitur, Imperium † Romanum, à Romanis, terrarum Dominis cognominatis, à Carolo Magno ad Germanos translatum, & nunc Romano-Germanicum appellatum, esse verè & κατ' ἐξοχὴν Monarchicum, hoc est, summum, universale & prædominans Imperium: esse Regnum supremum, esse caput omnium aliorum Regnorum, quæcunque latissimâ Christiani orbis orbitâ continentur: esse verè quartum & ultimum illud, quod in Scriptura sacra ferreum pronunciatur. Et quamvis sit afflictum, & prioribus Monarchiis infirmius: (quid mirum? cùm Daniel multa secula antè id per pedes mixtos & fictiles vaticinatus fuerit) nihilominus Majestatis & dignitatis suæ apice, omnibus aliis Regnis esse illustrius, celsius ac sublimius constanter asserimus, ratione scilicet prædominationis & superioritatis, quâ omnibus aliis Regnis & Imperiis antecellit: in quæ etsi non omnia dominetur, omnibus tamen, non aliter ac cœli luminibus, splendidissima fax solis, prælucet, ac prædominatur. Et quemadmodum omnia
166. † flumina, omnes torrentes, omnesque rivi ac fontes mari sese &
167. Oceano debent: Ita summo † & universali Imperio omnia alia inferiora. *Kirchn. d. disp. 3. aucl. 2. ad lit. a.* utpote à quo originem suam traxerunt. *Marta. de jurisd. part. 1. c. 32. n. 7.* Quo sensu *Dan-*
168. *tes Aligherius lib. 3. de Monarchia*, scribit, esse unicum † Imperium, quod dependeat immediatè à Deo,

CAPUT

CAPUT XXI.

DE IMPERATORE ROMANO, ejus Constitutione, seu Electione & Coronatione.

UNIVERSA Respublica Germanorum † componitur ex capite & membris, inquit *Thuan. lib. 2. Histor. à pr. Anton. Cöler. de jure Imper. German. th. 1. Bertram. de Comit. th. 16.* quorum illud Imperator, itemque suo respectu Rex Romanorum: Hæc status repræsentant. Postquam ergo ipsam Reipublicæ faciem, formam, rationemque Comitiorum, ex quibus illa maximè dijudicatur, perpendimus, jam agemus de capite, Imperatore † scilicet. *Aur. Bull. tit. 2.* ubi vocatur **ein weltlich Häupt.** *in Receß. Ratisbon. de Anno* 1566. §. **Wir wollen auch** / Maximilianus II. ait: **Wie wir denn / als Römischer Keyser / vnd das Oberhäupt im heiligen Reich.** *in Receß. de Ann.* 1570. §. **Nach erledigten: Haben wir als ein wachend Häupt des Römischen Keyserthums.** *in Receß. de Anno* 1518. *in pr. de Anno* 1529. §. **Vnd anfenglich** / appellatur **das oberste Häupt der Christenheit** / *in Receß de Anno* 1530. §. **Auff solches** / **ein oberster Vogt der Christenheit.** Quemadmodum enim in mundo unus Deus, qui omnia moderatur: in corpore Physico una anima, quæ imperat; ita Imperator Imperium nostrum, tanquam summus & primus, regit ac dirigit. *Besold. class. 1. disp. Polit. 1. th. 38.* 1. 2.

Imperator autem dicitur † à summa potestate imperandi, quòd omnibus subjectis Romano Imperio imperat, & superiorem in temporalibus non recognoscit, *secundùm Bald. in proœmio Cod. & Felin. in c. novit. de judic.* 3.

Imperator unde dicatur.

Antiquitùs † Imperatores dicebantur, qui exercitui præerant, sive Consules, sive Proconsules, sive Prætores, sive Dictatores, ac generaliter omnes Duces belli. §. *Servi autem. Instit. de jur. person. & ibid. Theophylus* Imperatores τῶν πολέμων ἡγεμόνας 4.

interpretatur, reque benè gestâ, & aliquot militibus externorum hostium prostratis, consequebantur, ut primùm à Senatu, deinde ab exercitu, honoris causa, *Imperatores exercitus* dicerentur. *Dio Caß. in vit. August. Cæsar. lib. 2. & 3. de bell. civil. Barnab. Brissonius de form. & solenn. populi Rom. verbis, lib. 4. Onuphr. Panvinius in tract. de Comit. Imper. c. 3. in fin.*

5. Posteà † nomen Imperatoris translatum est ad significandam sacrosanctam Romani Principis dignitatem.

6. Hodiè † verò Imperatorem fieri dicimus, qui Septemvirorum Germaniæ nostræ suffragiis atque consensu ad Christiani populi Monarchiam evehitur. *Joachim. Mynsing. in Comment. super proœm. Inst. num. 2.*

7. Fuere & *Augusti* † nomine insigniti Imperatores Romani, quod Octavianus primùm accepit à Senatu, quia magno successu & felicitate in rebus agendis utebatur, & Rempublicam augebat, siquidem Romanum Imperium ab Oriente in Occidentem, à Septentrione in Meridiem, per totum Oceani circulum cunctas gentes unâ pace compositas suâ ditione tenebat. *Petr. de Andlo. lib. 1. de Rom. Imp. c. 7.*

Augustus unde dicatur.

Non est autem eadem mens Doctorum circa etymon vocis Augusti. *Accursius super proœm. Instit. & Rubric. proœmij Di-*
8. *gestorum*, Augustum ab augendo † dictum esse putat, quòd Imperium augere, non minuere debeat, sicut & Reges in coronatione jurare solent. *c. intellecto. de jurejur.* & adhuc hodiè Imperatores hoc titulo utuntur: Allezeit Mehrer des Reichs: Semper Augustus. Augustus tamen, inquit *Schneidwin. ad Rubric. Instit. cap. 7.*
9. propriè ab Augurio † dicitur, quasi sacer, veneratione dignus, fortunatus & bonis auguriis consecratus, ad quod *Aldebrand. hic nu. 37.* allegat versus *Ovidij ex 1. lib. Fastorum:*

Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur
Templa, Sacerdotum ritè dicata manu.

Nec non *Matthias Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. memb. 1.*

num. 18. *& seqq.* Quod quidam ait, Imperatorem vocant Augustum, ab augendo Imperio, generale hoc est. Augusta enim sunt, quæ honore dignissima ac sacratissima sunt, unde & Græci Augustum ὅσιον Σέβαστον, *Act.* 25. *& 27.* quasi divinum, honore majorem, majestatisque plenum interpretari sunt. *Dion. lib.* 43. *Sext. Fest. lib.* 1. *Sueton. in Octav. Aug. cap.* 7. sed & *Mynsing. num.* 26. Accursium utpote antiquitatis ignarum redarguit; & sciendum esse inculcat, quod cum veteres omnia ab auspiciis, sive auguriis inciperent, hoc est, ab avium volantium spectatione, ipsarumve garritu, putantes se ita intelligere, quid faciundum utiliter, quidve fugiendum ob perniciem futuram esset: factum esse, ut Augusti appellarentur Imperatores, quasi religiosa veneratione, ac observatione digni, & bonis auguriis admodum profuturi Romanæ ditioni gubernandæ. Hisce suffragatur *Tob. Paurmeist. l.* 1. *de jurisdict. Imper. Rom. c.* 4. *nu.* 1. Augustique vocem pro sancto Augurio consecrato, Jovis ope aucto, accipit, *ex Sueton. in Vespas. & Lamprid. in Alexandro. & n.* 2. Augustos postea dictos scribit, qui rerum potirentur.

Cæsares † Augustis & Imperatoribus ab Imperio Romano fuere cooptati, & quasi Augustorum filii, atque designati heredes successoresve Imperii, essent, ut hodie apud nos Reges Romanorum. 10. Cæsares qui.

Sic itaque *Cæsaris* nomen & dignitas, secundariæ † fuit potestatis, & Imperii, tantum certam successionem significavit: *Augusti* vero certam possessionem, ut qui ante Imperium Cæsares, mox eo adepto Augusti dicerentur. Cujus rei præter alios testis est *Onuphrius Panvinius d. c.* 3. *à pr.* in hæc verba scribens: Divi Augusti filii adoptivi (naturales enim non habuit) & cæterorum sequentium Imperatorum, quod familiæ Cæsarum essent insiti, *Cæsares* omnes appellabantur, hoc est, è Cæsarum gente, in quam adoptati fuerant: ex quibus postea Augustis fato functis, unus vel testamento, vel electione cæteris Cæsaribus prælatus, Imperator & Augustus in defuncti Principis locum subrogabatur. Hinc ortum est, ut posterioribus temporibus, si qui ad Imperii fastigium, 11.

atque Augusti nomen essent promovendi, primò Cæsares appellarentur, hoc est, Imperii heredes vel successores: quo nomine, à privatis, gradus erat ad Augusti supremam potestatem. *Et paulò post*: Sic Divo Augusto Tiberius, Tiberio Cajus Caligula, Claudio Nero successerunt: qui omnes ex Cæsarum gente, ratione adoptionis, fuerunt. Nam & Divus Augustus *Cæsar* quoque appellatus fuit, quod à D. Julio Cæsare majore avunculo in Juliam familiam adoptatus fuisset, cujus Cæsar Cognomen erat; ex qua adoptione, ipse, & omnes ejus heredes & successores usque ad Neronem, Cæsares dicti sunt, quòd omnes Juliæ genti insiti per varias adoptiones fuissent. Etsi autem reliqui deinceps Imperatores, *Cæsares* quoque suos haberent, tamen ad familiam Cæsarum, quæ in Nerone defecit, nullâ ratione pertinebant. *Hactenus ille.*

Posteà tamen Marcus Antoninus Philosophus initio sui Imperii, Collegam sibi fecit Verum Commodum fratrem adoptivum, (hinc Divorum fratrum in legibus fit mentio. §. *Non esse.* 10. *Institut. de excus. tut. l. Imperatores.* 21. *ff. de appellat. &c.* quod de illis intellectum vult *Göd. de election. Imperat. apud Dn. Goldast. in Polit. Imperial. tom.* 1. *fol.* 233. *Joachim. Mynsing. in Comment. Instit. ad d* §. 10. *num.* 2. eumque Cæsarem & Augustum nominavit, quo tempore duo Imperatores & Augusti pari potestate regnare cœperunt. *Jul. Capitolin. & Melanchton. lib.* 3. *Chronic. Carion. in vit. M. Anton. Philos. Panvin. d. c.* 3. *fol.* 39. quod factum Anno Christi C. LXIII. *Mynsing. d. l.* (Quamvis enim antè & Titus Vespasianus, vivente adhuc patre, Imperii particeps atque tutor fuerit constitutus, & Romæ salutatus Imperator, patris tamen nomine & epistolas & edicta conscripsit. *Cuspinian. in vit. Titi.*) Non longè post Imperatore Commodo Vero mortuo, idem Marcus cum filio Conrado imperavit, homine pessimi ingenii. *Mynsing. dict. num.* 2. Marcum Antoninum imitatus est Imp. Severus, qui ante obitum duos filios suos, Caracallam & Getam, Cæsares primò: mox utrumque Augustum appellavit. Quo tempore primum tres Augusti simul fuerunt. *Idem Panv. n. eod. loc.*

Aliud

Aliud exemplum refert *c. 8. fol. 125.* Otho primus Imperator, inquit, filium suum Othonem juniorem à Principibus in Cæsarem electum, prin ó que Aquisgrani consecratum, se vivente, à Romano Pontifice Johanne Papa XIII. iterum inungi & sacrari in Augustum & Imperatorem facit: quo tempore, duo simul viventes fuerunt Imperatores Augusti. Posteà ex duobus unus Imperator, alter Rex, vel designatus Imperator appellari consuevit. Et *in c. Reatina Ecclesia, distinct. 63.* Leo Papa Lothario & Ludovico Augustis simul scribit. Quando verò duo, vel plures Imperatores simul & semel sceptrum tenuerunt, vel pro una reputati sunt persona. *gloss. in c. nunc autem. dist. 21.* Quod ipsum de se testantur Impp. Ludovicus IV. & Fridericus Pucher, his verbis: **Wir Ludwig und Friederich bekennen / daß wir uns mit einander verbunden haben ewiglich / das wir das Römische Reich / darzu wir beyde erwehlet und geweyhet seyn / mit allen seinen Würden / und was darzu gehöret / uber alle die Welt mit einander gleich als eine Person besitzen wollen /** refert *Anton. Coler. de jur. Imper. Germ. sect. 14.* Vel etiam facto, non juri asscribendum erit, *distinct. 21. Gloss. in c. in apibus. 7. in verb. unus. q. 1. Jason. in l. licet Imperator. 71. ff. de legat. 1. vid. Lancellot. in templ. omn. jud. lib. 1. c. 1. nn. 10. in fin.* Eo verò modo, quo vox Cæsaris successorem & heredem denotavit, accipitur *in l. 6. §. fin. ff. de jur. fisci, & l. etsi excepta. 7. C. de malefic. & Mathemat.* ut etiam in inscriptionibus legum, quando Augusti & Cæsares, vel Augustus & Cæsar unà rescripserunt *Hieron. Balb. in lib. de coronat. fol. 36. & 41. cum seq.* Hodiè verò non attenditur illud discrimen inter Imperatorem, Augustum, sive Cæsarem, sed qui nobis est Imperator, idem & Cæsaris titulo gaudet.

Appellati sunt Cęsares à primo Imperatore Julio Cæsare: quemadmodum Ægyptii Reges prisci Pharaones, & posteriores à Ptolomęo Ptolomęi, Reges Ponti Mithridatę, Reges Palæstinę Abimelechi, Reges Parthorū Arsacidæ, ab Arsace Rege benè merito, Atheniensium Erichteidæ vel Cecropidæ, Græcorum Despotæ, 12.

Latini

Latini Murani, Albani Sylvii, Hungarorum Cachami, Danorum Skyoldungi, Turcorum Othomanni, ab Othomanno primo Imperatore. Tartarorum Chaam. *Petr. Greg. Tholoza. l. 25. de Rep. c. 10. & lib. 18. syntag. jur. univerſ. c. 2. n. 11. Alex. ab Alexand. lib. 1. genial. dier. c. 2.*

13. Unde verò primus † hujus nominis auctor Cæſar fuerit dictus, non omnium eſt eadem mens & ſententia. Plerique

14. à † cædendo illum ita dictum putant, quòd cæſo matris utero eſſet natus. Sed horum inanem eſſe conjecturam, ſcribit *Cuſpin. in vit. Julij Cæſar.* ex eo, quòd ipſe matrem Aureliā amiſerit, cùm bellum Gallicum gereret. (de firmitate tamen hujus argumenti jam non diſputabo. Nam conſtat ex aſſertione Medicorum, & ſimul experientiâ, quòd partus interdum cædatur ex utero matris, ipsâ nihilominus ſuperſtite & ſalvâ.) Id autem primo fortè huic eveniſſe ait, qui hoc nomen ſortitus eſt: quod *Plin. lib. 7. hiſtor. nat.*

15. Scipioni Africano tribuit. Alii † rurſus aliam hujus vocis etymologiam tradunt, & Cæſaris nomine primum, quiſquis is fuerit, inſignitum eſſe dicunt, vel quòd oculis fuerit cæſiis, hoc eſt, glaucis, vel à Cæſarie, quâ natus dicitur. Sed hæ derivationes ad propoſitum nihil.

16. Quare Romanorum † antiquiſſimorum & Hiſtoricorum aſſcribam. Sic verò *Carolus Sigonius in lib. de nominib. Romanor.* Cæſar, Juliorum cognomen fuit, de quo alii aliter tradiderunt. Amicus meus in libro de nominibus ita: Illud non prætermittam, Cæſarem non ab utero cæſo dictum, quod multis, video placere, ſed, quod ait Servius & Spartianus, ab Elephanto primùm cæſo. Nam linguâ Punicâ Cæſar Elephas dicebatur. Quare in quibusdam argenteis nummis apud me videre eſt, ab altera parte Elephantem cum hac inſcriptione Cæſar: ab altera autem inſtrumenta, quibus Elephantes Romani perimebant. *Sic ille.*

17. Et ſic Cognomen illud *Cæſar*, ex eventu † Cajo Julio, pri-

18. mo Imperatori fuit impoſitum, more † Romanorum, qui multis nominibus fuêre uſi: primò quidem uno, ut Romulus & Remus, & Fauſtulus: *Varro apud Valer. Maxim. in epit. de prænominibus.*

Appia-

Appianus in prœmio historiæ suæ pòst duobus, tùm tribus. *Varro in lib. de lingu. lat.* quorum unum præcipuè nomen, alterum prænomen; tertium cognomen aut agnomen appellavêre. *Carolus Sigonius in lib. de nominibus Romanorum.* Ubi *Prænomen* vocat, quod nomini gentilitio (differentiæ causâ) præponitur, ut Publius. Et filiorum atque nepotum distinguendorum causâ Prænomina esse inventa, cum Varrone sentit. *Nomen*, quod originem gentis declarat, ut Cornelius. *Cognomen*, quod nominibus gentilitiis subjungitur, ut Scipio.

Exempla, à quibus cognomina ducta sunt, ponit *Sigon. d. l.* scilicet: *Vel à sapientia, aut contrà.* Ita C. Lælius Sapientis nomen invenit, ut ait *Plut. in Gracchis*: quia, cùm Tiberii partes adversus Optimates tueri cœpisset, discordiam civitatis metuens, ab incœpto destitit.

A moribus, virtute, vel vitiis. Sic superbi nomen tulit L. Tarquinius Rex: quia socerum gener sepulturâ prohibuit, Romulum quoque insepultum periisse dictitans, Primores Patrum, quos Servii rebus fovisse credebat, interfecit, aliaque multa superbè egit. *Liv. lib. 1.*

Ab oratione, & dicto aliquo. Lepidi, Æmilii dicti sunt, à lepore orationis.

Ab arte & studio aliquo. Pictor Q. Fabius dictus, quia primus Romæ ædem salutis pinxit. *Plin. lib. 35. c. 4.*

Ab urbe, vel regione devicta. Coriolanus, à Coriolis, oppido captis, dictus est C. Marcius. *Liv. lib. 2.*

A loco, ubi benè malève pugnatum est. Religiensis, A. Posthumius Dictator dictus, quòd ad lacum Regillum cum Latinis benè pugnaverit.

Ab aliis eventibus. Collatinus, Tarquinius dictus, quòd diu Collatiæ Præfectus fuerit. Publicola Valerius, quòd populum coluerit. Torquatus Manilius, quòd torquem in pugna Gallo detraxerit. Cunctator Fabius, quòd cunctando Annibalem fregit. Scipio, Cornelius, quòd patrem luminibus carentem pro Scipione rexerit. Cursor, L. Papyrius, à velocitate

furam vindicaret, hoc est, præfecturam morum, cognomen Patris patriæ adeptus est. *Cuspin. in ejus vit.*

Hæc circa nomina, quibus summus Princeps Romanus indigitatur, prælibare visum fuit, jam ad rem.

Imperator sive Cæsar, sive Augustus à *Tobia Paurmeistero d. c. 4. n. 6.* definitur, † qui secundùm constitutionem Carolinam legitimè electus est. *Aur. Bull. tit. 2. de elect. Reg. Rom.*

25. Definitio Imp. Paurmeisteri.

Si fortaßè non satisfaciat tibi hæc definitio seu descriptio, quia alia est quæstio, quomodo Imperator eligi debeat, alia quid sit, definiam, seu describam ita: quòd Imperator sit supremus † Princeps, qui secundùm constitutionem Carolinam legitimè electus, summæ rei Romanæ præest.

26. Auctoris.

27. Legitima electio Imp. quæ.

Legitima Imperatoris electio † illa dicitur, quæ ex lege Imperii fit ab Electoribus, vel majori eorum parte in Imperiali civitate Francofurtensi ad Mœnum: quæ etiam ante legem Carolinam electioni celebrandæ fuit deputata, *teste Wimphelingo in Epit. rer. German. c. 44.*

28. Electio debet esse *libera*, † talis scilicet, quæ est boni viri, ex vera liberrimi animi sententia, quæ sibi perpetuò ob oculos positam habet Reipub. utilitatem cum honestate conjunctam. Utque suffragia Procerum sint libera, id est, nec coacta ab eo, qui eligi vult, nec muneribus aut blanditiis corrupta, monet etiam *Keckerman. lib. 1. system Polit. c. 4. fol.* 188. Nam, inquit, rationibus & argumentis agendum est, non autem affectibus, qui semper sunt pessimi consiliarii: Et, ubi non est libertas, ibi nec electio est, nec eligi potest is, qui seipsum obtrudit, aut artibus quibusdam atque obreptione Regnum invadit.

29. Rectè & providè *Carncovius de elect. Reg.* hæc tria † in omni electione requirit. 1. ut ii, qui eligant, eligendi potestate utantur sine omni metu. 2. ut recto judicio, ordine debito, & modo legitimo. 3. quod est omnium maximum, ut cum summo timore Dei ad electionem accedant.

30. Quare Electores † ex præscripto Aureæ Bullæ (quam ita ab appenso Imperatoris sigillo aureo appellare solemus. *Amplis. Dn. Arumæus discurs. 1. ad Aur. Bull. q. 4.*) *tit. 2.* jurare tenentur, se secundum

eundùm omnem discretionem & intellectum electuros esse Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus: seque vocem suam & votum daturos absque omni pacto, stipendio, pretio seu promisso, vel quocunque modo talia valeant appellari.

Dignitas † autem Reipublicæ & utilitas, metienda non tam externis principis bonis, neque respectus major habendus ad divitias, ad potentiam, & antiquitatem generis, quàm ad eas animi facultates ingeniique vires, quæ *primariò* ad gubernationis felicitatem requiruntur. *Tholozan. lib. 7. de Repub. c. 16. 17. & c. 13.* ostendit, quàm malè cesserit hoc, quando Principes ob divitias electi fuerunt. Pertinet huc canon *Keckerm. d. fol.* 118. in electione Electores respiciant magis ad requisita Principis fundamentalia & principalis, quàm ad secundaria, ut sunt potentiæ, divitiæ, splendor familiæ, &c. scilicet secundùm consilium Friderici Sapientis Electoris Saxonici, quod in hanc sententiam protulisse in conventu Electorum deprædicatur: Non esse in legendo Imperatore rationem habendam divitiarum, non esse familiæ potentioris, sed potiùs earum virtutum, quas Imperii administratio in Principe maximè desideret: esse verò, licet electus minoribus opibus & facultatibus sit, communi auxilio & subsidio, apum exemplo, quæ regi suo alimenta comportent, ne viris & viribus ullis destituatur, juvandum. *Kirchner. de Repub. disput. 4. th. 3. ad lit. b.* ubi addit: Hanc elegendi Regis rationem Polonorum Regno, quoties eam secuti sint, plurimùm conduxisse: plusque felicitatis electionem minùs potentium, quàm potentissimorum attulisse, testatur *Christoph. Warsevic. in orat. ad Maximil. II. Imp. in Comitiis Ratisbon. habita.* Quandoq; tamen circumstantiæ † & tem- 32.
pora potentem efflagitant Imperatorem, ut si ea sint valdè turbulenta, hinc inde immineant pericula, vigeant bella, seditiones & tumultus. Hinc Archiepiscopus & Elector Moguntinus Albertus, *in historia de elect. & coron. Caroli V. descripta à Philipp. Melanchton.* inter alias causas, cur Carolus eligi debeat, refert etiam perturbata tempora, pericula & bella Germaniæ, Pannoniæ, & toti Reipublicæ Christianæ imminentia.

cursus. Salinator, M. Livius dictus, quod vectigal novum ex salaria annonæ commentus fuerit. Maximus, Valerius, quod plebem patribus conciliaverit. Maximus, Fabius Rullus, quod divites quosdam viros ex libertis genitos, è Senatu amoverit. *Plut. in vit. Pompeii.* Et Pompejus post magnos triumphos accepit Magni nomen: idemque Senatus judicio fuit oblatum Alexandro Severo, qui tamen recusavit, quod ei quasi Alexandro Magno, Regi Maced. id fuerit tributum. *Lamprid. in vit. Alexand. Sever.* Posteà Constantinus Magnus honorificentissimum hunc titulum obtinuit, partim quod religionem Christianam longè latèque diffunderet. Imperium enim ante miserè distractum & disjectum collegit & refecit, fidei Christianæ felicissimus propugnator. *Boter. lib. 2. Polit. illust. cap. 10. fol. 267.* Itemque Carolus Francorum Rex, ex magnitudine rerum gestarum Magnus fuit dictus. *Acciolus Donatus in vita Caroli.* Alios Reges & Principes, qui propter auctoritatem & famam Magni sunt cognominati, enumerat *Boterus d. c. 10.*

A corporibus partibus. Sic à capite Capitones, Cilones, & Tuditani dicti sunt. Marcus Tullius Cicero cognominatus est inde, quia in extrema nasi parte eminens quid in figuram ciceris habuerit: à quo cognomen editum, per eum, in posteros gentilesque est transfusum. *Plut. in ejus vita.*

A corporis habitu sunt: Crassus, Macer.

Ab ortu ducta sunt Geminus, cognomen Serviliorum: quod primùm tulerunt P. & Q. Servilii fratres.

A loco, unde commigraverint, aut ubi nati, aut ubi habitaverint, hæc sunt: Sabinus Regillensis, vel Regillanus, ut est apud Sueton. Ap. Claudius dictus, quia ex Regillo Sabinorum oppido venit. *Livius.*

A principe generis: Fusus, Furiorum: qui antè Fusii, à Fuso. Julius, Juliorum, à Julio, generis auctore.

A similitudine alterius: Sic de Cn. Pompejo Magno scribit *Valer. lib. 9.* quod Menegenes à multis dictus sit: quod Megoni coquo suo similis esset.

A fortuna denique hæc dicta sunt: Felix, Faustus, in

Sulla:

Sulla: Dives in crassis. Sed hæc obiter. Redimus ad institutum.

A Julio ergo auspice Imperii, Cæsaris † titulus & nomen in Augustum ejusque successores translatum, Imperatoriæ Romanæ dignitatis proprium est, juxta effatum Justiniani *in præfat. Novell.* 30. Cæsar summo orbis terrarum arbitrio, quod nos obtinemus, bonum dedit principium: qua etiam de causa apud omnes terræ populos nominatissimum Cæsaris nomen est, & nos præter omnes alias Imperatoriæ majestatis notas, eo gloriamur. Ab aliis itaque Regibus & Principibus sine sacrilegio usurpari titulus Cæsaris non potest. *Kirchner. de Repub. disput.* 3. *append.* 8. Videri etjam potest *Matthias Stephan. de jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 2. *num.* 1. 2. 3. 4. & 5. 19.

In libris † Feudorum Imperator plerunque Rex vocatur *in c.* 1. §. & *quia. de his qui feud. par. poss. c.* 1. *de lege Corradi. Borcholt. in repetit. c. unic. num.* 2. *de Regalib.* Unde Regalia pro juribus Imperatoris ponuntur. Et moris est, ut priùs † creetur Rex Romanorum, ac posteà Imperator inauguratur. *Rosenthal. de feud. c.* 5. *conclus.* 1. *num.* 3. 20. 21.

Regis † autem nomen post Tarquinium apud Romanos fuit invisum, nec ab ullo posteà usurpatum. Hinc Julius Cæsar plebi Regem se salutanti, Cæsarem se, non Regem, esse respondit. *Lancellot. in templ. omn. jud. lib.* 1. *c.* 1. §. 1. *verb. Imperatores qui fuerint. Marquard. Freher. in not. ad P. de Andlo de Roman. Imper. lib.* 1. *c.* 7. 22.

Hodiè † verò Rex ab Imperatore distinguitur, proximumque ab eo obtinet locum, adeoque dignitate est inferior. *Lancellot. l.* 1. *c.* 2. *in pr.* 23.

Notandum & hoc *ex Appiano Alexandrino lib.* 2. *de bell. civil.* quòd Imperatoribus duntaxat dignis tribui soleat, ut *Patres* † *Patriæ* salutentur. Cujus appellationis honos primùm Ciceroni contigit. Is enim propter periculosissimam conjurationem Catilinam depulsam à Republica, Servator patriæ est habitus, gratiæ sunt ei actæ publicè, & post varias acclamationes populi, Pater patriæ consaluatus est. *idem ibi.* Deinde Julius Cæsar cùm sibi cen- 24.

 suram

furam vindicaret, hoc est, præfecturam morum, cognomen Patris patriæ adeptus est. *Cuspin. in ejus vit.*

Hæc circa nomina, quibus summus Princeps Romanus indigitatur, prælibare visum fuit, jam ad rem.

Imperator sive Cæsar, sive Augustus à *Tobia Paurmeistero d. c.* 4. *n.* 6. definitur, † qui secundùm constitutionem Carolinam legitimè electus est. *Aur. Bull. tit.* 2. *de elect. Reg. Rom.*

25. Definitio Imp. Paurmeisteri.

Si fortaßè non satisfaciat tibi hæc definitio seu descriptio, quia alia est quæstio, quomodo Imperator eligi debeat; alia quid sit, definiam, seu describam ita: quòd Imperator sit supremus † Princeps, qui secundùm constitutionem Carolinam legitimè electus, summæ rei Romanæ præest.

26. Auctoris.

27. Legitima electio Imp. quæ.

Legitima Imperatoris electio † illa dicitur, quæ ex lege Imperii fit ab Electoribus, vel majori eorum parte in Imperiali civitate Francofurtensi ad Mœnum: quæ etiam ante legem Carolinam electioni celebrandæ fuit deputata, *teste Wimphelingo in Epit. rer. German. c.* 44.

28. Electio debet esse *libera*, † talis scilicet, quæ est boni viri, ex vera liberrimi animi sententia, quæ sibi perpetuò ob oculos positam habet Reipub. utilitatem cum honestate conjunctam. Utque suffragia Procerum sint libera, id est, nec coacta ab eo, qui eligi vult, nec muneribus aut blanditiis corrupta, monet etiam *Keckerman. lib.* 1. *systhem. Polit. c.* 4. *fol.* 188. Nam, inquit, rationibus & argumentis agendum est, non autem affectibus, qui semper sunt pessimi consiliarii: Et, ubi non est libertas, ibi nec electio est, nec eligi potest is, qui seipsum obtrudit, aut artibus quibusdam atque obreptione Regnum invadit.

29. Rectè & providè *Carncovius de elect. Reg.* hæc tria † in omni electione requirit. 1. ut ii, qui eligant, eligendi potestate utantur sine omni metu. 2. ut recto judicio, ordine debito, & modo legitimo. 3. quod est omnium maximum, ut cum summo timore Dei ad electionem accedant.

30. Quare Electores † ex præscripto Aureæ Bullæ (quam ita ab appenso Imperatoris sigillo aureo appellare solemus. *Amplißß. Dn. Arumæus discurs.* 1. *ad Aur. Bull. q.* 4.) *tit.* 2. jurare tenentur, se secundum

cundùm omnem discretionem & intellectum electuros esse Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus: seque vocem suam & votum daturos absque omni pacto, stipendio, pretio seu promisso, vel quocunque modo talia valeant appellari.

Dignitas † autem Reipublicæ & utilitas, metienda non tam externis principis bonis, neque respectus major habendus ad divitias, ad potentiam, & antiquitatem generis, quàm ad eas animi facultates ingeniique vires, quæ *primariò* ad gubernationis felicitatem requiruntur. *Tholozan. lib. 7. de Repub. c. 16. 17. & c. 13.* ostendit, quàm malè cesserit hoc, quando Principes ob divitias electi fuerunt. Pertinet huc canon *Keckerm. d. fol.* 118. in electione Electores respiciant magis ad requisita Principis fundamentalia & principalis, quàm ad secundaria, ut sunt potentiæ, divitiæ, splendor familiæ, &c. scilicet, secundùm consilium Friderici Sapientis Electoris Saxonici, quod in hanc sententiam protulisse in conventu Electorum deprædicatur: Non esse in legendo Imperatore rationem habendam divitiarum, non esse familiæ potentioris, sed potiùs earum virtutum, quas Imperii administratio in Principe maximè desideret: esse verò, licet electus minoribus opibus & facultatibus sit, communi auxilio & subsidio, apum exemplo, quæ regi suo alimenta comportent, ne viris & viribus ullis destituatur, juvandum. *Kirchner. de Repub. disput. 4. th. 3. ad lit. b.* ubi addit: Hanc elegendi Regis rationem Polonorum Regno, quoties eam secuti sint, plurimùm conduxisse: plusque felicitatis electionem minùs potentium, quàm potentissimorum attulisse, testatur *Christoph. Warsevic. in orat. ad Maximil. II. Imp. in Comitiis Ratisbon. habita.* Quandoq; tamen circumstantiæ † & tempora potentem efflagitant Imperatorem, ut si ea sint valdè turbulenta, hinc inde immineant pericula, vigeant bella, seditiones & tumultus. Hinc Archiepiscopus & Elector Moguntinus Albertus, *in historia de elect. & coron. Caroli V. descripta à Philipp. Melanchton.* inter alias causas, cur Carolus eligi debeat, refert etiam perturbata tempora, pericula & bella Germaniæ, Pannoniæ, & toti Reipublicæ Christianæ imminentia.

Quamvis verò electio Septemvirorum sit libera, non tamen
33. men est voti † liberi de quacunque persona, quam Reipublicæ uti-
34. lem, & gubernatione dignam judicaverint, sed restricti † ad certum personarum genus, ne alienigena & peregrinus eligatur, sed sanguine & origine sit Germanus, ex lege Imperii fundamentali, quam ab Ottone III. Imper. constitutam testantur *Irenicus exeg. German. lib. 3. cap. 33. Mutius de reb. German. lib. 14. Heigius part. 1. q. 5. Cuspinianus, & Octavius de Strada de vitis Impp. in Otton. III.*

Germanus eligendus in Imperatorem.

Unde Albertus Elector Mogunt. in electione Caroli V. Imp. Coëlectoribus dissuadens electionem Francisci I. Regis Galliarum, vehementer Imperium Romanum ambientis, suamque ferens sententiam, sic ad illos locutus fertur: Existimo vos omnes de tribus sententiis disputare: An Rex Galliæ sit ad Imperium accersendus, aut Carolus Rex Hispaniæ, an verò satius sit aliquem eligere ex cæteris Germaniæ Principibus, qui virtute & potentiâ aliis antecellere videatur? De his omnibus meam exponam breviter sententiam. De Gallo arbitror, nos impediri nostris legibus & jurejurando. Est enim disertè constitutum, ne extero, sed Germanico Principi Imperium commendemus, ne hoc tantum decus ad exteras nationes transferatur: & non modò Germania veniat in servitutem, sed etiam in Italia, aut statu Ecclesiæ mutatio sequatur. Nec verò dubium est, Regem Gallicum esse peregrinum Principem: & eò appetere hoc fastigium, ut ad suos transferat: sicut idem majores ipsius sæpè armis ad se trahere conati sunt. Nec sine acerrimis dimicationibus Carolus Crassus, & Othones possessionem Imperii in Germania retinuerunt. *Melanchton. in dict. histor. de elect. & coronat. Caroli. Sleidan. lib. 1. comment. sub Anno* 1519.

35. Et si enim nihil de arcendis † exteris Aureæ Bullæ constitutio loquatur, antiquissimæ tamen legis auctoritas tum temporis à Moguntino Electore fuit adducta, & pervetusta Germaniæ consuetudo, quæ vitæ humanæ lege omni valentior. *Duaren. ad l. 1. §. est autem pactio. ff. de pact.* Huc usque enim nemini exteræ nationis ad Imperialem dignitatem ascendere licuit in Imperio

Germa-

Germanico, cùm tanto tempore omnes Imperatores fuerint Germani. Quo ipso videtur etiam præscriptum, ut omnes † dein- 36.
ceps debeant esse Germani. Cui sententiæ accedunt non quintæ classis Doctores. *Bald. in c. venerabilem, de elect. num. 5. Martinus Laudens. in tract. de princ. sing. 174. Lancellotus in templo omnium judicum lib. 1. c. 1. §. 2. quæst. 1. & 3. Petrus de Andlo in tract. de Imp. Rom. l. 2. c. 3. Petrus Heig. d. q. 5. num. 6. & seqq. Henning. Gœden. consil. 1. quæst. 1. Simon. Pistor. volum. 1. consil. 1. quæst. 1.* Divortium verò ab ea faciunt auctores nonnulli, relati à *Simon. Pistor. & Pet. Heig. dd. ll.* asserentes, nullo jure probari, quòd ex sola natione Germanorum debeat eligi Imperator. quorum sententiam *Panormitanus* dicit confundi *per text. in c. venerabilem. extr. de elect.* in eo, quòd dicit & fatetur Pontifex, Romanum Imperium à Græcis in Germanos (non solùm activè, ita ut Alemanniæ Principibus potestas Imperatorem eligendi concessa fuerit, ut *in d. c. ven. D. Cardinal. Florent.* sentit. Sed etiam passivè. *Gœden. d. q. 1. nu. 3. post Abb. Sicul. & Johan. de Imol. Johan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de rescript. præsen. §. fin. vers. pen. in d. c. venerab. & Hostiens.* quòd Germaniæ Principes ad culmen Imperatorium evehi debeant. *Dn. Arumæ. volum. 1. discurs. Academ. 6. per tot. & in discurs. 2. ad Aur. Bull. conclus. 3. Dn. Frideric. Hordleder. in discurs. ad Sleidan. th. 1. apud Goldastium in Polit. Imperial. part. 31. fol. 1371. Petr. de Andlo d. c. 3. & ibi Marquard. Freher. in not. Lancellot. d. c. 1. Heig. d. q. 5. Theodor. Reinkingk. de regim. Secul. & Eccles. lib. 1. class. 3. c. 4.*) translatum in personam Magnifici Caroli Magni, qui & ipse fuit Germanus, & Francus Orientalis, cujus Metropolis est Herbipolis, ut demonstrant *Irenic. d. lib. 3. c. 18. Wimpheling. de reb. German. c. 21. Petr. de Andlo c. 13. & ibi Freher. Ludolphus de Babenberg. de juribus Regni & Imperij c. 3. Henning. Gœden. d. q. 1. num. 1. & 2. Dn. Cluten. in Sylloge rer. quotid. th. 4. sub lit. f. & Cuspinianus in vit. Caroli Magni*, his verbis: Qui tradunt Imperium à Græcis ad Gallos, à Gallis ad Germanos translatum, ineptè illi ac nimium delirant. Nunquam Galli Imperium obtinuerunt: sed Francis (nostro idiomate Francken/ à quibus diversi sunt Frantzosen) quidem datum est, & primùm Carolo Magno Franco; qui nun-

nunquam Gallus fuit, sed Francus: & in ea quidem parte Franciæ, ubi semper Germani habitarunt, genitus. Patria illi fuit Ingelheym oppidum, quod duobus distat milliaribus à Moguntiaco, cui semper lingua patria fuit Germanica: quemadmodum & Franci populi fuerunt Germani, quod ex veteribus Procopius Cæsariensis, Agathias, Zonaras, qui & Johannes Monachus, Græci quidem, sed gravissimi auctores demonstrant, qui de Francorum origine elegantissimè scripserunt. Ex recentioribus Hunibaldus Francorum Scriptor vetustus, Regino Abbas, Sigebertus, & plerique alii. Adeò ut labor ille, quem fecit Lupoldus Babenbergius de translatione & juribus Imperii, ut quosdam diversos uniret, non fuerit valdè necessarius. *Et paulò post:* Carolus is filius fuit Regis Francorum Pipini, qui etiam in Francia Germanica ortus & educatus (quod tam nomina villarum & oppidorum ab ipso appellatorum, quàm monasteriorum fundationes plurimorum, quarum diplomata extant, evidentissimè simul ac apertissimè demonstrant. Carolus in villa Ingelheym insigne palatium extruxit, cujus vestigia hodiè cernuntur. Adeò ut frustrà sibi hunc Galli vendicent, & nimium ineptè, cùm Germanus fuerit, & linguâ & moribus, hoc est, integritate & dexteritate. *Hæc ille.*

37. Quare Carolo † non ut Gallo, sed ut Germano & Germanorum Regi Imperium fuit collatum. Nec moramur Bodinum, Germanici nominis hostem, qui Carolum natione Gallum, in Gallia natum, linguâ quoque, moribus & institutis, unà cum majoribus suis educatum scribit *in method. histor. cap. 7. fol.* 421. *& lib. 1. de Repub. cap. 9. num.* 145. quoniam non ex historiarum inscita, verùm in Gallos suos affectu pleraque confundit, eumque pungit vehementer repulsa Regum Galliæ, utque Germanos repungeret, nullum ipse genus convitii omittendum censuit, ut loquitur *Ampliss. Dn. Hordleder. in d. discurs. th.* 2. Nam & Germaniam quondam Galliæ Provinciam fuisse scribit, virtute Caroli Magni Gallorumque opibus & armis partam. Et nullo jure usurpatum à Principibus Germaniæ, nomen Imperatorium. Et peregrinum fuisse ac minutum Principem Henricum Lucemburgicum.

tum. Et proponi potuisse graviores causas, quæ ab electione Caroli V. summovere Electores debuerint. Et Austria in gente Imperium Germanicum tàm altè radices egisse, ut suffragiorum jura penitùs sublata videantur. Quæ partim leviter & impudenter confictà, contra omnem spectatæ historiæ fidem, consensum, rationem: partim ita comparata, ut Electores minimè gentium fugerint: partim, ut non moverint. *idem Hordteder. ibid.* Reprehendit etiam eo nomine Bodinum *Dn. Arumæ. d. discurs. 2. ad Aur. Bull. conclus. 2. à pr.* scribentem, in Austriaca gente Imperium Germanorum tam altè radices egisse, ut evellendi vix ulla spes esse videatur. Non rectè, inquit: eo quippe in effectu nihil aliud insinuat, quàm liberam electionem Septemviris eripi, & in vicem electionis successionem substitui.

Scripsère sanè olim *Bald. & Zabarell. in d. c. venerab.* quod Rex Romanorum possit eligi ex † Gallis seu Francigenis, putantes Carolum M. è Francia Occidentali prodiisse. *Lupold. de Babenberg. d. c. 3.* opinatur etiam *Fulvius Pacianus lib. 2. de probat. c. 35. num. 50. cum seq. & Gregor. Tholozan. lib. 7. de Repub. c. 15.* in memoriam pristinæ possessionis, Gallum cum Germano in electionis calculo concurrere posse. Sed huic quæstioni fauces esse præclusas in ambitu Francisci Regis Galliarum, rectè tradit *Kirchner. d. l.* 38.

Equidem ista duo Regna † Italiæ atque Franciæ, auspiciis Caroli Magni (cujus constitutio testamentaria extat *apud Crantz. in Metropoli lib. 3. c. 35. Ludolphum de Babenberg. de jur. Regni & Imperii. Rhenat. Choppin. lib. 2. de domanio, tit. 2. num. 11. Goldast. tomo I. Constit. Imperial fol. 145.*) Occidentali Imperio Romanorum ita fuerunt inserta, ut cum Germaniæ Regno, cui sedes & honos Imperii concessus, unum corpus Imperii efficerent. Atque hoc jure tria illa Regna unita fuère, licet peculiares Reges Gallia, & Principes plures Italia salutaverit, summisque immunitatibus & privilegiis utrumque Regnum donatum fuerit. *Kirchner. de Republ. disput. 2. th. 5 ad lit. b.* cujus potestatis † & jurisdictionis antiquæ in illis Regnis per Cæsarem administratæ, in titulis Archicancellariorum Italiæ & Galliæ: Archiepiscopi scilicet Treverensis per Galliam, & Regnum Arelatense; Coloniensis verò per Italiam, 39. 40.

vestigia extant. *Onuphrius Panvinius in tract. de Comit. Imper. c.* [illegible] *& 9. circa fin. Heig. part. 1. q 3. num. 50. Paurmeist.* [illegible] *2.* [illegible]
41. *Imper. Rom. c. 4 num. 52.* Quam Cancellariorum † [illegible] Imperii institutionem paulò ante, vel [illegible] Imp. tempora, exortam fuisse, et ipsorum [illegible] privilegiis, vel diplomatibus publicis se observasse, asseverat [illegible] quorum multa habeat exemplaria, ex ipsis archetypis, per varias terræ Italicæ urbes, conquisitis.

42. Jurisdictionis † vero juriumque usum in utroque Regno usque ad Friderici II. mortem viguisse, auctor est *idem Panvin.*
43. verùm quoad † Galliam, hujus exemptionis occasionem & initium ad [illegible] nepotes refert *Za*[illegible] *de caus. exempt. conclus. 2.* ut retulimus *supr. c. 14.*

44. Quia ergo propter † virtutem & fortitudinem Germanorum in persona Caroli M. ad Germanorum gentem Imperium translatum est, indignum esset, aliunde quærere Regem, & priscæ Germanorum virtuti, quâ omnibus ferè antecellunt populis & nationibus, aliquid detrahere. *Reink. d. c. 4. n. 5.* Si enim, inquit, *num. 6.* idoneus eligendus, unde quæso magis idoneus, quàm ex ipsa Germania, omnium virtutum cultrice, eligi poterit.

Rationes pro electione Germani.

Aliam rationem assignat *num. 9.* quòd Germanus linguam † moresque Germanorum meliùs noscat, quàm peregrinus.
45.
46. Requisitum † siquidem & fundamentum regiminis præcipuum [illegible] Nosse Rempublicam: & perspectos habere civium mores. *Plut.*
47. *in Alciabe. Cicer. 2. de orat.* Quo nomine Probum † Imp. laudat *Fl. Vopiscus in ejus vit.* quòd omnium, quibus imperaturus [illegible] mores perdidicerit. Hinc etiam *illustris Comes* [illegible] *rius in orat. ad Electores pro Carolo V.* relatus ab [illegible] *fol. 84.* Requiritur, inquit, à vobis Imperator, qui [illegible] nica [illegible] neque hoc solùm, verùm etiam qui ipsam linguam moresque, ac illum magnanimum & generosum spiritum ex incunabulis hauserit: id ego non solùm prudenter à vestris majoribus constitutum fuisse, verùm etiam à vobis diligenter observandum esse pronuntio. *ex tom. 1.* [illegible]

48. Ad hæc: peregrini Imperatoris incommodum, [illegible] † sollicitudinem, quæ inde timetur. *Reink.* [illegible] *n. 10.*

Me-

Metuendum quoque, ne peregrinus ereptis [illegible] Electorum suffragiis, dignitatem Imperii familiæ suæ perpetuam co[illegible] properet. *Dn. Arumæ. d. conclus.* 3. *fol.* 86. 49.

Ritè secundùm præscriptum constitutionis Carolinæ [illegible] cti statim ex sola † electione veris Romanorum Rex, & Imperator est nom[illegible]andus & censendus: idque constitutione *Aur[illegible] Bulle tit.* 2. §. *ult* præclarè confirmatum, ex cujus tenore tùm alia Imperii jura & bona administrare, tùm privilegia largiri pote[illegible]: & consuetudine munitum, moribusque receptum, ut ipso electionis jure, qui electus est, summam potestatem consequatur. *Petrus de Andlo in tract. de Imp. Rom.* 50.

Ex sola electione verus Rom. Rex & Imp. efficitur.

Nec enim Romani Imperatoris titulus & auctoritas à Pontificia † coronatione est, sicut Innocentius III. Pontifex contendit & requirit *in c. venerabilem, ext. de elect.* & Clemens V. *in c. unic. de jurejurand. Clementin.* 2. *gloss. ad c. fin. de reg. jur. lib.* 6. *in verbo, Pontificatus*, & alii nonnulli Pontificii Doctores. *Salicet. in l. bene à Zenone, num.* 7. *C. de quadrien. præscript. Lancellot. in templo omn. judic. lib.* 1. *c.* 3. §. 1. [illegible] 4. *Oldradu[illegible] consil.* 90. *num.* 7. *volum.* 2. ut scilicet [illegible] Romanorum Imperator dicatur, quam a Pontifice R[illegible]no esset [illegible]us, consecratus & coronatus: R[illegible] hoc meruit, [illegible]m à veteribus aliis Pontificiis Theologis, in [illegible] numero est *Nicolaus Cusani de concordantia Cath[illegible] lib.* 3. di[illegible]ns: Unctio [illegible] nihil Imperiali potestati p[illegible] Jurisconsultis qu[illegible] *culat. in tit. de Rescript.* §. *fin. vers. neq; quod est obtentum.* [illegible] *lib.* 2. *de probat. c.* 35. *num.* 32. & *seqq. Carol. Molinæ. in consuetud. Paris. tit.* 1. *num.* 73. ubi scribit, secundùm hanc sententiam semper ab antiquo practicarum, solosque Advocatos Consistorii Papæ contrarium scribere. His accedit *Ludolphus de Babenberg. in tract. de jure Regni & Imperij Rom. c.* 5. & 10. qui ait; Rex Romanorum [illegible] accipit potestatem administrandi ex coronatione, sed [illegible] Principum. Nec non *Matthias Wesenbecius* [illegible] *ad Rubric. num.* 6 *lit. f.* Nos [illegible]amus, omnem potestatem a Deo esse, & ei obedientiam ac rove[illegible] 51.

Non exspectatâ coronatione Pontificiâ.

rentiam deberi, quamvis nulla coronatio intercedat. Certè in
53. Imperio etiam ante † coronationem, præter im Pontificiam electus Imperator Augustus vocatur & est. Sed & ante † Bullam le-
54. gem tulit Ludovicus IV. Bavarus *in Constit. de potest. Elect. Imp.* Ut Imperator à majori parte Electorum designatus, statim ratione electionis plenam potestatem & auctoritatem habeat administrandi Romanum Imperium, nullâ Romani Pontificis confirmatione vel coronatione expetitâ. *Huld. Mut. Cuspin. in vit. Ludov. Panvin. d. tract. c. 13. in fin.* verba constitutionis *ex Aventino in annal. lib. 8. art. 2. Flacio de translat. Imper. cap. ult. Hieron. Balbo in lib. de coronatione fol. 39 Alberico de Rosate ad l. benè à Zenone. C de quadrien. præscript.* ita refert *Matthias Stephani in tract. de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 1. num. 114. Licet juris utriusq; testimonio manifestè declaretur, imperialem dignitatem & potestatem immediatè in filio Dei ab antiquo processisse, & Deum per Imperatorem, & Reges mundi, jure humano generi tribuisse, atq; Imperatorem ex sola electione eorum, ad quos pertinet, verum effici Imperatorem, nec alicujus alterius egere confirmatione, seu approbatione, cùm in terris quoad temporalia superiorem non habeat, sed eidem gentes subsint & nationes: & ipse Dominus noster Christus mandavit, quæ sunt Dei, Deo, quæ Cæsaris, Cæsari reddenda: quia nonnulli tamen avaritiæ & ambitionis cæcitate ducti, divertentes à tramite recti sensus, in quædam iniqua & prava commenta, & assertiones detestabiles prorumpunt, fallaciter asserentes: Imperialem dignitatem & potestatem esse à Papa, electumque in Imperatorem non esse verum Imperatorem & Regem, nisi prius per Papam sive sedem Apostolicam confirmetur, approbetur & coronetur: per hujusmodi pravas assertiones & pestifera dogmata hostis antiquus movet lites, jurgia suscitat, & seditiones procurat. Ideò ad tantum malum evitandum, de consilio & consensu Electorum, & aliorum Principum Imperii, declaramus Imperialem dignitatem, & potestatem à solo Deo pendere: esseq; tam de jure quam de consuetudine approbatum, ut postquam aliquis eligitur in Imperatorem sive Regem ab his, quorum interest, statim ex sola electione sit verus Rex & Imperator Romanorum censendus, eidemq; ab omnibus Imperio subjectis est obediendum: cuumq; administrandi jus cæteraq; faciendi, quæ ad verum*

rum

rum Imperatorem pertinent, plenariam habeat potestatem, nec Papæ sive sedis Apostolicæ, aut alicujus alterius approbatione, confirmatione, auctoritate, consensuve indigeat. Et ideo propter hæc in perpetuum valitura lege decernimus: Ut electus in Imperatorem concorditer, vel à majori parte Electorum, ex sola electione censeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore, & eidem ab omnibus subjectis Imperio debeat obediri: quum administrationem, & jurisdictionem Imperialem, & Imperialis dignitatis plenitudinem habeat; & ita habere & obtinere ab omnibus censeatur, & firmiter asseratur. Quicunq; autem contra hæc declarata decreta, vel definita, aut aliquid eorum asserere, aut dicere, aut asserentibus aut dicentibus consentire, vel eorum mandatis aut literis, vel præceptis obedire præsumpserint, eos omnibus feudis, quæ ab Imperio detinent, & omnibus gratijs, jurisdictionibus, privilegijs, & immunitatib. à nobis vel prædecessoribus nostris concessis, ex nunc privamus, & ipso jure, & facto decernimus esse privatos: Insuper eos crimen læsæ majestatis incurrisse, & pœnis omnibus impositis crimen læsæ majestatis committentibus subjacere. Datum in Coloniensi civitate Alemaniæ. Hactenus Constitutio Ludovici Bavari Imperatoris.

Et quid quæso aliud est † coronatio, quàm publica testa- 55.
tio, quæ Imperatorem non facit, sed factum publicè declarat? *Arnisæ. lib. 1. doctrin. Polit. cap. 13. fol. 291. in fin. Paurmeist. d. c. 4. num. 5. Excellentiss. Dn. Arumæ. in discurs. Acad. 5. tom. 1.* Neque ideò Rex est, quia coronatur, sed propterea coronatur, quia est Rex. *ex Auct. Apolog. Cathol. pro Navarr fol. 111. & seq. Arnisæ. l. 1. de jur. Majest. c. 6. n. 7.* Certissimique juris est, quòd ille, qui † con- 56.
firmat, sicut nihil adimit aut immutat, ita etiam de novo nihil dat. *Herman. Vult. volum. 3. consil. Marpurg. 21. num. 205. Dn. Daniel. Otto, amicus meus, apud Aruma. tomo 2. discurs. Academ. 15. th. 38. 39. & in jur. public. c. 10. fol. 292. & seq. edit. de an. 17.* Ratio est: quia confirmatio jus antea quæsitum præsupponat, *Menoch. consil. 75. num. 12. Gail. lib. 2. observ. 1. num. 3.* Unde rectè scribit *Anton. Quetta d. num. 17.* & post eum *Matth. Stephani dict. loc. num. 125.*

57. Solam † electionem ad substantiam seu necessitatem Imperatoris pertinere, reliqua, ut sunt confirmatio, inunctio, consecratio, & coronatio, *d. c. ven. rab. & clement. 1. de jurejur.* ad solennitatem seu celebritatem. Idem prorsus docet *Arnisæ. de translat. Imper. num.* 28. & 29. cum quibus confer *Gold. d. q.* 5. Ubi etiam docet, quòd quidam unicâ & simplicissimâ responsione adversantes Decretorum & Decretalium auctoritates enervare

58. tentent: quòd scilicet conclusiones † Canonum & Canonistarum in gratiam Pontificis, haud probent. Non enim illis legibus est credendum, quorum repelluntur auctores. *c. fraternitatis. de haret. c. licet ex quadam. de testib. l. Mens. manic. C. de Episc. aud.* & nemo in propria causa testis idoneus *est. l.* 10. *C. de test.* idque multo magis, si testis potest prætendere honorem, vel etiam commodum suum. *Cacheran. decis.* 79. *num.* 40. *Remkingk. de regim. Secul. & Eccles. lib.* 1. *class.* 2. *c.* 3. *num.* 17. Deinde, respectu Canonistarum domesticum est testimonium, quod jure reprobatum. §. *in testibus.* 9. *Inst. de testam. l.* 1. §. *ad quæstionem. ff. de quæst. l. etiam. & ibi Dd. C. de testib. Speculat. in tit. de testib.* §. 1. *num.* 11.

Aliter ita *Henning. Arnisæ. num.* 9. cùm docuisset, Imperatoriam

59. toriam † legem de petenda corona à Papa non dari, sed potius contrarium decretum esse à Ludovico Bavaro: & si aliqua esset,

60. eam non valere, cùm ne juramentum † quidem valeat, quod diminuit dignitatem Imperatoris. *c. intellecto. de jurejur.* Subjungit

61. ita: si verò lex Pontificia † producatur, eam constat non obligare, nisi quatenus approbatur, cùm jurisdictiones sint distinctæ.

62. Sed nec † ulla produci potest, quia *Clem. Rom. de jurejur. C. ven. rab. de elect. c. in nomine Dom. dist.* 23. Imperatorem non, allegant ad præmeam coronatos, sed Pontificium jus esse contendunt, ut possit consecrare, nominare, approbare Imperatorem ele-

63. ctum, si ea petitum veniat. Nam quod Papa † se inter Conradum & Lotharium interposuit, in certo casu discordiæ factum est, nec ad ordinarium jus trahi potest.

64. Ad consuetudinem † quod attinet, & exempla superA L-

bona

[illegible]erti, Henrici, &c. qui con[illegible] à Papa petierunt, respondet *id[illegible] ibid.* Quod per † favorem [illegible] ex certa causa [illegible], id 65.
aliis non debet [illegible] præjudicium. *c. qu[illegible] de reg. jur. in 6. cum concord.* Et in actibus voluntatis & meræ facultatis nulla præscriptio vel consuetudo induci potest. *per l. viam. ff. de via publica.* Nec spectandum est quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat. *l. 1[illegible]. de offic. præsid.* Adde: quòd Impp. nonnulli Pontificum † fraude, specie religionis fuerint circumventi. *Daniel. Otto. d. discurs. thes. 64.* 66.

Hoc ergo vexillum in veritatis Republica erigimus: In † Imperatorem seu Regem Romanorum, peracta statim † electione, omnia Imperii jura, bona, & administrationem conferri, non exspectatâ confirmatione, unctione & coronatione Pontificiâ, jure optimo ab Impp. quibusdam neglectâ, quæ plus dedecoris & servilis obsequii, quàm ornamenti continet, eamque ob causam rectè etiam ab exteris minimè ex dignitate Imperii esse judicatur. *Bodin. de Repub. lib. 1. c. 7. nu. 137.* 67.

Exempla † Imperatorum laudatissimorum, qui ejusmodi coronationem papalem, tanquam solennitatem supervacuam neglexerunt, [illegible] sunt [illegible]? En Rodolphum I. Albertum, Maximilianum I. Ferdinandum I. Maximilianum II. Rodolphum II. Matthiam I. Ferdinandum II. præsentem Imperatorem. Hi tamen omnes & singuli augustissimo Imperatoris [illegible]o ac nomine, absque ullius contradictione, Imperium feliciter administrarunt, & nunc etiam administrant. 68.

Veteres † illos Imperatores quod concernit, Ludovicum Quartum dico, Conradum Primum, Henricum Aucupem, Conradum Suevum, Adolphum, Albertum, Rupertum ac cæteros, qui titulo Cæsareo nullâ necessitate adacti, ultrò abstinuerunt, nullâ ratione fuisse prohibitos, quin quibusvis nominibus se salutari [illegible] [illegible] homo italus *Onuphrius Panvinius in tract. de [illegible] fol. 6[illegible] edit. [illegible] Argent. an. 1613.* [illegible] p[illegible] coronatione, tanquam pro aris & focis pugnans. 69.

Recens electus Imperator de more [illegible], & quidem 70.
ex

Olim triplici coronâ insignitus Imperator.

ex Constitutione Caroli Magni, ut scribit *Boterus in Cosmographiâ part. 1. lib. 1. in descriptione Germaniæ, fol. 96.* triplici coronâ insignitur. Primam Aquisgrani imponit Archiepiscopus Coloniensis: secundam Mediolani Archiepiscopus ejus loci: tertiam Romæ confert Pontifex. *Restaur. Castald. de Imperat. q. 33. num. 4. Franciscus Zoanett. in tract. de Rom. Imperio, n. 248.*

71. Sed qualis fuerit Germanica † corona, mirè Historici variant. *Carolus Sigonius lib. 7. de Regn. Ital in Ott. I. fol.* 176. ait, se in omnibus Commentariis invenisse, eam argenteam fuisse: cui assident *Luitprand. de gest. Saxon. Paul. Jov. lib. 27. hist. Crus. lib. 5. Annal. Suevic. Pont. Heut. lib.* 10. Sed alii plurimi, relati a *Buxtorffio ad Aur. Bull. conclus. 46. sub lit. d* ferream asserunt, & inter eos *Bero consil. 1. num. 3. & seq. lib. 1.* qui Germaniæ coronam olim argenteam fuisse, nunc verò ferream existimat. Hos suffragio suo sublevat *Boter. d. l.* Auream tamen esse, ex puró auro confectam, *idem Buxtorff. sub lit. f. probat ex Witikindo lib. 2. gest. Saxon. Hartman. Mauro de coronatione Caroli V.* cujus talia verba refert: Insuper corona Caroli Magni, quæ Aquisgrani imponitur, non ferrea, ut vulgus falsò autumat, & (quod magis pudendum) passim in Juris Professorum Commentariis reperitur, sed ex puro auro fabricata est. Prædictumque errorem rectè per testimonium, à proprio visu desumptum, refutare asserit *H. Balbum de coronatione, fol.* 44. idemque se facere posse.

72. Pariter circa coronam Mediolanensem † variant. Ferream eam adstruit *Onuphr. Panvin. in d. tract. c.* 11. argenteam *Boter. d. l. & gloss. Clem. 1. de jurejur.*

73. In Romana, † quòd ea aurea fuerit, consentiunt. *Panvin. d. c.* 11. *& 5. Boter. d. l. & alij.*

74. Et Rex † Roman. creatus non prius Imperator dici consuevit, quam a Pontifice Romano, vel cui hoc jure singulari ab eo indultum, Episcopo Hostiensi Cardinali ceu refert *Johan. Andr. Zabarell. & Johan. de Imola in c. venerabilem*, esset inunctus, & ab ipso Pontifice consecratus, & aureo diademate insignitus, ut in nonnullis contigisse videmus. *Henric. Cœden. consil. 1. de coronat. Cæsar.* licet ibidem consecrationem impropriè dici affirmet. Sed

hæc

hæc coronationis † solennitas olim adhibita ab Impp. quibusdam veteribus & recentioribus est prætermissa, ut modò à nobis fuit dictum ac probatum. 75.

Quod verò Imperatores electi tribus † infulis seu coronis fuerint exornati, ferrea, argentea & aureâ: id esse ex divino instituto, probat *Hieronymus Balbus de coronatione cap. 8.* Nimirum ad exemplum Salvatoris nostri, quem his tribus coronis ornatum sacræ designant literæ. 76. Quid tres coronæ Imperatoriæ designant.

Argenteâ, ut *Zachar. 5.* sumes argentum, & pones in capite Jesu.

Ferreâ, ut *in lib. Reg.* sub imagine Zedechiæ, qui ferream sibi fabricavit coronam.

Aureâ, ut in *Apocal.* vidi supra nubem filium hominis, habentem in capite suo coronam auream.

Tres † coronas, tres illos dominatus Asiæ, Africæ & Europæ referre, scribit *Zonett. d. num. 248.* Allegorica † interpretatio & conjectura est *Schneidewini in rubric. instit. num. 6. & Schonborn. [illegible]* dicentes: Ferream coronam designare fortitudinem, [illegible] ferream contra rebelles severitatem: Argenteâ serenitatem, [illegible], claritatem & splendorem futuræ præeminentiæ ostendi: Aureâ excellentiam super omnes Reges declarari putat *Schneidew.* ajens: sicut aurum est excellentius omnibus metallis: ita & ipse Imperator debet esse excellentior omnibus aliis Regibus & Principibus in potentia & justitia. Paulò aliter † *Schonborn.* qui auream coronam fortè mores Principis, qui auro conformes esse debent, adumbrare scribit. Aurum, inquit, igne non solùm fit deterius, sed magis & magis enitescit: sic Principis virtus in diversis conspectior: Aurum tractabile est & ductibile: sic & Principes, præsertim ad clementiam. Aurum dum liquatur, [illegible] extrementa: verum suavissimi est odoris: ita Princeps [illegible] optimum est, spirat. *Arnisæo de translat. Imp. n. 30.* [illegible] videtur accedere ad veritatē, quod in Pontificiali traditur *t. de coron.*, [illegible] quod superfluū est, dematur. Nam 77. 78. 79. 80.

Olim triplici coronâ insignitur Imperator,

ex Constitutione Caroli Magni, ut scribit *Boterus in Cosmographiâ part. 1. lib. 1. in descriptione Germaniæ, fol. 96.* triplici corona insignitur. Primam Aquisgrani imponit Archiepiscopus Coloniensis: secundam Mediolani Archiepiscopus ejus loci: tertiam Romæ confert Pontifex. *Restaur. Castald. de Imperat. q. 33. num. 4. Franciscus Zoanett. in tract. de Rom. Imperio, n. 248.*

71. Sed qualis fuerit Germanica † corona, mirè Historici variant. *Carolus Sigonius lib. 7. de Regn. Ital. in Ott. I. fol. 176.* ait, se in omnibus Commentariis invenisse, eam argenteam fuisse: cui assident *Luitprand. de gest. Saxon. Paul. Jov. lib. 27. hist. Crus. lib. 5. Annal. Suevic. Pont. Heut. lib. 10.* Sed alii plurimi, relati à *Buxtorffio ad Aur. Bull. conclus. 46. sub lit. d.* ferream asserunt, & inter eos *Bero consil. 1. num. 3. & seq. lib. 1.* qui Germaniæ coronam olim argenteam fuisse, nunc verò ferream existimat. Hos suffragio suo sublevat *Boter. d. l.* Auream tamen esse, ex puro auro confectam, idem *Buxtorff. sub lit. f. probat ex Witikindo lib. 2. gest. Saxon. Hartman. Mauro de coronatione Caroli V.* cujus talia verba refert: Insuper corona Caroli Magni, quæ Aquisgrani imponitur, non ferrea, ut vulgus falsò autumat, & (quod magis pudendum) passim in Juris Professorum Commentariis reperitur, sed ex puro auro fabricata est. Prædictumque errorem rectè per testimonium, à proprio visu desumptum, refutare asserit *H. Balbum de coronatione, fol. 44.* idemque se facere posse.

72. Pariter circa coronam Mediolanensem † variant. Ferream eam adstruit *Onuphr. Panvin. in d. tract. c. 11.* argenteam *Boter. d. l. & gloss. Clem. I. de jurejur.*

73. In Romana, † quòd ea aurea fuerit, consentiant. *Panvin. d. c. 11. & 5. Boter. d. l. & alij.*

74. Et Rex † Roman. creatus non priùs Imperator dici consuevit, quam à Pontifice Romano, vel cui hoc jure singulari ab eo indultum, Episcopo Hostiensi Cardinali, ceu refert *Johan. Andr. Zabarell. & Johan. de Imola in c. venerabilem*, esset inunctus, & ab ipso Pontifice consecratus, & aureo diademate insignitus, ut in nonnullis contigisse videmus. *Henric. Cœden. consil. 1. de coronat. Cæsar.* licet ibidem consecrationem impropriè dici affirmet. Sed

hæc

hæc coronationis † solennitas olim adhibita ab Impp. quibusdam veteribus & recentioribus est prætermissa, ut modò à nobis fuit dictum ac probatum. 75.

Quod verò Imperatores electi tribus † infulis seu coronis fuerint exornati, ferreâ, argenteâ & aureâ: id esse ex divino instituto, probat *Hieronymus Balbus de coronatione cap.* 8. Nimirum ad exemplum Salvatoris nostri, quem his tribus coronis ornatum sacræ designant literæ. 76.

Quid tres coronæ Imperatoriæ designent.

Argenteâ, ut *Zachar.* 5. sumes argentum, & pones in capite Jesu.

Ferreâ, ut *in lib. Reg.* sub imagine Zedechiæ, qui ferream sibi fabricavit coronam.

Aureâ, ut *in Apocal.* vidi supra nubem filium hominis, habentem in capite suo coronam auream.

Tres † coronas, tres illos dominatus Asiæ, Africæ & Europæ referre, scribit *Zoanett. d. num.* 248. Allegorica † interpreta- 77. 78.
tio & conjectura est *Schneidewini in rubric. instit. num.* 6. *& Schönborneri* 5 *Polit. cap.* [illegible] dicentem. Ferream coronam designare fortitudinem & ferream contra rebelles severitatem: Argenteâ serenitatem, mundiciem, claritatem & splendorem futuræ præeminentiæ ostendi: Aureâ excellentiam super omnes Reges declarari putat *Schneidew.* ajens: sicut aurum est excellentius omnibus metallis: ita & ipse Imperator debet esse excellentior omnibus aliis Regibus & Principibus in potentia & justitia. Paulò aliter † *Schönborn.* qui auream coronam fortè mores Principis, 79.
qui auro conformes esse debent, adumbrare scribit. Aurum, inquit, igne non solùm fit deterius, sed magis & magis enitescit: sic Principis virtus in diversis conspectior: Aurum tractabile est & ductibile: sic & Principes, præsertim ad clementiam. Aurum dum liquatur, nulla exhalat excrementa: verum suavissimi est odoris: ita Princeps nil nisi quod optimum est, spirat. *Arnisæo de translat. Imp. n.* 30. proximè videtur accedere ad veritatẽ, quod in Pontifi- 80.
ciali traditur *t. de coronis*, modò quod superfluũ est, dematur. Nam

ait, Aquisgranensis corona Regni Germanici signum est, sicut Henricus II. filium Henricum, Regem Germaniæ constituturus, Aquisgrani coronari fecit, & per hanc coronationem Regem German. designari. *Sigon. 8. histor. Ital. in fin.* Mediolanensis verò Longobardici seu Italici, ut confessus legitur Conradus I. quando Mediolanensis Archiepiscopi manu futurum Imperatorem inungi, in Italiæ Regem dicebat, ortâ inter Ravennatem & Mediolanensem controversiâ, uter ex iis Imperatorem Pontifici ad aram sistere deberet *Sigon. lib. 8. Ital.* Romana denique corona Imperii est, quia cum ea Carolus Magnus acquisivit titulum Imperatoris. *Lupold. de jurisdict. Imp. cap. 10.* Maneat ergo hoc, quòd Pontificia coronatio sit supervacanea, quòd nihil novi tribuat, & quòd sufficiat sola electio, & coronatio Electoralis, quæ fit in civitate Francofurtensi, ubi electio celebratur.

81. Ritus † varios, qui adhibentur hodiè electione peractâ, cognoscere licet ex descriptione electionis Caroli V. *à Philippo Melanchtone edita, & Sleidano lib. 1. Comm.* eandem historiam copiosè enarrante.

CAPUT XXII.

DE POTESTATE, PRÆEMInentia, administratione & officio Imperatoris in Imperio.

HActenus de Constitutione Imperatoris diximus : [illegible] de potestate & administratione ejusdem dicemus.

1. Diximus ante eo ipso, quò creatur Rex vel Imperator Romanorum, Imperium omne Politicum & potestatem jure gentium in eum conferri. *ex tit. 2. Aur. Bull. §. ult. & quia.* ubi disponit Carolus, quòd statim peractâ electione, jura Imperialia exercere possit ac debeat electus.

Juris-

Jurisdictio † verò & potestas Imperatoris est universalis in toto Imperio, eaque summa in omnes Romani Imperii cives, incolas & subditos lege Regiâ sibi collata §. *sed & quod Principi placuit. Instit. de jur. natur. gent. & civil. l. 1. ff. de constit. Princip. l. 2. §. & cùm placuisset, de orig. jur.* & est notoria juris & de jure, *asserente Baldo in l. 2. num. 55. c. de servit. & aqua.* Ab † Imperatore siquidem omnes jurisdictiones, omnia regalia & dignitatum thesauri, veluti à fonte, non secus ac flumina omnia ex Oceano fluunt, & ad eundem refluunt tanquam ad mare. *Bald. in c. 1. §. ad hoc, de pace jur. firmanda. Mascard. volum. 2. de probat. conclus. 1053. num. 2. Rosental. de feud. c. 5. conclus. 2. num. 3. Sixtin. de Regal. l. 1. c. 4. num. 3. 4. & 5. Gœden. consil. 3. num. 23. & 24. Menoch. consil. 2. num. 7. Cacheran. decis. 30. num. 6. Geil. 1. observ. 30. num. 21. Paurmeist. d. c. 4 num. 21. & seq. Kirchn. de Repub. disp. 5. append. 4. ad lit. a.* Hinc *Jason. in l. qui Romæ. §. seia, num. 15 de verb. oblig.* ait: Imperatorem quoad jurisdictionem esse tanquam mare, quod concursu fluminum nec augeatur, nec minuatur: ideoque cum quolibet ordinario & inferiore concurrere. Unde Imperator ex qualibet Provincia potest evocare & citare, quem velit, ut patet ex traditis *à Wesenbecio consil. 97. in princ.* cùm ob generalem jurisdictionem & superioritatem, quam habet in universum Imperium Romanum, censeatur jurisdictionem habere in homines suorum hominum. *Modestinus Pistor. consil. 28. num. 14. volum. 1. Stephan. lib. 2. part. 1. cap. prim. membr. 2. numer. 242.*

2. Jurisdictio Imperatoris universalis in toto Imperio

3.

Hinc ex mente & sententiâ *Matthiæ Stephani de jurisdict. l. 2. c. 1. num. 1. & seqq.* Princeps † summus, sive Imperator, non tam est Magistratus, quàm causa Magistratus: non dignitas, sed dignitatum culmen, fundamentum & principium. Quocirca non debet facere gradum dignitatis, sicut dicitur de stipite, à quo gradus proveniunt. *c. quod dilecto, cum gloss. de consangu. & affin.* prout & regulariter capita non veniunt sub appellatione dignitatum. *c. dilectus, de concess. præb. c. quia periculosum, de sent. excomm.* Ait: *Regulariter*: Nam alii capita † sub dignitatum appellatione regulariter non venire tradunt in comparatione partis ad

4.

5.

partem, sed partis ad totum. Sic enim militum appellatione Imperator continetur: & sub appellatione populi senatus. *arg. l. 1. ff. de testam. milit. §. 4. Instit. de jur. nat. gent. & civil.* [illegible] *: plebs*

6. *autem.* Decoratur† quidem Imperator epithetis, quibus decorantur etiam alii Magistratus: quæ tamen epitheta non astringunt, cum in aliquo Magistratuum gradu: quia qui major est, etiam minoris jura habet. *arg. c. cui licet. de reg. jur. in 6. l. non debet, de reg. jur. l. minus, de tribut.*

7. Quin ratione absolutæ† & universalis jurisdictionis (quæ tamen universalitas jurisdictionis Imperatoriæ hodiè tam quoad territorium, quàm personas & causas, multis in casibus est restricta, & succinctè tradit *P[illegible]ister. d. c. 4. [illegible] ad fin. cap. & Matth. [illegible]phan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. [illegible] 1. membr. 2. [illegible]m. 120. ad fin.* quo brevitatis causa me remitto) [illegible]c non protectionis & administrationis Imperii, Imperator nominatur dominus *orbis. *l. deprecat[illegible]. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. Dn. Cluten in Sylloz. rer. quotid. th. 1. ad lit. b. & th. 9. lit. b.* & numen terrestre, eminens super omnes, tanquam stella matutina, in medio nebulæ meridionalis. *Bald. consil. 238. lib. 1. & consil. 300. l. b. ult. Cotta in memorabilib. verb. Imperator.* Omninò enim à Deo proximus Cæsar palam habebatur. *Marquard. Freher. in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. de Imp. Rom. cap. 8.* magisque quàm alii Reges ac Principes elogiis & epithetis decoratur. *Lancellot. in templ. omn. jud. lib. 1. c. 2. §. 33. n. 5. Sixtin. d. c. 4. num. 7.*

Imperator Dominus orbis.

8. Quam ob causam inter sacra† Imperii κειμήλια glo[illegible] præfulget aureas, velut tessera, Imperatorem m[illegible] esse. *Dn. Zachar. Victor de caus. ex mot. con[illegible] Petr. de Andlo d. c. 8.* ubi *Marquard. Freher. in not. & 1. de [illegible]* Bartolus *in l. hostes. ff. de captiv. & postlim. [illegible]* [illegible] dictatoria voce [illegible] qui negaverit Imperatorem universum [illegible]atum orbis Dominum & Monarcham esse, propter dictum [illegible]c. 2. ubi dicitur, exiisse decretum à Cæsare Augusto, ut totus orbis censeretur.

9. Quando verò Imperator [illegible] dicitur à choro Jurisconsultorum hoc disq[illegible]

tibus fundatam habeat intentionem ratione Imperii & Jurisdictionis: ita ut alii Reges & liberæ Respub. quamvis de facto Imperatorem non pro domino & Principe superiore recognoscant, jure tamen id facere deberent. In affirmantem sententiam DD. & Interpretes juris Justinianei ferè omnes descendere non verentur, quos *Johan. Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 9. num.* 129. explodit, quòd Imperatori dominationem orbis adscribant, & verba *d. l.* 9. ad pompam & dignitatis amplificandæ causâ vult esse dicta. Sed arrige aures Bodine, & percipe, quo in statu & quo sensu dicatur dominus mundi.

Ab illis ergo territorium † Imperii Romani constituitur triplex. *Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. c. 1. nu.* 20. *& seqq. Matth. Steph. lib. 2. de jurisdict. part.* [illegible] *& seqq.* 10. Territorii Imp. Rom. triplex.

Primò, *totus* † *orbis. ex d. l.* 9. verùm cùm universus mundus Imperio nunquam fuerit subjectus, ad evitandam inconvenientiam, *totum* sive *universum* non propriè, sed per synechdochen totius pro parte accipitur: Ut totus & omnis mundus, & similes dictiones, pro majori mundi parte, nō quidem per se, sed contemplatione [illegible] publicæ [illegible] & Regnorum aliorum intelligantur, *l. 1. §.* [illegible] .12. [illegible] 14. Sic etiam *Christoph. Be*[illegible] *de juris*[illegible] *Imp. Rom. q. 6. fol.* 16. *dictam l. deprecatio*, in qua dicit Imperator [illegible] mundi dominus sum, lex autem ma[illegible] χ[illegible] pro p[illegible] orbis accipiendam scribit: nam alioqui non opponi mari. [illegible] respondet Imperator, se esse dominum mundi, seu orbis Roman[illegible] in terris a mare autem (utpote quod in nullius sit bonis, & omnibus commune) non habere dominum, nec jus aliud, nisi omnium gentium commune In simili: Majore † parte anni possedisse quis intelligitur, etiamsi duobus mensibus tantùm possederit: modò adversarius paucioribus diebus aut nullis possederit. *l. majore*. 156. *& ibi* [illegible] *verb. signif.* Quod verò rectè totius † denominatio [illegible] majorem seu potiorem partem possedit, id ex co[illegible] factum. Sic namque Cyrus [illegible] Onnia Regna terræ dedit mihi Dominus [illegible] *dr. l. 3 c. 2. v.* 3. id Cyrus: 11. 12. 13.

 Me

Me constituit Regem orbi terrarum Dominus Israël, Dominus excelsus.

Nec non Artaxerxes Rex maximus in Epistola adversus Judæos *Esther cap.* 14. *v.* 2. Cùm pluribus gentibus Imperarem, & universum orbem meæ ditioni subjugassem, &c.

Itemque Daniel ad Nabuchodonosorem Regem Assyriorum & Babyloniorum: Tu Rex Regum es: & Deus cœli Regnum & fortitudinem, & Imperium & gloriam dedit tibi: & omnia, in quibus habitant filii hominum, & bestiæ agri, volucres quoque cœli dedit tibi, & sub ditione tua universa. *Daniel.* 2. *v.* 37. & 38. Nec tamen vel Cyro, vel Artaxerxi, vel Nabuchodonosori totus paruit mundus, sed illustrius & potentius orbis Imperium singuli tenuerunt.

Sic quod *Luc.* 2. *v.* 1. dicitur, exiisse decretum, ut censeretur totus orbis, cum grano salis id condiendum est, & subaudiendum de orbe Romano, seu ea parte orbis, & quidem majori, quæ subjecta tum erat Imperio.

Habuêre enim Imperatores veteres Romani in flore Imperii (fuit verò florentissimum sub Trajano) maximam partem totius orbis, Syriam, Asiam (usque ad Persiam, Mediam & Hircaniam) Africam, Ægyptum, Græciam, Hispaniam, Galliam, Italiam, Germaniam, Britanniam. *Sleidan. lib.* 3. *de quat. Monarch.* Ut non immeritò ex consideratione hujus pristini status & denominatione majoris partis, Augustus dominus mundi diceretur. Unde est illud *Petronij*:

Orbem jam totum victor Romanus habebat.

14. Secundò, Imperii territorium non *possessione*, sed *jure* quoque *ipso* definitur. Quâ ratione non tantum populi & Provinciæ, quæ actu etiamnum Imperio parent, sed & illæ, quæ ab Imperio sunt avulsæ, ut sunt Regna Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Daniæ, Poloniæ, & alia, comprehenduntur. *P. Anton. de Petra in tract. de jure quæsito non tollendo, c.* 3. *q.* 4. *num.* 15. *cum ibi alleg.* Horum etsi negari non possit, magnam esse potentiam, tamen de jure sunt Imperio

prio esse, & Imperatorem superiorem recognoscere debere, communiter censuerunt Glossatores, & Jurisconsulti citramontani. *Paurmeister. & Matth. Stephan. dd. ll. Marta de jurisdict. part. 1. c. 20. 21. & 26. Restaur. Castald. de Imperat. quæst. 12. Ant. Quetta consil. 1. num. 7. & seqq. Sigismund. Scacc. de Appellation. q. 16. limit. 5. num. 5.* ubi dicit, quòd omnes Provinciæ sint sub eo, & omnes Principes. *& in lib. 2. de judic. c. 9. num. 1610.* inducit, quodammodo id ex necessitate dependere. Idemque olim scripsit *Æneas Sylvius de ort. & auctorit. Imp. Rom. c. 14.* sequitur *Reinkingk. lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. class. 2. c. 6. num. 16.* & latiùs *c. 8. num. 81. & multis seqq.* ubi tales exemptos nullo juris prætextu se tueri posse, *post Zas. 1. consil. 16. num. 12. Covarr. pract. quæst. c. 4. num. 4. Treutler. volum. 1. disput. 3. th. 7. lit. c.* docet, cùm tam divini, quàm humani juris auctoritas resistat. Nam quoad jus divinum, ait, qui se ab omnimoda Cæsaris jurisdictione eximit, non tribuit Cæsari, quæ sunt Cæsaris, ex præcepto Christi; concupiscit alienam jurisdictionem contra præcepta Decalogi. Jure humano eximens se, ab Imperio deficere dicitur. *ex Recess. Imper. de Anno 1512. §.* Nemlich welche Stände. Qui verò ab Imperio deficit, Imperii hostis fit. *l. 14. ff. ex quib. caus. major. l. 3. §. fin. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Bartol. ad l. hostes. num. 15. ff. de captiv. & postlimin. revers. Zoanett. de Rom. Imp. num. 85. Rosenthal. de feud. c. 10. conclus. 35. num. 72.* Adversus hostem autem æterna est auctoritas. *Dn. Zacharias Victor de caus. exempt. conclus. 7. in fin.*

Quin *Franciscus Aret. in l. infamem. ff. de public. judic. & Zoanett. in d. tractat. num. 2. & seqq.* constanter asseverant, omnes † populos legibus Cæsareis *de Jure* obligatos teneri, omnesque Reges Christiani orbis de jure subesse Imp. licet nonnulli subesse de facto recusent, adversus quos æternam juris auctoritatem pe[illegible]ere, [illegible]bit *Kirchner. lib. 1. de legat. c. ult. & de Repub. disp. 2. th. 5. [illegible]. b.* 15.

Nititur Dd. auctoritate *l. 1. C. de summ. Trinit.* Cunctos † populos, *quos clementiæ* nostræ regit Imperium, &c. Sed hæc vox relativè † se restringit. *Cyn. ad d. l. & Dionys. Gothofred.* 16. 17.

in

in not. sub lit. m. non ad omnes in universum. Socii enim, amici & confœderati populi, etsi Rom. Rempub. comiter observantes superiorem agnoscerent, tamen potestati & legibus ejus non erant subjecti. *l. 7. §. 1. ff. de captiv. & postlimin. revers.* nec populus desinit esse liber, utcunque superioris alicujus potestatem comiter observet. *Gothofred. ad d. l. 5. sub lit. g.*

18. Imò quoad † Regna, quæ Imperio olim paruêre, & jam ejus jugum excussêre, *Christophorus Besoldus d. q. 6. & in tract. de Appellat. c. 2. num. 8.* dissentit, & à vulgo Jurisconsultorum & Politicorum certis rationibus adductus recedit, negans, illas gentes, quæ olim Romanis paruerunt, adhuc hodiè omnes Imperatorem Romanum de jure [illegible] pro domino ac superiori recognoscere debere.
19. Deus † enim, inquit, transfert Regna de gente in gentem, etiam
20. [illegible] contra regulas juris humani. Deinde arma † Romana non semper justa fuisse [illegible] *contra Albericum Gentilem in tract. de armis Rom.* [illegible] asserit: [illegible] agrè ferre debere eosdem, si vel gentes à Romanis devictæ recuperent libertatem, vel aliæ gentes libetæ adimant Imperio Romano Provincias bellis; cùm naturale sit aliquid eo jure dissolvi, quo est colligatum. Quæ posterior ratio (priorem enim impugnat *Reinkingk. d. c. 8. num. 88 & 89.* ubi distinguit inter Dei permittere, & agere, seu velle, inquiens: Quod si titulus translationis justus est, Deo volente transfertur Regnum: si verò injustus, Deo quidem permittente, non tamen volente: quia Deus non vult iniquitatem) maximè facit, ut quoad populos per vim, ac citra justam causam debellatos, & sub Imperium redactos, idem ferè statuam cum Besoldo: quoad alios, cum
21. Doctoribus communiter, quos sequitur *Reinkingk.*

Præeminentia & dignitas Imperatoris.

Sed hoc extra dubitationis aleam positum esse [illegible] *Besold.* omnes universi † orbis Christiani Principes [illegible] Romano primas [illegible] jure cedere [illegible] *p. 2. [illegible] pr. de re judicata n. 6.* Imperatoria † enim majestas omnes Reges atque Principes
22. dignitate, auctoritate, & insigniis, (quorum sunt quatuor potissimùm: Imperiale diadema, gladius, sceptrum, & pomum, seu globus) Imperialem gloriam decorantibus, longo post se intervallo relinquit, *Petrus de Andlo d. c. 8. Anton. Quetta [illegible]*

idque

idque non solùm ex Rom. Imperii † antiquitate. *Arnisæ. lib. 1. de jur. majest. c. 4. num. 1. Reinkingk. lib. 1. de regim. Secul. & Ecclest. class. 2. c. 6. num. 19. & 20.* potentiâ & amplitudine. *nn. 39. Bertram. d. conclus. 16. de Comit.* felicitate & dignitate populi Romani. *idem Reinkingk. num. 31.* ejusque gentis dignitate, in quam translatum Imperium, German. scilicet. *num. 38.* sed & tacito † omnium Regum consensu. *num. 40. Bertram. d. num. 16.* Estque Imperator Monarcha, quem † omnes Christiani orbis Reges, Principes, populi & Respublicæ liberæ comiter, hoc est, benignè, ut *Cicer. in Orat. pro Cornel. Balbo* interpretatur, observare tenentur. Quod verbum † solenne erat in fœderibus inæqualibus, quibus comprehensum erat, ut is populus alterius populi majestatem comiter conservaret. Hoc enim adjiciebatur, ut intelligeretur, alterum populum superiorem esse, non ut intelligeretur, alterum non esse liberum. *l. 7. §. 1. ff. de captiv. & postlimin. reverf.* 23. 24. 25. 26.

Ratione illius † excellentiæ, superioritatis & præeminentiæ, in constitutione *Aureæ Bullæ tit. 2.* & voce Electorali *in histor. de elect. & coronat. Caroli V. descripta à Philippo Melanchtone*, Imperator appellatur caput totius populi Christiani, custos publicæ pacis, orbis terrarum propugnator, Dux publici consilii inter omnes Reges, &c. siquidem in tranquillitate † Rom. Imperii totius orbis regularitas & salus conquiescit. *text. in §. 1. quomodo in læsa majest. crim. proced. in Extravag.* Quod etiam agnovit Alphonsus † Arragoniæ & Neapolis sapientissimus Rex: qui Fridericum III. Imperatorem, Maximiliani I. patrem, Neapolim ad se venientem nullo non honoris cultu est prosecutus & veneratus, eique superiorem locum tribuit, quamvis ætate profectior esset. Et cùm id aulici assentatores iniquè ferrent, & admonerent Alphonsum, ne demissiùs, quàm par esset, erga Cæsarem se gereret, ut modestissimum, ita justissimum responsum tulit: *Vestrum non est judicare de Regibus: nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam summo Regi: ille est caput & Dux Regum. Besold. d. q. 6. in fin. Johann. Deuthr.* im Bericht und Erklärung an Rath zu Braunschweig, *fol. 25.* 27. 28. 29.

An Rex Galliæ Imperatorem superiorem recognoscat.

30. De Regno † Italiæ & Galliæ longè major est concertatio
31. inter veteres Interpretes: & an Rex † Galliæ Imperatorem, aut alium superiorem recognoscat, tractatur *à Bald. in consil. 49. volum. 1. speculat. tit. de feud. §. super homagiis. Boër. in tract. de auctorit. magn. consil. & Parlament. Regn. num. 47. & Guid. Papæ decis. Delphinat. 239. Chassanæ. in Catalog. glor. mund. p. 5 consid. 30. & 31. Igne. in quæst. an Rex Franciæ subsit Imperat. Anton. Guetta d. discurs. 3. & Innocentius PP. in c. per venerabilem, qui filij sint legit.* rescribit, Regem Franciæ in temporalibus superiorem non recognoscere. negat quoque *Guilhelmus Benedicti in repetit. capit. Raynutius de testam.* Regem Galliæ Imperatorem pro superiori recognoscere debere.

Sed quid *Hostiensis*? is *in d. c. venerab. §. insuper.* de facto, hoc est, per injuriam, ut ipse ait, id fieri differit, & adversus illud Regnum æternam juris stare auctoritatem: ob eamque causam graviter invehitur in illos, qui Regem Franciæ non subesse Imperatori affirmant, præter leges & auctoritates plurimas, *adductâ famosissimâ glossâ ad tit. de pace tenend. & jurament. firmand. de feud.* Idem sentit & scribit *Kirchner. lib. 1. de legat. cap. 8. numer. 21. & seqq.*

Propiùs ad rem accedit *Dn. Cluten. in Sylloge rer. quotid. th. 10. ad lit. b.* qui, postquam plurimos tam negantes, quàm affirmantes adduxisset, Regem Galliæ subesse tradit, si antiquam Romani Imperii dignitatem consideremus: Hodiè verò Franciam nullum superiorem agnoscere. Et sanè, inquit, ab annis sexcentis Imperatores in Gallia nihil habuerunt: Regnumque Arelatense, exceptâ Sabaudiâ & Burgundiâ, jam dudum Imperii esse desiit. quod iisdem verbis docet *Petr. Heig. part. 1. q. 3. num. 48. post Michaël. Coccin. de translat. Imper. Jacob. Spiegel. in Schol. Alphonsin. ad Sylv. lib. 1. fol. 250.* Et *Purpurat. in l. 1. num. 13 ff. de jurisdict.* scribit, quòd de Rege Franciæ nihil aliud possit dici, nisi quod de polo Antarctico, qui non est nostri hemisphærii. Hinc etiam est illud *Ligurini lib. 1.*

At simul à nostro secessit Gallia Regno,

Nos priscum Regni morem servamus, at illa
Jure suo gaudet, nostra jam nescia legis.

De Hispania, Anglia, Dania, vid. *Clut. ead. th. 10. sub lit. c. d. & e.*

Italiam † quod concernit, in ea Imperatoriæ Majestatis su- 33.
perioritatis intentio satis fundata est, adeo ut exceptionem alle- An Italia
ganti probandi onus incumbat. *ex Cephal. consil. 369. Dec. consil.* Regnum.
307. lib. 3. idem Cluten. d. th. 10. ad lit. a. Ubi nec saniores Italos hoc negare scribit. Idem evincit hodiernus Cæsareæ Cancellariæ stylus & inscriptio, quâ omnes & singuli Italiæ Principes, Comites & Barones, ac civitates non aliter ac subditi, *Fideles,* & *Nostri* ab Imp. Majestate appellantur. *Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. c. 4. nu. 74. & seq. Kirchn. de Repub. disp. 3. auct. 5.*

Quamobrem Pius IV. Pontifex † Cosmum Florentino- 34.
rum Ducem, Regem creare cùm maximè vellet, non tamen potuit: & Maximilianus II. Imp. à Legato Francorum admonitus, his verbis intercessit: Non habet Italia Regem, nisi Cæsarem. *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. num. 145.* cùm igitur Italiæ Regnum nullo exemptionis jure contra subjectionem Imperii niti possit, ut multis etiam confirmat *Zoanett. de jurisdict. Imp. Rom.* exinde as-
serimus, non rectè † *Rolandum à Valle in consil.* Comitem Joh. Al- 35.
visium de Flisco Italum, Imperatoris vasallum, hostilia moventem, à læsæ majestatis crimine absolvisse.

Tertiò, propriè Imperii territorium appellantur Provin-
ciæ istæ, quæ etiamnum *actu † Imperij ditioni sunt subjectæ*, ut sunt 36.
Germania, Italia, & Galliæ Cellicæ sive Occidentalis ea pars, quæ Regni Arelatensis, & Lotharingiæ finibus continetur. *Paurmeist. à nu. 23. ad fin. cap.*

Quod fuit dictum de Regno † Arelatensi, ibi contrarium 37.
scribit *Gerardus Mercator in Atlante minori fol. 224.* illas scilicet Provincias, quas Arelatense Regnum complectitur, *olim* Imperii fuisse, & nos ex Clutenio & Heigio paulò ante retulimus, Regnum

Parcere subjectis, & debellare superbos.

Hujus rei felicissimè peractę gloria primam, eamque maximam auctoritatem conciliavit Rodolpho I. Imperatori, cui nihil prius fuit, quàm grassatoribus hinc inde conquisitis, eorumque arcibus & latibulis demolitis, securitatem viarum Germaniæ reddere. *Cuspin. in ejus vit. Sturcius in Imp. Rom.*

In universum † Imperatoris officium est, ut Imperio consulat, illudque tam pacis quàm belli tempore, quantum fieri potest, rectè & benè administret. Imperatoriam enim majestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus, & bellorum & pacis, rectè possit administrare. *Imp. Justinian. in proœm. Instit.* Certè salutem Reipub. tueri, nulli magis convenire, nec alium sufficere ei rei, quàm Cæsarem, credit JCtus Paulus *in l. 3. ff. de offic. præfect. vigil.* consiliis laboribusque pro toto terrarum orbe diu noctuque laborare, Imperatorium esse, asserit Justinian. *in l. benè à Zenone 3. in fin. C. de quadrien. præscript.* Itemque Lotharius Imp. *à princ. tit. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Imperatoriæ benevolentiæ, inquit, proprium esse judicamus, commoda subjectorum investigare, & eorum calamitatibus diligenti curâ mederi: Similiter Reipub. bonum statum ac dignitatem Imperii omnibus privatis commodis præponere. *& in tit. de prohib. feud. alien. per Frid.* ita Fridericus præfatur: Imperialem decet solertiam; ità Reipublicæ curam gerere, ut regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus. Huc spectat illud Claudiani *apud Honorium.* 43

Tu civem patremq; geras, tu consule cunctis,
Nec tibi nec tua te moveant, sed publica vota.

Ut enim tutela † sic & procuratio Reipub. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, geri debet. *Cicer. lib. 1. offic.* Sanè Imperator vel Princeps subditis, veluti tutor & defensor præficitur. *Xenophon. de pædia Cyri.* est pastor populorum. quo Epitheto Agamemnonem decorat *Homerus.* 44

 Vox

Vox ergo Imperatore dignissima, quando Justinianus *in Constit. de nov. Cod. faciend. §. fin. & de Justinian. Cod. confirm. in princ.* rescribit, se summâ & diuturnâ curâ avidissimè semper de communi[illegible]rum utilitate esse solicitum, omnem animi sui motum ad hoc impendere. *& in præfat. Constit. Novell. 8. ut judic. sine quoq. suffrag. fiant,* cùm ait: Omnes nobis dies ac noctes, contingit cum omni lucubratione & cogitatione degere, semper volentibus, ut aliquid utile, & placens Deo, à nobis collatoribus præbeatur, & non in vano vigilias ducimus: sed in ejusmodi causis expendimus consilia, pernoctantes, & noctibus sub æqualitate dierum utentes: ut nostri subjecti sub omni quiete consistant, solicitudine liberati: nobis in nosmetipsos pro omnibus cogitationem suscipientibus: per omnem namque curiositatem & inquisitionem subtilem percurrimus, illa agere quærentes, quæ utilitatem nostris subjectis introducendo, omni eos onere liberent, & omni damno extrinsecus illato, citra publicum censum, & justam legimamque collationem.

Pervenio jam ad potestatem exercendi actus speciales, soli Imperatori de jure reservatos.

CAPUT XXIII.

DE JURIBUS ET ACTIBUS *Majestatis specialiter Imperatori reservatis.*

De Imperatoris potestate generali, quæ est administrationis bonorum & jurium imperii, protectione & jurisdictione, in cap. præced. diximus. Proximum est, ut de speciali disseramus:
1. quæ est potestas exercendi † actus soli Imperatori de jure singulariter reservatos, & quâ Princeps est, summam in Republica auctoritatem & potestatem obtinens.

Dici-

Dicitur illa majestas † publica *in l. 3. ff. ad l. Jul. majest.* 1.
item Majestas Imperatoria, *in proœm. Instit. à princ.* cujus jura in Monarchicis Imperiis Regalia, Regia, ac Basilica, Regiæ item potestatis jura, à Regis vocabulo indigitantur, **Keyserliche Hoheiten vnd Reservaten.** *Besold. class. 1. disput. Polit. 3 th. 2. & Dn. Arnisæ. l. 2. de jur. majest. c. 1. num. 2. A Baldo* sacra Regni appellantur: item sacra sacrorum, *in proœm. feud. A Livio lib. 2.* jura Imperii. Et rectiùs quidem hâc voce generaliore summi Imperii, seu Majestatis vocantur jura. Non enim solùm Imperatores ac Reges, sed & populi liberi, aliique, apud quos in aliis Rerumpublicarum formis summa potestas est, ejusmodi eminentias habent. idem *Besold. ibid.*

Est verò Majestas † summa Reipub. potestas, quam, qui statui præest, obtinet in subjectos, ut definit *Kirchner. in Repub. disput. 2. th. 3.* Alii aliter *cum Johanne Bodino* (qui majestatis definitionem ab omnibus Philosophis & Jurisconsultis prætermissam, posuisse sese omnium primum, prædicat) *lib. 1, de Repub. c. 8. à pr.* definiunt, quòd sit potestas in cives & subditos summa, perpetua, legibusque soluta. Hanc ipsam tamen hodiè atro carbone notat *Tobias Paurmeisterus in tract. de jurisdict. Imp. Rom. l. 1. c. 3. nu. 22.* tum propter rationes Logicas, ubi refert obscuritatis & malæ subductionis vitia, tum propter ipsius rei angustiam. Nos in posteriori membro angustiam definitionis jam agnoscimus; ideoque verbis illis: *in cives seu subditos:* addimus: *& peregrinos.* Unde etiam Herman. Kirchner. vocabulo generaliori *subjectiorum* uti maluit; quo non modò cives & subditi, sed etiam peregrini, & qui jure commorationis, jure hospitii quodammodo sunt subjecti, & quasi subditi, comprehenderentur. 3. Majestas quid.

Majestatem † Hebræi majus Imperium, vulgus interpretum, maximum appellant, Græci ἄκραν ἐξουσίαν, κυρίαν ἀρχὴν, κύριον πολίτευμα, Itali Segnoriam, Hispani Majoriam, Latini absolutam potestatem, absolutam jurisdictionem, potestatis plenitudinem dicunt. Majestas enim à † magnitudine dicitur, *autore Festo*, quasi major status. *Harprecht. in Instit. de publ. judic.* 4. 5.

ad

ad §. publica autem jud. 3. num. 2. Henning. Arnisæ. l. 2. de majest. 6. c. 1. Jacob. Bornit. tract. de majest. c. 1. A Poëtis Dea † credita est, Honoris & Reverentiæ filia, de qua *Ovid.*

Donec honor, placidóq; decens Reverentia vultu,
Corpora legitimis composuêre toris.
Hinc sacra majestas, quæ mundum temperat omnem,
Quáq; die partu est edita, magna fuit.
Nec mora, consedit medio sublimis olympo
Aurea purpureo conspicienda sinu.

Nec audimus illos, qui scribunt & sentiunt, Bodinum ver-
7. bum † Majestatis primum in Scholas Politicas invexisse, nullo veterum exemplo, & tropo longè petito, à metonymia effecti, re-
8. futati à *Kirchnero lib. 2.* cùm accipiant majestatem tantùm pro † auctoritate, amplitudine & gravitate Imperantis, seu personæ, quæ visu & auditu juxta venerabilis, *ex Tacit. 2. annal.* & pro dignitate, officiique reverentia: quæ dignitas, personalis honor nihil ad jus ipsum, fastigium, amplitudinem & potestatem Imperii summam, quam veneratio insequitur. Et sic nec Majestatis politicæ sublimitatem assequi, ait *Lipsium lib. 2. Polit. cap.* 6. Majestatem describentem, quòd sit reverenda quædam amplitudo, ob meritum virtutis, aut rerum adfinium. Eodem ergo jure improbatur *Tholoz. lib. 8. de Repub. c. 3.* majestatis significatione pro externo tantum honore & splendore utens.
9. Quòd vero interdum † majestas accipiatur pro splendore, decore, dignitate personali, & veneratione externa, patet *ex l. 9. ff. de jurisdict. & Valer. Maxim. l. 2. c. 5. à pr. dicente*: Est & illa quasi privata censura majestas clarorum virorum sine tribunalium fastigio, sine apparitorum ministerio, potens in sua amplitudine obtinenda. Grato enim & jucundo introitu animis hominum

vum illabitur admirationis prætexta velata: quam rectè, quis dixerit, longum & beatum honorem esse sine honore. Ubi in margine rectius, & ad sensum accommodatiùs substituitur, *sine onere.*

Cæterùm pro diversâ ratione gubernationis Majestas modò † est Monarchica, modò Aristocratica, modò Democratica. 10. Divisio Majestatis.

Deinde, Majestas a recentioribus maximè Politicis constituitur duplex: alia † realis, alia personalis. *Althus. lib. 1. Polit. c. 6. Kirchner. de Repub. disp. 2. th. 3. ad lit. a & b.* 11.

Realis † dicitur, (impropriè tamen & μετωνυμικῶς, cùm propriè & ἀκριβῶς loquendo, Majestas sit in re animata, seu vivente) quæ ipsi Monarchiæ seu Regno perpetuò inhæret, & ipsi est coæva, nec cum Monarcha exspirat, sed quamdiu corpus Regni durat, permanet. Hinc *Majestas Imperij* dicitur. 12.

Personalis † est, quæ personam Monarchæ respicit, in quam collata est, & cum eadem exspirat. Unde *Majestas Imperatoria seu Regia* appellatur. 13.

Ex hac duplici † consideratione, majestatis crimen Jureconsulti definiunt, quòd adversus Imperatorem, vel Rempublicam committitur. *tit. ult. Inst. de public. judic. §. 3. l. 1. ff. ad l. Jul. majest.* Et rei majestatis dicuntur, qui illius criminis accusantur. 14.

Cùm verò majestas Regnantis, a majestate Regni, tanquam fundamentatum a fundamento distinguatur: inde fit, ut majestati † Imperii, Imperantis majestas, tanquam superiori obstringatur, ne quid Respub. detrimenti faciat: & in fœderibus quandoque Regni majestas, non Regis exprimatur. *Spec. Sax. Step. J. n. in vindic. contra Tyran. Bodin. l. 1. de Repub. c. 7. nu. 77.* vide *Bornit. d. tract. de majest. c. 9.* possitque personalis † majestas illius, qui contra realem Imperii majestatem insurgit, impunè lædi. *l. Valeria, apud Plut. in Publ.* & exinde *Kirchn. d. th. 3. ad lit. b.* valeatq; itidē Cancellarius † Regni ea, quæ cōtra majestatē Regni & leges fundamentales esse videātur, Regi jubenti & flagitanti denegare. *ex Crō. l. 2. Pol.* 15. 16. 17.

Tertiò, Majestas alia constituitur † Ecclesiastica, alia Politica *Arnold. Clap. lib. 1. de arcā. Rerum. pub. c. 15. Althus. d. c. 6. Besold. d. disp. 3 th. 4. & disp. 4. th. 1. cum seq. Hænon. disp. Polit. 3. th. 47.* 18.

Jus Majestatis Ecclesiasticum † (jus sacratum vocat Vergil.) 19.

ad summum Imperiũ referunt, & in jure rerũ sacrarum consistere ajunt: quo scilicet potestas disponendi, ordinandi & curandi media de religione vera, Deique cultu ac verbo divino introducendo, conservando, & defendendo Magistratui Politico concessa sit. Sed an rectè, altiùs inquirunt alii, negantes jura principum circa administrationem ac curam rerum sacrarum seu Ecclesiasticarum, ad jura Majestatis rectè referri, cùm illis solis, & absolutè talia non competant, sed toti Ecclesiæ, ut demonstrabimus inf. lib. 2. cap. de officio Magistratus Ecclesiastico.

20. Jus majestatis civile † in legibus & judiciis absolvitur, quo scilicet potestas disponendi, ordinandi & procurandi media, quæ ad utilitatem externam & temporalem corporis politici pertinent, Magistratui supremo concessa est.

21. Quamvis verò potestas † summa, perpetua, legibusque soluta, adamantino necessitudinis vinculo sit conglutinata, ita ut
22. uno articulo abrupto, tota catena dissolvatur: quoad † verba tamen non esse opus ut duæ illæ particulæ: *perpetua, legibusq. soluta*, definitionem ingrediantur, ambabus manibus largimur. Siqui-
23. dem propria † summæ potestatis (per se, & non precariò concessæ) adjuncta & inseparabilia sunt: potestas perpetua: potestas legibus soluta: eidemque ita cohærent, ut separari nullâ ratione possint *Clariss. Lansf. de Leg. Reg. th.* 46. Inde etiam in definitione Kirchneri ipsæ fuêre omissæ. Sed definitionis propositæ singula membra excutiemus.

24. SUMMA † POTESTAS est, quæ præter Dei immortalis potestatem, inter homines superiorem non agnoscit, quæ nulli prætérquam Deo subjecta est, atque paret: cujus illa vicem obtinet in hoc mundo. *Alberic Gentil. disp. Regiar. fol.* Eleganter Guntherus *in Ligurino lib.* 6.

Potestas summa.

----- ----- nullum caput ista super se
Aspicit, excepto cœlorum Rege potestas.

Et *Paris in tract. de duell. lib. 7. § an C. ... num.* 4. ait: Reges solum Deum & ensem se recognoscere superiorem. Si enim alterius

Im-

Imperantis dicto morem gerere, eidemque servire cogatur, seu sponte, seu invitè, majestatis nomine privabitur.

Ejusmodi potestatis fulgor † micat in Imperio nostro Romano-Germanico, Regno Gallico, Hispanico, Anglico, &c. Turcico, Moscovitico. Quanquam in † Turcico & Moscovitico illa potestas sit immanis, barbara, cyclopica & tyrannica: imò potiùs in servos, quàm in cives subditosque liberos. *Lans. th.* 48. Quid enim? omnes † subjecti nullo ferè discrimine pro mancipiis habentur, inque eos nulla non tyrannis, omni clementiâ, omni moderatione, omni modestiâ profligatâ, exercetur: quævis scelera ac facta atrocia, sub majestatis velamine licentiosè committuntur: cujus rei testes sunt *Johan. Leunclavius in histor. Musulmanor. Jovius in descript. Moscoviæ, Alexander Guaguinus tom. 2. rer. Polonic.* Ubi horrenda & nefanda inauditaque tyrannidum genera à Johanne Basiliade, verè Basilisco humani generis, perpetrata refert.

An verò summa † potestas, vel Regia Majestas divitiis, locorum spatiis, numerosâ provinciarum multitudine definienda? Neutiquam. Nec enim minus † Regis titulo gaudebat Emathion, angustis inclusus pagis, *Justin. lib. 7.* aut cui uxor cibaria coquebat *apud Herodot. lib. 8.* quàm Alexander M. qui totum mundum sibi debellasse videbatur: aut Artaxerxes, qui regnavit ab India usque Æthiopiam, super centum viginti septem Provincias, ut legitur *c. 1. Esther. v. 1. & apud Plutarch. in vit. Artaxerx.* sed & Evander æquè Rex salutatur, quantumvis parvi palatii, ac Trajanus aut Diocletianus, qui aquilas Imperii Romani ultra Ctesiphontem protulit: *Zosim. & Pompon. Læt. in Dioclet. & Galler.* Hinc Eumenes, etiamsi fractis opibus, nihil præter arcem, in qua obsidebatur, suum dicere poterat: cùm tamen de pace ageretur cum Antigono, respondit: superiorem se neminem accepturum, quamdiu gladium exertum manu teneret, *Plut. in Eumene*, & ex eo *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. num. 144.* qui *c. 2. ejusd. lib. num. 10.* ut † Elephas an non magis animal dici debet, quàm formica: sic Ragusia, civitatum ferè omnium, quæ sunt in Europa, minima, non minus Respublica dici debet, quàm Turcarum aut Tartarorum,

rum, aut etiam Hispanorum, quorum imperia iisdem finibus, qui-
31. bus solis cursus, terminantur. Et quemadmodum exigua † familia angustissimis gurgustiis comprehensa, eodem familiarum jure censetur, quo quæ superbissimis ac latè patentibus ædificiis gloriantur: sic Ulysses, cujus Imperium Ithacæ scopulo continebatur, Rex æquè dicitur ab Homero, atque Agamemnon.
32. Ratio ejus rei est: quia forma † dat esse rei, non quantitas: & plus ac minus non variant speciem, ut Logicorum docent Scholæ.

Ex his à contrario sensu facile est colligere, illam summam
33. potestatem non esse, quæ à majori † dependet, vel circumscribitur. Non igitur Rex aliquis superiorem recognoscens, jura majestatis, & summam habet potestatem. Nam ut habet versiculus *Martialis*:

Qui Rex est, Regem maximè non habeat.

Talis erat Rex Danorum tum temporis, cùm Friderico I. Imperatori his verbis fidem daret: Rex Danorum Magnus se in potestatem Imperatoris tradidit, obsides dedit, juramentum fecit, se successoresque suos, non nisi Imp. & successorum ejus permissu, Regnum adepturos. *Trithem. c. 17.*

34. Ergo nec † Austriæ Archiduces de summa potestate gloriari poterunt, licet summis & splendidissimis fulgeant privilegiis, de quibus *Petr. Frider. Mindan. in fin. lib. 1. de process. in privileg. quorund. stat. & civit. Cuspinianus in Austria, Munsterus lib. 3. Cosmograph.* Nec habet Dux Sabaudiæ, nec Burgundiæ, nec Lotharingus, nec Florentinus, nec Mantuanus, nec Mediolanensis, nec Genuenses. Hi enim Imperatoris Romani sunt vasalli, eumque superiorem recognoscunt, ut testatur *Bodinus lib. 1. de Repub. c. 9. num. 122. 124. 126 126. & eod. num. 124.* refert quòd Genuenses non minus quàm cæteræ civitates Italicæ Imperatorum jussa anteà fecerint: & cùm à Marchione Finali, quem domo expulerant, ac bonis omnibus spoliatum ejecerant, ad Imperatoris Maximiliani II. tribunal essent vocati, sese judicio sistiterint. Controversiæ inter Florentinos & Pisanos agitatæ cognitionem

&

& dijudicationem ad Cęsaream auctoritatem pertinere, sine contradictione partium Maximilianus I. professus est *Guicc. l.3. Histor.*

De Duce Mediolanensi id ipsum refert *Alex. Raudens. lib.* 35.
1. de Analog. c. 28 num. 24. ex Alciat. consil. 410. & Mediolanum † 36.
Imperii Romani proprietas appellatur *in Receß. Noriberg. de Anno 1542. sub Ferdinando I.* §. Vnd wie nun ihre Keyserliche Majestät / *ibi*: Jhr Keyserl. Majest. nicht allein an ihrem und des Reichs eygenthumb/des Hertzogthumbs Meylands. Malè ergo quidam JCti Majestatis jura ei tribuerunt, quos refert *Dn. Cluten. in Sylloge rer. quotid. th. 10. ad lit. f.* ubi & hoc apponit: Ducatum Mediolanensem Rex Hispaniarum aut ab Imperio Germanico fiduciæ nomine, aut certè malâ fide possidet. Hujus recuperandi Imperatori cum Principibus Germanis jus & potestatem habet, non secus ac Domino in servum fugitivum perpetua manus est injectio.

De Duce Sabaudiæ † testatur *Menoch. consil. 2. n. 104. &* 37.
Jacobin. de S. Georg. in investit. feud. col. 1. quòd Imperatorem superiorem recognoscat, quanquam Imperii jura in suo dominio, sine singulari privilegio, sine continua usurpatione, sine patientia Imperatoris obtineat. A vero itaque aberrant *Purpurat. in Rubric. Digest. de jurisdict. omn. jud. n. 30. Jas. consil. 227. Ant. Gabr. lib. 5. tit. de acquir. rer. dom. conclus. 3. n. 17.* quando Sabaudum summâ & Imperatoriâ potestate uti asserunt, & ab omni Cæsarea recognitione exemptum dicunt. Quo errore etiam trahuntur *Octav. Cacheran. in decis. Pedemont. 161. & 155. Antonin. Tesaur. in præfat. decis. Pedemont. n. 13. & seqq.* jura majestatis Duci Allobrogum attribuentes. quos vel ex eo refutat *Clut. d. th. 10. ad lit. g.* quòd in Catalogo personarum Recessibus Imperii annexo, nomen Ducis Sabaudiæ scriptum reperiatur, & aliquãdo banno Imperii subjectus fuerit. Scriptum verò reperiri, & ipsum audiri vasallum † Impera- 38.
toris, manifestissime probatur *ex Receß. Imperij Ratisbon. de Anno 1541. sub Carolo V. in bis. fol. 251.* ubi ita legitur: Nach dem aber in dem unserm Schwager/und des H. Reichs Fürsten / und Lehaman dem Hertzogen von Soyhoyen ein gut theil seines Fürstenthumbs mit Kriegsgewalt abgedrungen und eingenommen ist / sind wir in Betrachtung unsers Keyserlichen Ampts verursachet / und zu erretung und unterhaltung des heiligen Reichs Eygenthumbs / etc.

Itemque *in Receß. Spirens. de Anno* 1544. *in pr. fol.* 192. Daselbst unsern Fürsten und Glied des heiligen Reichs / dem Hertzogen von
39. Sophoyen/etc Et quòd etiamnum ad † Comitia vocatus compareat, tanquam Princeps Imperii, *ex subscriptionibus multorum Recessuum Imperij* liquidò constat, & novissimè *ex subscriptione Receß. Ratisbon. sub Matthia I. Imp. de Anno* 1613. *fol.* 801. ubi nomine Caroli Emanuelis Ducis Sabaudici comparuerunt & subscripserunt Casparus à Geneva, Marchio Lullini, Eques Torquatus Augustalis Ducatus, Gubernator & prætorianorum militum Præfectus, & Emanuel Philibertus Geveanus, Senator & Consiliarius
40. intimus. Adhæc: Dux † Sabaudiæ salutari vult perpetuus Imperii Vicarius. *Jacobin. de S. Georgio, de feud. in verb. vicariusq. num.* 5. *Bodin. d. num.* 127. illudque privilegium Vicarii (scilicet particularis, & in suo territorio, ut monebimus infr. c. 31. de Vicariatu Elector. Palatin. & Saxon.) Imperii perpetui à Sigismundo Imperatore primùm ei fuit datum. *Tessaur. in d. præfat. num.* 14. Quâ ergo ratione erit superior, neminem recognoscens, & simul Vicarius? Nam qui se alterius Vicarium facit, ipsius Imperium & Majestatem ùt agnoscat necesse est. *l.* 1. *C. de offic. vicar. Bodin. & Cluten. dd. ll. Consultiß. Dn. Arumæ. discurs.* 3. *ad Aur. Bull. conclus.* 20. *in fin.*

41. De Duce Burgundiæ † & Lotharingiæ æquè constat, quòd uterque sit status Imperii, adeoque Imperatorem superiorem recognoscat, ex bina transactione, quarum altera Anno 1542. altera Anno 1548. cùm Cæsare & Statibus inita est. Utriusque tenor
42. extat *apud Bertram. de Comit. conclus.* 38. Quodque Hispanus † ra-
43. tione Ducatus Burgundiæ, & Dux † Lotharingiæ Comitiis Imperialibus intersit, apparet ex horum subscriptionibus.

44. Mantuæ † & Ferrariæ Duces qui Majestatis titulo decorandos scribunt, rectè perstringuntur à *Clut. d. l.*

45. Mediolanenses † tamen, Genuenses, Ferrarienses, Lucenses, Florentini, Veneti, Pisani, & omnes civitates Lombardiæ libertatem sibi comparatam prætendunt. *Tob. Paurmeist. lib.* 2. *de jurisdict. Imp. Rom. c.* 4. *num.* 35. *& multis seqq. Schönborn. lib.* 5. *Polit. c.* 7. *Clut. d. th.* 10. *ad th.* 16.

Verùm

Verùm cùm certissimi juris sit, rerum commerciis † homi- 46.
num exemptarum, sive quæ in bonis & patrimonio privatorum
haberi non possunt, nec exemptionem, nec venditionem, nec ul-
lam aliam obligationem subsistere. *l. inter.* 83. §. *sacram.* 5. *ff. de*
verbor. oblig. §. *idem juris.* 2 *Instit. de inutil. stipulat.* exinde nec
bona & jura Imperii dignitatique principali adhærentia, ullis ho-
minum commerciis erunt obnoxia, neque ullo contractu abalie-
nari, neque ullâ præscriptione attrahi poterunt. *l.* 1. *ibi: scientibus*
vendidisse. ubi Dd. C. de reb. alien. non alienand facit text. in l. tradi-
tio. ff. de acqnir. rer. domin. Franciscus Zoanettus de jurisdict. Imp.
Rom. num. 169. *cum seqq. Petr. Greg. Tholozan. lib.* 7. *de Repub. c.*
ult. nu. 62. *&* 63. *Hotoman. illustr. quæst.* 1. *&* 2. *Althus. in Dicæol.*
lib. 1. *c.* 35. *num.* 23.

Bona & jura Imperii alienari neque unt, nec alienando acquiruntur.

Quia ex veriori & communiori Dd. sententia, obedien- 47.
tia † & superioritas in æternum non est præscriptibilis. *c. cùm in-*
ter, extr. de consuetud. gloss. in c. volumus. 16. *quæst.* 4. *Sixtin. de Re-*
gal. lib. 1. *c.* 5. *num.* 145. *Zas. consil.* 16. *num.* 12. *Hieronym. de Caval.*
in spec. commun. opin. q. 46. *num.* 6. ubi de communi testatur, &
refert *Reinkingk. lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccles. class.* 2. *c.* 8. *nu.* 90.
ubi adjicit, quod talis omnimodò exemptus, foret acephalos, hoc
est, sine capite, quod ratio juris non admittit. *text. in c. nullâ ratio-*
ne. dist. 93. Quod si enim loca publica, inquit *Bodin. lib.* 1. *de Repub.*
cap. 10. *in fin.* nullo temporum decursu queunt præscribi, quanto
minus jura majestatis? verum illud: hoc igitur. Themistocles qui-
dem apud Athenienses, & Cato censor apud Romanos in oratio-
nibus, quas de jure prædiorum habuerunt, uterque in sua Repub.
Princeps, gravem istam, nec unquam satis laudatam sententiam
usurparunt: *Nec mortales adversus Deum immortalem, nec privatos*
adversus Rempublicam præscribere posse. ex Plutarch. in Themistocle
& Catone. Quòd adversus † Rempub. non detur præscriptio, do- 48.
cet etiam *Cyn. in c. venientes, de jurejurand. Abb. in c. venerabilem,*
qui filii sint legit. Neque verisimile est, quòd Princeps, qui præscri-
ptionibus robur dedit, contra se & contra Imperii sui salutem de-
derit, *Don. Gars. Mastrill. de Magistratib. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 26. *Dn.*
Reinkingk. d. c. 8. *num.* 94. Quare immortales † præscriptiones ni- 49.
hil

hil quicquam præjudicant Imperatori, res alienatas revocari volenti. *Natta consil. 636. num. 164. argument. c. 1. de Constitut. in 6.*

50. Nec etiam Imperator potest † permittere, ut ab Imperio
51. Romano queat quis impunè desciscere. *Bald.* neque pacta † hujusmodi Cæsaris liberatoria ab obedientia Romani Imperii de jure valent. *Bartol. in l. cunctos populos. C. de summ. Trinit.* Sed privilegia Cæsaris concedentia Regibus aut Principibus talem libertatem, imbecilla infirmaque sunt, ac velut precaria potest Imp. pro arbitrio quandocunque revocare. *idem Bartol. in l. hostes. ff. de captiv. & postlimin. reverf.* Sed & *Matthiæ Stephani lib. 2. de jurisdict. part. 1. c. 1. membr. 1. num. 11. & 12.* placet, Imperatorem debere revocare alienata in magnum præjudicium Imperii dignitatis. *argum. l. 7. C. de precib. Imper. offer. l. si opus. ff. qui & a quibus manumiss.* Imo pactum jurejurando † munitum, aut privile-
52. gium de bonis alienatis constitutum, ipso jure habetur invalidum. *c. intellecto. & ibi Dd. de jurejurando.* & notat *Bart. in l. prohibere. §. planè ff. quod vi aut clam. Alberic. de Rosate in l. 1. in fin. ff. de offic. procur. Cæsar. Felin. in c. 1. de probatio. Zoanett. num. 175.* cùm cedat in præjudicium tertii, scilicet Imperii, *argum. à contrario sensu c. cùm contingat. 8. ibi: cùm in alterius præjudicium non redundet extr. de jurejurand.* sit contra jus vel utilitatem publicam *l. nec damnosa. 3. l. rescripta. 5. C. de precib. Imper. offer. l. ult. C. si contra jus vel util. publ.* At manifesti juris, quòd juramentum in præjudicium juris publici non valeat. *c. pervenit. 3. eodem titulo.*

53. Quin alienationes tales ex legibus etiam † Regnorum sunt prohibitæ. *Cluten in Sylloge th. 11. lit. c.* cum etiam juris dicendis Imperialis exemptionem sequatur expropriatio & abdicatio dominii ac dignitatis, quibus principatus deformatur. *Roland. a Valle consil. 2. n. 97. & seq. volum. 1.*

Quia igitur pacta Cæsaris liberatoria ab obedientia Rom. Imperii non valent, privilegiaque hujusmodi imbecillia sunt, cor-
54. ruet † Florentinorum, Lucensium, Genuensium, Mediolanensium, & aliorum titulus, vel conventionis, seu contractus emptionis,

nis, oppignorationis, &c. vel privilegii, vel præscriptionis. *Socin. consil.* 272. *Kirchner. de Repub. disp.* 2. *th.* 5. *ad lit. b. Schönborn. d. lib.* 5. *c.* 7. adsertaque libertas erit irrita, & nullius momenti. *Paurmeist. à num.* 53. *usq. ad num.* 76. ubi vide. In terminis ita concludit *Felin. in c. ad audientiam. num.* 4. *de præscript.* Conventiones istas Rodolphi Cæsaris, cum quibusdam Hetruriæ civitatibus inefficaces esse, tametsi juramentum intervenisset. Eadem est mens *Æneæ Sylvij in tr. de ort. & auctorit. Imp. Rom. c.* 15. quo loco talia privilegia de facto concessa, revocari posse docet, cujus verba adscribere placet: Est equidem Romani Principis, civitatibus, Principibus, Regibus, tùm propter merita, tùm propter urgentes causas, privilegia elargiri: sed ea talia esse convenit, quæ vires Imperatoriæ potestatis nequaquam extinguant: eaque potest Imperator tam à se ipso, quàm à suis antecessoribus concessa declarare, interpretari: ac cùm causa fuerit, abrogare, vel illis derogare. Auferuntur namque privilegia, cùm ex falsis narrationibus obtenta sunt: Impetratis enim carere debet mendax precator. Revocantur, cùm malè utuntur, qui illa sunt assecuti. privilegium meretur amittere, qui concessâ sibi abutitur potestate. Cassantur, cùm malè mereri incipiunt. Irritantur, si damnosa Reipublicæ reperiantur: quæ cùm data fuerunt, erant utilia: vel si bonis moribus contrariantur: aut si magnam Imperio jacturam servata faciunt, quæ sublata grandem præberent utilitatem. Quoniam sicut majus bonum minori præponitur: ita communis utilitas speciali præfertur utilitati. Nec sane privilegia ulla conferre, vel tolerare Cæsarem convenit, quæ vel delicta inducant, vel communem auferant commoditatem.

Florentinorum, Lucensiũ, &c. adserta libertas irrita.

Specialiùs de hac re ita *Bodinus lib.* 1. *de Republic. cap.* 9. *numer.* 123 cùm jura † Majestatis Imperii Germanici venalia non sint, nec si essent, ab Imperatoribus sine Principum consensione distrahi potuerint: perspicuum sit, eas pecunias quæ à civitatibus Italiæ pro libertate adipiscenda exactæ fuerunt, tributi aut pensionis nomine solutas fuisse. 55.

Quare cum Imperatores nec posteris Principibus,

nec Imperio Germanico præjudicium creare potuerint, nemini dubium est, quin semper liceat, ac licuerit Imperatoribus civitates illas in ordinem cogere, non aliter, quàm domino in servum fugitivum perpetua manus injectio est. *post Bartol. in l. ult. de solut. matrimon. Fab. in §. pen. de assignat. lib. Jas. in l. ult. [illegible]um. C. de pact. Cyn. in l.1. C. de nov.tr.* Quodque ad hunc modum exempti ad subjectionem reduci possint, tradit etiam *Clut. d. th. 11. ad lit. C.* Imò, ait, successori cuivis liberum est, bona à prædecessore distracta, pristinum in statum reducere, ut ad jus Regis solidum rever-
56. tantur. Idque se facturum promisit præsens Imperator † Ferdinandus II. *in sua Capitulatione de Anno 1 6 1 0. articul. 8.* Wir sollen vnd wollen vns auffs höchst bearbeiten/vnd allen müglichen Fleiß vnd Ernst fürwenden / daß das jenig so vom heiligen Römischen Reich abkommen / als verfalln Fürstenthumb / Herrschafften / vnd andere auch confiscirete merckliche Güter/die zum theil in anderer frembder Nationen Händ vngebürlicher weise gewachsen/zum förderlichsten wieder darzu bringen/ zueignen/auch darbey bleiben zu lassen. Fürnemlich auch dieweil vns fürkompt / daß etliche ansehnliche dem Reich angehörige Herrschafften vnd Lehen in Italia oder sonsten vereusert worden sein sollen / eigentliche Nachforschung anstellen/wie es mit solchen alienationen bewand / vnnd die eingeholete Bericht zur Churfürstlichen Meintzischen Cantzley inner Jahrsfrist / von dato an zu rechnen/vnfehlbarlich einschicken.

57. Florentinos † sanè Maximilianus I. Imp. armis perterrefecit, ut quo jure se putarint exemptos, eodem se sciverint esse subjectos. Cum enim Maximiliani copiæ in Italiam effusæ, unà cum Ludovici XII. Galliæ Regis legionibus civitates omnes ingenti metu terruissent Florentini legatos ad Cæsarem miserunt, [illegible]

sequ[illegible]m

sequium præstarent, & imperata facerent. Ille acceptis aureorum quadraginta millibus, beneficia à Rodolpho indulta confirmavit, ut scilicet Reipublicæ statum gubernare ac regere sibi precariò liceret. *Bodin. d. num.* 123.

58. De † Helvetiis major est dubitatio, num absolutè summam habeant potestatem. Sane *Bodinus lib. 1. de Repub. cap. 7. num.* 71. asserere non veretur, Helvetiorum tredecim Respublicas finibus & imperiis divisas esse, & singulas habere jura majestatis. Sed cui ignotum, quòd Helvetii omnem suam libertatem acceptam ferant Imperio Romano, quam sub Friderico II. Imperatore acquisiverunt, & ab eodem libertatis concessæ diploma aureis literis exaratum impetraverunt, ut testatur *Stumpffius de rebus Helvet. Du. Lans. dict. loc. th* 54. Inde est, ut quoties novus creatur Imperator, ab eo privilegiorum suorum confirmationem petant, ut testatur *Munsterus lib. 3. Cosmograph. Simlerus de Repub. Helvet.* & fatetur ipse *Bodin. d. c. 7. num.* 77. dum scribit. Non ita pridem Tigurini, Lucernates, Urani, Glarenses, per legatos ad Ferdinandum, cùm Augustæ conventus haberet, petierunt, ut sibi privilegiorum libertate uti frui liceret. Imò, quod multum ad confirmationem hujus sententiæ facit, in omnibus fœderibus Helvetiorum, quæ cum exteris Principibus feriuntur, Imperii Germanici est exceptio, quæ semper tacita quâdam ratione inesse dicitur, nisi disertè & expreßè clausulâ rejiciantur, ut refert *idem Bodin. num. præced.* 76. *&* *d. num.* 77. Helvetii, inquit, Germanorum majestatem superiorem confitentur: atque adeò Imperatorem ipsum. Nam in fœdere octo civitatum Helvetiarum, Tigurini, Bernates, Suitenses, Underwaldi, quod antea Imperii Germanici partem fecissent, exceperunt Imperii Germanici majestatem, ne Germanis fraudi esset, quòd fœdus sancirent. Rursus *lib. 2. cap. 6. num.* 227. Friburgenses eo fœdere, quod cum Bernatibus de communicanda civitate ictum est, suam civitatem Imperii Germanici membrum appellant: tametsi Imperium à Germanico divisum habent. Urani verò, Underwaldi, & Suitenses, libertatem ac Reipublicæ moderandæ jus Imperio Germanico acceptum, & quidem tabulis publicis (Anno 1316.) Ludovici Bavari Imperatoris profitentur.

Helvetii Imperii Germanici majestatē superiorem recognoscunt & reverentur.

tentur. Quòd Helvetii (quamvis interdum omninò exemptos à Imperio se esse dicant:) adhuc membra, sed privilegiata & libera esse velint, vide *Dn. Goldast. in præfatione* der Reichshandlungen ad illustrissimum Wurtembergiæ Ducem. Hæc an non satis ostendunt, Helvetios verè summam potestatem, & veram libertatem, per se & ex se non habere? Quod si dicas, Helvetios majestatis jura usurpare: Reponam ego: Id fieri per accidens: quia nimirum sunt specialis illius concessionis, quæ à summa Imperatoria potestate dependet. Summa Helvetii in libertate sunt, ac liberi verè non sunt. Differunt enim hæc. *argument. l. et quoq. 11. ff. ex quib. caus. major. &c. l. quod autem. 10. de liberal. caus. l. possideri. 3. §. si servus. 10. de acquirend. vel amittend. possess. Lans. d. th. 54.*

59. *An vasalli gaudeant jure majestatis.* Quid vero † vasalli, an & hi de jure majestatis gloriari poterunt? si consulamus *Bodinum lib. 1. de Republ. cap. 9. num. 113.* Respondebit ipse, eos jure majestatis in solidum, ac summam potestatem habere, qui nemini servire teneantur. Nam vasallus, inquit, sive Imperator sive Pontifex maximus fuerit, fidem, obsequium, obedientiam superiori, quasi domino, præstare tenetur: quod quidem obsequium personale, conjunctam habet servitutem quandam. Ubi ipse statim addit: verbum illud *serviendi*, in legibus feudorum libertati naturali præjudicare non videri. Et sic illud ex servitutis jure ad Feudorum fiduciam, & vasalli jura non rectè trahit. Servitia enim vasalli liberalia officia sunt, quæ nexus servilis nihil habent, sed conditionem fidei & certas præstationes: vicissimque domini fidem & præstationem mutuo jure obligatam tenent, ut *in lib. 2. Feud. tit. 6. de form. fidel. & titul. 47. qualiter dominus propriet. [illegible] Kirchner. de Repub disp. 2. append. 6. ad lit. a.* quod dominus & vasallus [illegible] paria judicentur, præter alios Feudistas [illegible] *Matthæus de Afflict. ad d. tit. de form. fidel. & in de [illegible] cap. [illegible] ult. lib. 1. de feud. c. 10. num. 37.*

Cum autem de distinctis distinctè sit loquendum, & nos in hac controversia distinguemus inter vasallos, qui nihil præte-

tec

ter feuda habent, in quo potestate absolutâ uti possint, & illos, qui domi Regno proprio potiuntur. Illis majestatem denegamus: veritati enim litat illud: Rex esse nemo potest, qui nihil habet, quod non alterius nexu ac fiduciâ teneatur. Hosce verò jure majestatico, ut ita loquar, frui patimur, *invito eod. Bodin. num.* 115. *& c. seq.* 10. *num.* 149. propria vineta cædente, sibique contradicente. Nihil enim impedit, Regem alterius Imperii vasallum esse, qui in Repub. libera jura majestatis habet, & proprio regno potitur: nullo enim ob id subjectionis jure gravatur. Diversissima † enim sunt: vasallum esse, & subjectum esse. *Petr. Heig. p.* 1. *quæst.* 18. *num.* 5. ille libertatem suam, ut amicus, ut confœderatus, sartam tectam retinet: hic alterius fidei & Imperio subjacet, *ex Nat. consil.* 1 13. *Kirchner. d. l.* Quòd si igitur superior recognoscat feudum à se inferiori vel pari, superioritati & auctoritati illius non detrahitur quicquam, quando habet, in quo absolutâ potestate uti queat, quin potiùs commodum ejus augetur. *Rosenthal. de feud. c.* 3. *conclus.* 3. *lit. c. Zas. de feud. part.* 7. *num.* 19. *Obrecht. disput. feud.* 4 *th.* 19. diversis enim respectibus illa explicanda sunt, nec absurdum est, unam † eandemque personam respectu diversarum qualitatum, diversimode considerari. *Dn. Vult. lib.* 1. *de feud. c.* 4. *num.* 9. vel, ut ait *Zas. d. l.* diversis respectibus aliquid esse minus vel majus. Vasallum, propter beneficium: summum Magistratum, propter Regni, cui præest, Majestatem. *Reinkingk. lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccles. class.* 2. *cap.* 4. *num.* 19. Nam summus † inter Laicos sive seculares, qui est Imperator, itemque Pontifex ab aliis feuda tenere, & servitia per substitutum præstare possunt. *Sonsbec. part.* 7. *de feud. num.* 1. *Schrader. de feud. p.* 4. *c.* 3. *num.* 11. *Rittershus. de feud c.* 6. *q.* 12. *Gothofr. Ant. disp. feud.* 2. *th.* 6. *lit. d.*

61. (beside line "ma † enim sunt")
62. (beside line "sunt, nec absurdum est")
63. (beside line "mus † inter Laicos")

Sic Carolus V. Imperator fuit vasallus Pontificis Romani, nomine Regni Neapolitani, Siciliæ, Arragoniæ, Corsicæ, Sardiniæ, Insularum Canariarum, quarum nomine Ludovicus Rex Hispaniæ legitur juramentum præstitisse Papæ, Anno 1343. *Vultej. dict. loc.*

tentur. Quòd Helvetii (quamvis interdum omninò exemptos ab Imperio se esse dicant:) adhuc membra, sed privilegiata & libera esse velint, vide *Dn. Goldast. in præfatione* der Reichshandlungen ad illustrissimum Wurtembergiæ Ducem. Hæc an non satis ostendunt, Helvetios verè summam potestatem, & veram libertatem, per se & ex se non habere? Quod si dicas, Helvetios majestatis jura usurpare: Reponam ego: Id fieri per accidens: quia nimirum sunt specialis illius concessionis, quæ à summa Imperatoria potestate dependet. Summa Helvetii in libertate sunt, ac liberi verè non sunt. Differunt enim hæc. *argument. l. ei quoq. 11. ff. ex quib. caus. major. &c. l. quod autem. 10. de liberal. caus. l. possideri. 3. §. si servus. 10. de acquirend. vel amittend. possess. Lans. d. th. 54.*

59. An vasalli gaudeant jure majestatis.

Quid vero † vasalli, an & hi de jure majestatis gloriari poterunt? si consulamus *Bodinum lib. 1. de Republ. cap. 9. num. 113.* Respondebit ipse, eos jure majestatis in solidum, ac summam potestatem habere, qui nemini servire teneantur. Nam vasallus, inquit, sive Imperator sive Pontifex maximus fuerit, fidem, obsequium, obedientiam superiori, quasi domino, præstare tenetur: quod quidem obsequium personale, conjunctam habet servitutem quandam. Ubi ipse statim addit: verbum illud *serviendi*, in legibus feudorum libertati naturali præjudicare non videri. Et sic illud ex servitutis jure ad Feudorum fiduciam, & vasalli jura non rectè trahit. Servitia enim vasalli liberalia officia sunt, quæ nexus servilis nihil habent, sed conditionem fidei ad certas præstationes: vicissimque domini fidem & præstationem mutuo jure obligatam tenent, ut *in lib. 2. Feud. Tit. 6. de form. fidel. & titul. 47. qualiter dominus propriet. feud. priv. Kirchner. de Repub. disp. 2. append. 6. ad lit.* [illegible]. quod dominus & vasallus ad paria judicentur, præter illos Feudistas latiùs docet *Matthæus de Afflict. ad d. tit. de form. fidel. & in decis. Neapol. Vult. lib. 1. de feud. c. 10. num. 37.*

Cùm autem de distinctis distinctè sit loquendum, & nos in hac controversia distinguemus inter † vasallos, qui nihil præ-

ter feuda habent, in quo poteſtate abſolutâ uti poſſint, & illos, qui domi Regno proprio potiuntur. Illis majeſtatem denegamus: veritati enim litat illud: Rex eſſe nemo poteſt, qui nihil habet, quod non alterius nexu ac fiduciâ teneatur. Hoſce verò jure majeſtatico, ut ita loquar, frui patimur, *invito eod. Bodin. num* 115. *& c. ſeq.* 10. *num.* 149. propria vineta cædente, ſibique contradicente. Nihil enim impedit, Regem alterius Imperii vaſallum eſſe, qui in Repub. libera jura majeſtatis habet, & proprio regno potitur: nullo enim ob id ſubjectionis jure gravatur. Diverſiſſima † enim ſunt: vaſallum eſſe, & ſubjectum eſſe. *Petr. Heig. p.* 1. 61.
quæſt. 18. *num.* 5. ille libertatem ſuam, ut amicus, ut confœderatus, ſartam tectam retinet; hic alterius fidei & Imperio ſubjacet, *ex Nat. conſil.* 1. 13. *Kirchner. d. l.* Quòd ſi igitur ſuperior recognoſcat feudum à ſe inferiori vel pari, ſuperioritati & auctoritati illius non detrahitur quicquam, quando habet, in quo abſolutâ poteſtate uti queat, quin potiùs commodum ejus augetur. *Roſenthal. de feud. c.* 3. *concluſ.* 3. *lit. c. Zaſ. de feud. part.* 7. *num.* 19. *Obrecht. diſput. feud.* 4 *th.* 19. diverſis enim reſpectibus illa explicanda ſunt, nec abſurdum eſt, unam † eandemque perſonam reſpectu 62.
diverſarum qualitatum, diverſimode conſiderari. *Dn. Vult. lib.* 1. *de feud. c.* 4. *num.* 9. vel, ut ait *Zaſ. d. l.* diverſis reſpectibus aliquid eſſe minus vel majus. Vaſallum, propter beneficium: ſummum Magiſtratum, propter Regni, cui præeſt, Majeſtatem. *Reinkingk. lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccleſ. claſſ.* 2. *cap.* 4. *num.* 19. Nam ſummus † inter Laicos ſive ſeculares, qui eſt Imperator, itemque Pon- 63.
tifex ab aliis feuda tenere, & ſervitia per ſubſtitutum præſtare poſſunt. *Sonsbec. part.* 7. *de feud. num.* 1. *Schrader. de feud. p.* 4. *c.* 3. *num.* 11. *Rittershuſ. de feud c.* 6. *q.* 12. *Gothofr. Ant. diſp. feud.* 2. *th.* 6. *lit. d.*

Sic Carolus V. Imperator fuit vaſallus Pontificis Romani, nomine Regni Neapolitani, Siciliæ, Arragoniæ, Corſicæ, Sardiniæ, Inſularum Canariarum, quarum nomine Ludovicus Rex Hiſpaniæ legitur juramentum præſtitiſſe Papæ, Anno 1343. *Vultej. dict. loc.*

Sic Julius Pontifex Ferdinando Hispaniarum Regi dedit Regna Granatæ & Navarræ. *idem ibid. Marta Neapolitanus de jurisdict. Ecclesiastica & Seculari, part. 1. c. 55.* Et cum controversia inter Johannem Portugalliæ, & Ferdinandum Castiliæ Regem de limitibus navigationum in novo orbe ad Pontificem Alexandrum VI. deferretur, ita bifariam ipse divisit, ut Insulæ Orientales Portugalliæ, Occidentales Castiliæ Regi cederent. *Boter. part. 1. Cosmograph. lib. 4. de Pontif. Rom. Paurmeister. lib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. cap. 3. num. 33.* Quâ sententiâ directum dominium mundi istius novi sibi reservasse, refert *Marta d. p. 1. c. 26. num. 55. Cluten. d. th. 10. ad lit. c.* addens; Quid ergo Regnorum ferè Hispanus habet, quod non vasallagii jure, ab illo, qui conferendi potestatem non habet, obtineat?

64. Etsi enim, ut incidenter hoc dicam, Pontifex Rom. † integra Regna, & iis annexa Regalia aliis in feudum conferat, ut in specie etiam de Regno Siciliæ, *est cap. Ad Apostolicæ §. præter hæc. de re jud. in 6.* & testatur *Afflict. in c. 1. n. verb. in gloss. prim. a n. 1. de pac. juram. cut. firm. Ferrar. Montan. de feud. lib. 2. c. 1. vers. imò Pontifex Romanus.* de Regno Apuliæ, *Grammat. decis. 1. num. 36. & 31. Laurent. Sylvan. de recognit. feud. quæst. 91. num. 4.* de Regno Neapolitano, & aliis, *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9.* Tamen præstantissimorum Jurisconsultorum sententia & doctrina est, quòd ei

65. Regalia † temporalia non competant, sed quòd ipse tantam potestatem in regalibus juribus, & bonis regalem dignitatem annexam habentibus de facto, & pravâ usurpatione sibi adscribat. *Bald in c. 1. num. 3. & 16. de feud. march. Pruckman. in rubric. quæ sunt Regal. nu. 9. Zas. in epit. feud. p. 5. num. 3. Dn. Vultej. lib. 1. de feud. cap. 5. num. 7.* confer *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num. 115. &*

66. *seqq.* Qua de causa Imperator Turcarum Pontificem † Romanum vocare solet Regem Morionum, propterea quòd Cardinalibus nudos titulos Episcopatuum in terris potestati suæ minimè subjectis daret. *Dn. Gerhard. in Loc. de Ecclesia, fol. 1293.*

Insuper Rex Scotiæ ratione quarundam ditionum fiduciarius fuit Angliæ. *Buchanan. de reb. Scot.*

Et Reges Angliæ respectu quarundam Provinciarum jusjuran-

jurandum fidelitatis dederunt Regibus Gallorum. Angliam tamen & Hyberniam summâ potestate regebant. *Bodin. l.* [illegible] *c.9 num.* 109.

Rex Daniæ auditur vasallus Imperii Romani in quadam parte Holsatiæ. *Vultej. d. l. num.* 10. *Andr. Geil. de arrest. Imper. c.* 6. *num.* 16.

Vasallus itidem Imperatoris Romani est Rex Hispaniæ, ratione Ducatus Burgundiæ, cujus respectu illum superiorem recognoscere, & legatos ad Comitia mittere tenetur, ut patet ex subscript. Receß. Imp. Unde duplicem sustinet personam, unam Regiam, alteram Provincialem. *Matth. Steph. lib.* 2. *de jurisdict. part.* 1. *c.* 2. *num.* 24. *&* 25.

A vasallis devenimus ad clientes: Quæritur ergo, an Prin- 67.
ceps † summus, qui se alterius summi Principis clientem profite- An clien-
tur, & majestatem ejus in fœdere comiter (hoc est, ut *Cicero in O-* tes.
rat. pro Corn. Balb. interpretatur, benignè) observare tenetur, summam potestatem in subditos, sive jura majestatis amittat? sic quidem nonnullorum fert opinio, à quibus recedere nulla nobis est religio, facem præferente Proculo *in l.* 7. *ff. de captiv. & postlimin. revers.* §. 1. ita scribente: Liber autem populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subjectus, sive is fœderatus est: item sive æquo fœdere in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi majestatem comiter conservaret. Hoc n. adjicitur, ut intelligatur, alterũ populum superiorem esse: non ut intelligatur, alterum non esse liberum: & quemadmodum clientes nostros intelligimus liberos esse, etiamsi neque auctoritate, neque dignitate, neque jure omni pares sunt. Sic eos, qui majestatem nostram comiter conservare debent, liberos esse intelligendum est. Sic etiam *Bodin. lib.* 1. *de Repub. c.* 7.
num. 68. clientelam † inter summos Principes definit, quòd nihil 68.
aliud sit, quam fœderata consociatio, quâ alter alterius majestatem observare tenetur, ut ab injuria potentiorum tutior esse possit. Et sic patrocinium ac superioritatem tantum Advocati seu Patroni Regni, quod ad personæ ac loci dignitas postulat, fœdus clien-

clientelare seu Advocatia inducit: non fidem, obsequium, & potestatem, quæ ab illa omninò est discernenda. Hujus nostræ assertionis patroni sunt Jurisconsulti magni nominis. *Wilhelmus Budæus in annot. Pandect. ad d. l. 7. Card. in clem. ne Romani, de elect. Alciat. consil.* 460. *Natta consil* 30. *Hieron. Magonius in decis. Florentin.* 60. *num.* 10, Et rectè asserit *Philipp. Hænon. disput. Polit. ult. th.* 19. absque ulla diminutione honoris, reputationis, & existimationis Principi convenire, Instante periculo, quod totius ditionis eversionem minatur, se alterius Principis clientelæ submittere, qui ab hostium violentia & incursionibus ipsum vindicare queat: cùm hoc ipsum suadeat ratio ab exemplis deducta. Capuani siquidem Romanis se submiserunt, Genevates Gallis, aut Duci Mediolanensi, *Joh. Boter. lib 6. Polit. illust. c.* 15.

69. An tributarii. Circa † Tributarios, à quibus pacis fruendæ causâ pecunia quotannis ab alio Principe imperatur, idem asserimus: quòd scilicet potestas illorum illibata servetur. Nam ipse Turcarum Imperator Æthiopum Regi: itemque populis, qui montes Arabiæ possident, tributum sive pensionem cogitur solvere. vid. quæ diximus cap. 20. de stat. Imp. Rom. in respons. ad argument. 6. Bod. Si tamen victis in bello accedat conditio aliqua durior & servilis, quæ compedes libertati & potestati injiciat, aliud dicendum erit, sicut Moab factus est serviens Davidi sub tributo s. 2. *Sam.* 8. *v.* 2. Item Syria Damasci, *v.* 6. & 1. *Paralip.* 18. *v.* 6. Universa Iduмæa, *v.* 14. *ejusd. c.* 8. & *v.* 13. *d. c.* 18.

70. Potestas perpetua. PERPETUA † POTESTAS est, quæ per se nullo temporis spatio terminatur, quæque tam diu durat, quamdiu imperans & Imperium.

71. Perpetua dicitur, non quod perpetua semper sit, sed quòd eo † animo detur & accipiatur, ut apud Principem sit, dum vivit perpetuo. *Dn. Fulcej. lib.* 1. *Jurispr. Rom. cap.* 12. & 24.

72. Ergo nec Harmostes † Lacædemoniorum, nec Asymnetes Thessalorum, nec Archon Melitensium, nec ulli alii Magistratus curatoresve summâ potestate ad tempus vel ad certas res gerendas præditi, majestatis jure frui possunt. *Bodin. lib.* 1. *de Repub. c.* 8. *num.*

numero 79. *Albericus Gentilis disputatione Regia* 1. *fol.* 9.

Quare nec Regentes † Regni, quos Procuratores seu Rectores Franci appellant, quibus vel ob infantiam Regis, Regni cura committitur, sive eorum nomine, manu ac sigillo leges, edicta, decreta, responsa, jussa denique omnia, sanciantur, sive Regium nomen ac sigillum legibus & mandatis proponatur. Nam præsente Principe omnia magistratuum & curatorum imperia conquiescunt. Et quemadmodum fluviorum vis & impetus unà cum nomine absorbetur, cùm ab ostiis in mare confusi labuntur: & siderum omnium stellarumque, tum errantium, tum inerrantium lux nulla percipitur, cùm primum Sol exoriri cœperit, quasi lumen acceptum Soli restituere videantur: ita quoque senatus auctoritas, ac magistratuum omnia Imperia, præsente Principe conquiescunt. *idem Bodin. lib.* 3. *c.* 6. *num.* 313. Nec non *Guntherus in Ligurin.* 2. 73.

----- atq; omnis judex, omnisq; potestas
Atq; Magistratus, ipso præsente quiescant.

Et sic summum jus quis habere potest, qui tamen caret majestate. *Bornit. de majest. c.* 2.

Nec etiam Dictator † Romanus, nec ullus ex magistratibus 74. Romanis, etiam majoribus, majestatem habuere, quia perpetuâ potestate usi non sunt. Dictator siquidem, ut ex Romanis antiquitatibus constat, creari consuevit, cum improvisa aliqua necessitas esset oborta, puta belli gerendi, seditionis sedandæ *l.* 2. §. 18. *ff. de orig. jur.* Ut ergo existente necessitate, extitit Dictator, ita etiam necessitate intercidente, ejus etiam Dictatura & Imperium unà intercidit, finemque habuit. Nec fas erat, ultra sextum mensem hunc magistratum retinere. *d.* §. 18. *l. unic. de offic. præfect. prætor.* Et sic Dictator Rom. curator Imperii fuit, non Imperator, aut summus magistratus, quamvis ad tempus summâ potestate fuerit donatus: sublatâ etiam appellatione ad populum. *d.* §. 18. neque usquam, nisi in cura parendi, existente auxilio. *Liv. lib.* 2. A veritatis igitur semita deviat *Bodin. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 79. asserens

Q. Fabium Maximum Rutilianum, magistrum equitum, è L. Papyrio cursore, Dictaturam gerente quòd contra mandatum ejus dimicasset, capitis damnatum, ex provocatione populi judicio liberatum esse. Repugnat enim manifesta Livii historia, ut demonstrat etiam *Dn. Lansf. d. loc. th.* 56. Licet enim Fabii pater tribunos plebis appellarit, & provocarit ad populum: Dictator tamen asseverabat, se in incœpto perstaturum, nec ei, qui adversus edictum suum, turbatis religionibus ac dubiis auspiciis pugnasset, quicquam ex justa pœna remissurum. Tandem precibus populi Rom. Tribunorum, patris & filii Fabb. victus Dictator, silentio facto: Benè habet, inquit, Quirites, vicit disciplina militaris, vicit imperii majestas, quæ in discrimine fuerunt, an ullæ post hanc diem essent. Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnavit: *sed noxæ damnatus, donatur populo Romano, donatur Tribunitiæ potestati, precarium, non justum auxilium ferenti. Liv. lib.* 8. Quid? ipse *Bodin. lib.* 3. *c.* 2. 269. Fabium non aliter, quàm Dictatore placato populi precibus, supplicium evasisse scribit: & sic errore atque contradictione se implicat.

75. LEGIBUS † SOLUTA POTESTAS est, quæ à nemine leges

Potestas legibus soluta. accipit (civiles, ac privatas intellige. Nam publicæ, quæ fundamentales & Regni vocant, & à statibus seu Ordinibus, totum Regnum repræsentantibus, proponuntur, Majestati Imperatoriæ vel Regiæ nihil detrahunt, ut evicimus supra cap. 20. de stat. Imp. Rom. ad argum. 1. Bodin) §. *fin. Inst. quib. mod. test. infirm. l.* 31. *ff. de legib. l.* 23. *ff. de legat.* 3. *Novell.* 105 *c.* 2. *in fin.* Nec enim à superiore, quem non habet: nec à se ipsa, cùm ob liberam voluntatem cogere seipsam non possit. *l.* 13. §. 4. *ff. ad SCtum Trebell. l.* 5. *de recept. qui arbitr.* nec verò etiam à privatis & subditis, quod absurdius, cùm illi leges non dent, sed accipiant *Æneas Sylvius de ort. & auctoritat. Imper. Roman. cap.* 20. *& seq Alberic. Gentil. disput.* 1. *Regia.*

76. Hæc igitur potestas à summa † profluit & emanat, tanquam adjunctum à subjecto. Ut igitur subjectum non existit sine adjunctis propriis: nec hæc sine illis: ita summa potestas sine legibus soluta potestate non datur.

Cùm

Cùm itaque Princeps † Romanus omnibus civiliter ex 77.
summa potestate imperet: omnibus imperando leges præscribat: ipse verò à nullo leges accipiat: sequetur principem legibus civilibus, iisque omnibus ex L. Regia esse solutum.

Divinis † verò & naturalibus (quæ tamen jura rectiùs, 78.
quam leges dicuntur, ex sententia *Dn. Vulteji ad d. §. sed quod. num. 7. & Bodini lib. 1. de Repub. c. 8. num. 102.* dicentis: Multum distat lex à jure. Jus enim sine jussu, ad id, quod æquum, bonum est: Lex autem ad imperantis majestatem pertinet. Est enim lex nihil aliud, quàm summæ potestatis jussum) neutiquam. *Deut. 17. v. 18. 19. c. non licet. dist. 10. §. pen. Instit. de jur. nat. gent. & civil. l. 188. §. 1. ff. de reg. jur. Roland. à Valle consil. 1. num. 22. volum. 2. Andr. Knichen. de jur. Saxon. c. 1. num. 37.* His cum *Johanne Dauthio ad l. 3. C. de testam. num. 5. & Francisco Hotomanno in illustr. quæst. 1.* addimus, leges status, † Imperii seu Regni cum ipsa 79.
majestate conjunctas, quas Princeps nec abrogare, nec iis derogare potest.

Hæc cùm ita sint, non licebit † Principi mutare quadrata 80.
rotundis, movere terminos, quos Deus Opt. Max. sempiternis naturæ legibus regit, impudenter divina & humana perfringere, ac temerare, pejerare, homicidia perpetrare, adulteria committere, bona subditorum rapere, Rempublicam deformare, statum Ecclesiasticum, Politicum & Oeconomicum subvertere, dominiorum distinctionem tollere, aliaque divinis, naturæ & gentium legibus contraria facere: quorum respectu adhuc civis est, & quibus instar aliorum civium obtemperare cogitur. In his † enim 81.
non ut Princeps, sed quatenus homo est, consideratur. Hinc dicebat Bald. Principem esse sub lege poli, naturæ & rationis. Divinæ enim & naturæ leges à Deo Opt. Max. sunt latæ, & hominum 82.
mentibus ex æquo præscriptæ, & inde omnes ex æquo summum summi νομοθέτου imperium recognoscere, ac imperanti obtemperare coguntur.

Quemadmodum enim in potestatibus † societatis huma- 83.
næ major potestas minori ad obediendum præponitur, ita

84. Deus † omnibus. *Augustinus lib. 3. de confess. cap. 8.* & licen-
85. tia † regia spectatur tantùm erga subditos, non erga naturam & Deum, quorum leges sunt superiores.

Quod ipsum eleganter ostendit *Ambrosius lib. 1. de Patriar-*
86. *cha Abrahamo cap. 2.* exemplo Pharaonis † Regis Ægyptiaci, qui cùm cognovisset Saram non sororem esse Abrahami, ut prætenderat, sed uxorem, eam marito cum exprobrati[illegible]ne restituit. *Etsi,* inquit Ambrosius, *naturâ ferus ac barbarus, ta[illegible]en significat etiam exteris ac barbaris moribus esse curam pudoris, & adulteri etiam sibi crimen cavendum. Qui prætendit ignora[illegible]m, condemnat intemperantiam. Nec mirum, si barbarus jus novit naturæ. Muta animalia licet nullis constringantur legibus, sunt tamen aliqua, quæ non solùm paribus suis copulæ servent fidem, verùm etiam coitus unius castitatem custodiant. Ita major l[illegible]x naturæ, quàm legum præscriptio est. Non mirum ergo, si & iste Æg[illegible]ptius Rex Deum timuit, qui hominem non timebat, & pœnam solvit adulterij, qui nullis tenebatur reus legibus: statimq; ubi alienam esse cognovit uxorem, non solùm marito reddidit, sed etiam prosecutores dedit, qui deducerent eum, ne quis de populo bar[illegible]r[illegible]garet violentiam vel peculio viri, vel uxoris pu-*
87. *dori. Sic ille.* Audin jus † Regis supremum duo habere sepimenta: *in[illegible]r[illegible] conscientiam, externè pudorem.*

88. E[illegible]t ergo vox † illa horrenda, monstrosa, diabolica, omnium homicidiorum, parricidiorum, incestuum, adulteriorum aliorumque scelerum à sceleratis Impp. perpetratorum nutrix & patrona, quæ naturæ & gentium legibus Principem solvit: qualis est blandula illa oratio Anaxarchi † Philosophi, homicidium Alexandri M. quo Clytus è medio sublatus, excusatur: *Jus Jovi & Regi esse quod videatur,* ceu refert *Arri[illegible]n. in hi[illegible]r. Al[illegible]x* vel ut *Plutarch.*
89. *in ejus vita. Justitiam † ob id Jovi ass[illegible], ut int[illegible]llige[illegible], nihil à*
90. *Principibus injuste fieri posse.* I[illegible]emq[illegible] C[illegible] C. Caligulæ, † qui apud *Sueton.* omnia sibi, & in omnes licere exclamat. Nec melior sen-
91. tentia Consiliariorum † Persicorum, Cambysi Regi respondentium: *Non quidem se invenire l[illegible]gem, quæ permittat fratri nubere sororem, esse tamen legem, quâ liceat Regi Persarum facere, quicquid libeat: Herodot. in Thal.* Quò etiam tendit impia vox Juliæ nover-

cæ

ex Bassiani Caracallæ: *si libet, licet: An nescis te Imperatorem esse,*
& leges dare, non accipere? ô labem, ô pestem Imperii! Item
de † Papa scribit *Bald. in c. cum super. de caus. prob.* & cum eo Phi- 92.
lip. Decius consil. 588. nu. 4. & 5. Papam in omnibus & per omnia
posse dicere & facere, quicquid sibi placet, etiam auferendo jus
suum, cui velit: nemine adversum hiscere audente: *Cur ita facis?*
Item: Papam contra jus, supra jus, & extra jus omnia posse: omnia
& super omnia esse. Quin reperiuntur, qui Imperatorem † talia 93.
facere, nec quenquam ejus potestatis fulmini resistere posse, satis
audacter scribunt, relati *à Pruckmanno in tract. quæ sint regal. c. 2.*
num. 1. & seq. At quantò verius *Seneca*: Cæsari † cùm omnia 94.
licent, propter hoc minus licet. Cui consonat illud *Ausonij*
Poëtæ:

Quanto plus liceat, tantò libeat minus.

Et Claudiani ad Honorium:

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,
Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.

Et *Cicer. pro Rabir. Posthum.* Vestri consilii, inquit, vestræ sapien-
tiæ est, judices, spectare quid deceat vos, non quantum liceat
vobis. Non enim omne † quod licet honestum est *l. 144. & 197. de* 95.
reg. jur. l. 12. ff. de rit. nupt. Pertinet quoque huc, quod scribit Pa-
pinianus ille Germaniæ, ut vocatur, *Udalricus Zasius consil. 10. nu.*
7. volum. 2. Id dicimur † posse, quod honestè possumus. *text. notab.* 96.
in c. fin. de rescript. in 6. & in c. faciat homo. 22. q. 2. gloss. in clem.
sæpè, in verbo, poterit de verb. signif. Nam quæ lædunt pietatem,
existimationem, verecundiam nostram, & generaliter, quę contra
bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. *l. filius. 15.*
ff. de condit. instit. & in l. Nepos proculo. 125. ff. de verb. signif.

Hinc laudanda, & ominum encomiis celebranda vox An-
tigoni † Asiæ Regis, cui cùm assentator diceret, omnia Regibus li- 97.
cere, ac semper licuisse. Ita quidem barbaris, dicebat ille, ac tyran-
nis. *Plutarch. in apophth.* Graviter juxta ac piè *Seneca* † *in Thyeste*: 98.

Vos quibus rector maris atq; terræ
Jus dedit magnum necis, atq; vitæ:
Ponite inflatos tumidosq; vultus:
Quicquid à vobis minor extimescit,
Major hoc vobis Dominus minatur:
Omne sub regno graviore regnum est.
Quem dies vidit veniens superbum:
Hunc dies vidit fugiens jacentem.

Sequuntur nunc Majestatis, (aliàs supremitatis vel superioritatis, *Waremund. ab Erenberg. in verisimil. c. 2. n. 9.*) propria, signa seu jura, Regalia quæ vocantur.

99. Regalia majora. Regalia † verò dividuntur in majora & minora. *Sixtin. l. 1. de Regal. c. 2. n. 1. Zas. part. 5. de feud. n. 13. & 14. Dn. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. num. 7. Borcholt. c 1.*

100. Illa † supremam Imperatoris auctoritatem, præeminentiam & potestatē demonstrant: qualia sunt regales dignitates conferre, puta Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. nobilitare, legitimare, famæ restituere, veniam ætatis concedere, Academias confirmare, & privilegiis munire, creare Magistratus, Tabelliones, condere leges, indicere bellum, pacemque finire, extremam provocationem recipere, veniam delictorum concedere. *idem l. ultej. ibid. Sixtin. d. c. 2. num. 2. Bodin, lib. 1. de Repub. c. ult. Arnisæus d. c. 1. num. 7. & 8.* Ubi taxat illos, qui ea magis in dignitate & veneratione collocant, quam in potestate, dicens: Consistit majestatis notio in jure vetandi & jubendi, & gubernandi totam Rempubl. quæ omnia non tam dignitatem dicunt, quàm potestatem.

101. Minora. Hæc † rem fisci spectant. quæ ob id jura fisci *Cujacius* vocat, quoniam fiscum nemo propriè habet, nisi Imperator, jure nimirum suo proprio: alii non nisi ex concessione Imperatoris, eâque

eâque vel tacitâ, quæ inducitur præscriptione, vel expressâ, quæ inducitur conventione. *Vult. ibid. num. 7. fol. 84. post Bald. in c. 1. §. ad hæc. de pace jur. firm.* Exempla † horum regalium plurimi 102. Feudistæ dicunt esse *in lib. 2. de feud. tit. 56.* quæ tamen non omnia & singula inter minora referri poterunt, sed ex majoribus etiam quædam ibi enumerantur, utpote jus constituendi Magistratus, quod extra controversiam ad majora regalia spectat. Jus erigendi vectigalia. Hæc enim soli Imperatores vel ipsi instituunt, vel ut instituantur, permittunt. *l. 10. ff. de publican. & vectigal. l. 1. 2. 3. C. de vectigal. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 6. num. 15. 16. & 20. Bocer. de Regal. cap. 3. num. 193. Obrecht. de Regal. num. 260. Rosenthal. de feud. c. 5. conclus. 44. num 1. & 2. Dn. Arnisæ. lib. 3. de majest. c. ult. num. 6.* licet malè inter majora referri scribat *Bortius apud Dn. Arumæ. volum. 1. discurs. Acad. fol. 894.* Et quamvis fiscum augeant, id tamen accessorium est. In censu majorum regalium habetur etiam jus cudendi monetam. *Bodin. d. cap. ult. num. 167. Borcholt. num. 55. quæ sint Regal. Rosenthal. d. c. 5. conclus. 48. num. 1. Sixtin. d. c. 2. num. 50.* Ubi taxat *Wesenbecium consil. 45. num. 39* ad minora regalia id referentem, & sibi ipsi contradicentem *consil. 60. num. 31.* dum dicit, ex auro & argento monetam cudere ejusmodi esse regale, quod ossibus Principis cohæret.

Hoc verò ordine recensentur: Armandiæ, viæ publicæ, flumina navigalia, & ex quibus fiunt navigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quæ vulgò dicuntur telonia, jus cudendæ monetæ, mulctandi & puniendi, jus bonorum vacantium, bona indignis ablata, bona incestum committentis, damnatorum & proscriptorum, committentis crimen læsæ majestatis, angariæ & parangariæ, extraordinatio collatio ad regalis numinis expeditionem, Magistratuum creatio, argentariæ, palatia, piscationum reditus, salinarum vectigal. thesauri. Nos ex ratione instituti nostri, Regalia illa majora ordine tradem*u*s, quæ supremam Imperatoris auctoritatem & præeminentiam demonstrant, & à quibus Princeps summus ab aliis dignoscitur. 103.

Hujus generis sunt primò: *leges † singulis & universis dare.* Primum caput majestatis. *§. sed & quod Princip. placuit. Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. 3. & ult.*

ult. C. de legib. l. 1. ff. de constit. princ. Bodin. d. c. ult. num. 153. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 2. num. 9.

104. Imperator hodie† in Comitiis condit legem universalem, sed tamen cum approbatione & consilio statuum Imperii: Inde tamen minus efficitur, statum Imperii nostri esse Aristocraticum, ut contra Bodin. cap. 20. ostendimus.

105. Huc pertinet concessio† immunitatum, privilegiorum, eorumque confirmatio, nec non declaratio, seu interpretatio. *l. 43. ff. de vulg. & pupill. substit. l. ult. C. de legib. &c. Matthias Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 1. memb. 2. num. 150. & seqq.* Cujus enim est leges generales ferre, ejusdem quoque est jura singularia vel privilegia dare. *l. 16. ff. de legib. Bornit. de majest. c. 6.* Sive sint personæ, sive rei. *l. 196. de reg. jur.*

106. Privilegium† *Bodin. ex Cic. lib. 3. de legib.* appellat legem in unum aut paucos [illegible]es latam, sive ad eorum commodum, sive ad detrimentum [illegible]. Nec enim privilegium tantum vocatur exceptio a jure, sed & irrogatio pœnæ, aut edictum contra aliquem latum, sicut *Cicero pro domo*, privilegium, inquit, de suo capite latum: innuens legem Claudiani, quâ decernebatur contra eum quæstio.

Secundum

107. Secundum caput majestatis constituimus *potestatem ac jus belli† inferendi ac finiendi*, quod ratione summæ potestatis, nec non jurisdictionis universalis, vel in consequentiam ejusdem, Princeps Romanus solus habet. *l. 3. ff. ad l. Jul. Majest. ibi: qui sine injussu Principis bellum gesserunt. l. neminem. 17. C. de re milit. l. unic. C. ut armor. usus insc. princ. interdict. sit Bartol. in l. hostes. n. 14. ff. de captiv. & postlim. revers. Geil. de pac. publ. lib. 1. c. 4. num. 5.*

108. Quapropter si quis sine Imperatoris [illegible] licentia bellum indixerit, & paraverit, in crimen [illegible] pacis publicæ violatæ incidit. *d. l. 3. ad l. Jul. Majest.* In hoc jure majestatis, *dicente Bodino d. c. ult. num. 155.* nullum ferè majus esse potest: quia sæpissimè ab exitu belli Reipubl. excidium aut status pendeat: & quia plus à bello periculi, quam à pace immineat, ita ut etiam levissima quæque in eo genere injussu Principis fieri propè sit capitale, si is admoneri potuit. Et hoc verum, etiamsi feliciter & cum magna victoria

ctoria bellum fuerit confectum *Albericus in d. l. 3. §. 15. ff. de re milit.* Ubi Modestinus ait: in bello qui rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non servavit, capite punitur, etiamsi res benè gesserit.

Amplius, ut nec bellum indicere, sic neque pacem † aut fœdus inire licet absque Imperatoria Majestate. *Matthias Stephani d. l. nu. 60. & seq.* Sed & repressalias † seu pignorationes concedit Imperator. *Wesenbec. consil. 46. num. 7. Geil. de pignorat. c. 1. nu. 5. & c. 2. num. 2. & 3. Sixtin. d. c. 2. num. 22.* cùm speciem belli referant. *Geil. d. c. 2. & l. 1. observ. 28. num. 9.* Et quia Principis proprium est, communem instituere deliberationem de rebus ad Rempub. pertinentibus. *Bornit. c. 6.* Hinc *jus † Comitiorum* quoque ad jura majestatis refertur. *Besold. class. 1. disput. Polit. 3. th. 33.* exactio † præstationum, & ordinariorum Tributorum, Gemeiner ordentliche Steuwr/ ex quibus militares copiæ nutriuntur, & perfruuntur etiam reliqui ordines, attributis, sive Salariis: reparantur quoque muri & urbes. *idem Besold. th. 36.* Nec non Collectarum, *th. 48.* 109. 110. 111. 112.

Tertium caput *in creatione † Magistratuum*, præsertim majorum, & dignitatum, est positum. *l. 1. ff. ad l. Jul. de ambit. c. 1. quis dicat Dux. Com. vel March. ubi Vult. de feud. l. 1. c. 5. num. 7. Borcholt. de feud. c. 4. num. 12. Tiraquell. de nobilit c. 6. Bodin. d. c. ult. num. 158.* puta Ducum, Principum, Marchionum, Comitum, Baronum, Nobilium: ut & Doctorum, Licentiatorum, Notariorum. 113. Tertium.

Quò referendi sunt & alii † actus, scilicet constituendi Academias, legitimandi, restituendi famæ & honoribus, concedendi veniam ætatis, absolvendi à juramento ad effectum agendi, de quibus Cap. 20. diximus. Item jus Equestrem † nobilium ordinem dandi. *Papon. lib. 5. de Arrest. tot. de Nobilit.* Jus aureorum annulorum, quod non nisi summus Princeps tribuit, *ut in titulis Pandect. & Cod. de jur. aur. annul.* Quod jus annulorum alii id fermè esse ajunt, quod dicimus Equitem facere, zum Ritter schlagen/ *Piso Soacius in tract. de Venet. & Rom. Magistrat. comparat. n. 39* refert *Besold. dict. disput. 3. thes. 50.* jus instituendi cursus † publicos, 114. 115. 116.

 sive

sive regios cursores, quos hodiè Postas vocamus. *Matthias Stephani d. l. num.* 110. Tabelliones, † seu Notarios. *Bortholt. in explic. c. 1.*
117.
118. *quæ sint Regal.* Jus constituendi ferias † generales: unde & Imperiales dicuntur. *l.* 4. *C. de fer.* Jus dandi † civitatem, quod JCti vocant spiritum & vitam dare civitatibus, **Stadtrecht geben.** quod itidem penes Imperatorem est, adeò ut si quis absque Cæsaris consensu, ad minimum tacito, *Valasc. in l. imperium. num.* 73. *ff. de jurisdict.* civitatem constituerit, ea nec civitas, nec jura civitatis habere putetur. *Innocent. in cap. Ecclesiarum. num.* 1. *de offic. ord. & Natta consil.* 636. *num.* 100. Ubi scribit, Frideric. I. Casalensibus jus civitatis dedisse, refert *Matth. Stephan. num.* 114. Et cùm Albertus Comes Mansfeldicus propè Islebiam vicum quendam jure civitatis donare vellet, Maximilianus I. mandato inhibitorio id fieri prohibuit, Anno 1514. die 6. Februar. cui hæc in specie verba fuêre inserta: **Wann nun dir noch jemand anders nicht geziemet / Stadtrecht oder anders / daß der hohen Obrigkeit anhanget / ohne sonderbare Erlaubnuß / auszurichten / so empfehlen / etc.** *Thomas Michaëlis de jurisdict. conclus.* 12. *lit. c. Matth. Stephan. num.* 115. Con-
119.
120. cessio item nundinarum † solennium ac majorum, seu celebriorum unius Provinciæ vel Imperii Mercatuum (quales hodiè apud nos sunt Nundinæ Francofurtenses, Argentinenses, Lipsienses &c.) à solo Imperatore pendet. *l.* 1. *ff. de nund. & l. unic. C. eod. Sixtin. num.* 37. *Besold. th.* 57. *Matth. Stephan. num.* 98. Solet au-
121. tem † Imperator nundinarum privilegium concedere, vicinis civitatibus aut oppidis, quorum præsumptivè interesse posset, priùs auditis. *Geil.* 2. *observ.* 69. *Gilhaus. in arb. jud. civil. c.* 1. *num.* 16.
122. Potest etiam Imperator nundinas sive mercatum auferre † alicui oppido vel civitati, in aliam transferendo. *Matth. Stephan. num.* 99. ubi tradit, ita consuluisse *Nattam consil.* 511. *&* 512. judicasseque Senatum Pedemontanum, *teste Antonino Tessauro decis.* 264 *nu.* 3.
123. Hæc tamen ad nundinas vulgares † sive hebdomarias, quas vocamus **Wochenmarckt** / non spectant. Nam hæ sine ullo privilegio, vel Principis licentia institui possunt. *Bald. in d. l. unic. C. de nund. & Sichard. in Rubric. ibid. num.* 2. Imperator quoque absolutam & plenam securitatem, seu salvoquardiam concedit. *l. relegati.* 4.

in

in fin. ff. de pœn. Menoch. lib. 2. de arbit. jud. quæst. cas. 336. sub num. 23. vers. cùm solus Princeps. Dambouder. in pract. crim. c. 26. tit. de publica fide, sive ut vocant, salvo conductu. Bornit. de majest. cap. 25. Et hoc maximè verum est ratione bannitorum Imperii, quos assecurandi soli Imperatori facultas & potestas reservata est. *Stephan. num. 163.* Aliàs Principes etiam inferiores & superiorem recognoscentes in suis regionibus securitatem & salvum conductum concedere posse, nihil impedit. *Menoch. consil. 100. num. 166. lib. 1. Sichard. consil. crimin. 5. num. 20. Schönborner. libr. 5. Politic. cap. 25.*

Potestatem autem creandorum Magistratuum *ad justitiam* † *expediendam* constituit Fridericus Imp. *d. tit. 56.* quo ipso hoc Regale ab omni lucro & quæstu alienum esse voluit, ut inquit *Sixtin. de Regal.* In quam rem est constitutio Theodosii & Valentiani Impp. *in l. ult. C. ad L. Jul. repetund.* quâ nundinationes & mercaturas Magistratuum gravissimè detestantur, & severissimè prohibent, ne quisquam sive per se, sive per interpositam personam, aut venditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cujuscunque contractus ad honoris insignia admittatur. Idem facit Imper. Justinian. aliquot in locis. vid. *Novell. 8. in præfat. c. 1. 7. &c.* 124.

Sed qui † non sanctissimarum istarum legum temerarii extitêre transgressores, qui non Magistratus venales exposuerunt, & justitiæ castitatem petulanter prostituerunt? è multis exemplis sufficiat unum. 125.

In aula Zenonis Imperatoris erat Sebastianus, tùm potentissimus, qui illum quovis suo arbitratu impulit, veluti in foro cauponans omnia, nec sine pretio quicquam in regia sinens confici. Nam & Magistratus vendebat omnes pretio tùm sibi reservato, tùm Imperatori communicato. Quod si quis accessisset, qui paulum quiddam adjiceret, is præferebatur. (In toto denique palatio nihil erat rerum omnium, quod venale non esset) ut commemorat *Suidas in vit. Zenonis.*

Hanc mercaturam in † Galliam, maximo tanti Regni malo, introduxit Ludovicus Rex, ad revelandum populum, & ut æs 126.

alienum à Carolo VIII. contractum, dissolveret, aliisque de causis, quibus urgebatur: item, ut Ducatum Mediolanensem redime-
127. ret. *Hippolyt. à Collib. in princ. c.* 35. *fol.* 191. Execranda † etiam Simonia Romani Pontificis, qui sacerdotia & munera Ecclesiastica vendere, certóque pretio addicere solet. *Althus. in Polit. c.* 27. *fol.* 368. *in fin.* indignissimum certè, Episcopatus & sacerdotia indignè politicis præmiis assignare! Et quid aliud est, inquit *Kirchner. de Republ. disput.* 9. *auct.* 6. indoctum militem & stabularium, Ecclesiæ ac sacerdotio præficere, quàm Caii stultitiam imitari, qui equum suum consulem Rom. efficere studebat? *Xiphilin. in vit.*
128. *Caii.* optimè † contra Alexander Severus, qui nullos unquam gladii honores passus est vendi: Nam, necesse est, inquiebat, ut qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores potestatum: quos si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire illum homi-
129. nem, qui emit & vendit. Præterea, turpius † publicorum honorum ac munerum nundinatione Reipub. nihil est, nec ei certior pestis ulla. *Tholozan. lib.* 4. *de Repub. c.* 5. Et *Bodin. lib.* 5. *c.* 4. nihil sordidius, nihil luculentius, quàm suffragia honorum & dignitatum luto nitido (puta auro & argento) vendi. Declinantis Imperii manifestum notatur signũ *à Vopisco,* quòd sub Aureliano officia venalia esse cœperunt, neque darentur hominibus, sed divitiis.
130. Quare munera † publica pro merito & virtute cujusque sunt distribuenda, non pretio vendenda: sicut *Salust.* rectè Magistratus, ait, ex virtute, non ex pecunia creentur. Nam qui Magistratus, sacerdotia, imperia venalia habent, etiam jura, judicia, leges, sanguinem innocentium hominum, & omnia in fœdissimum commercium deducunt: Et pietatis ac virtutum omnium præmiis sublatis, ad furta, rapinas, sordes, injuriam & inscitiam, ad omnia denique vitia aditum aperire non dubitant. *Althus. d. c.* 27.

131. Cæterùm hujus majestatis † radium in Imperatoribus nostris Romano-Germanis admodum coruscantem in hæc usque tempora vidimus. vin' exempla? En Fridericum I. Barbarossam cognomento. Hic Petro Daniæ Duci regia stemmata dedit, ac regali potestate beavit. *Trithemius cap.* 17. Præfecturam Bohe-
miæ

miæ regiâ appellatione subornavit: eâ lege tamen, ut nihil de majestate ac jure Imperii Germanici detraheretur. *Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 9. num. 144. Peucer. lib. 4. Chron. Carion. in vita Friderici.* Marchionatum Austriæ Ducatus dignitate donavit. Quod incidit in annum M. C. L X I. *Cuspinianus in Austria, in vita Henrici II. ejus nominis primi Ducis Austriaci.* En Ottonem III. Hic Boleslaum Ducem Poloniæ, Regem salutavit & declaravit. *Alexand. Guagnin. tom. 1. rer. Polon. in vita Boleslai. Peucer. lib. 4. in vita Ottonis.* Eodem tempore Ungaria Regni titulum usurpavit, quem post Ottonem confirmavit Henricus II. cognomento Sanctus. *idem ibid.* Quin & Sigismundus Imperator Adolphum secundum Cliviæ, & Amadæum Sabaudiæ Comites, collocavit in sublimiorem Ducum Imperii sedem. *Peucer. lib. 5. Chron. Carion. in vit. Sigismundi. Bodin. d. c. 9. num.* 127. A Maximiliano I. Anno 1497. in Comitiis Wormatiensibus Comes Eberhardus Barbatus Wurtenbergensis, creatus est primus Dux, ac Henricus Prueschenck Baro, Comes factus est de Hardeck. *Cuspin. in vita Maximil. Matth. Dresser. part. 4. Isagog. histor. de Ducibus Wurtenberg.* Anno 1595. Rodolphus II. Imp. bellatorem heroicum Sigismundum Bathoreum propter heroicam virtutem, quâ multoties admirabili cum successu contra Turcicum exercitum pugnavit, Principem Romani Imperii, ex proprio majestatis jure creavit.

Ut autem jus creandi Magistratus penes Imperatorem est; sis etiam penes ipsum facultas est degradandi † & removendi à dignitate. *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. num.* 8. Nam ad quem pertinet constitutio & collatio, ad eundem etiam privatio: seu, ut *in Novell. 15. c. 1. §. 1. in fin.* dicitur: inde fit curæ privatio, unde etjam datur. Quod tamen cum consilio † statuum (maximè Septemvirorum) fieri consultius est. *Matth. Steph. lib. 2. de jurisdict. part. 1. memb. 1. num. 85. Besold. class. 1. disp. Polit. 7. th. 7.* quippe quòd ea res sit ardua, & magni præjudicii. At verò magna † negotia magnis adjutoribus egent. *Vellej. lib. 3. Ventur. de Valent. in Parthen. litigios. lib. 1. c. 2. num. 35.* 132. 133. 134.

Quod de Imperatore diximus, idem locum habet in Regi-
135. bus † exteris. Quod enim Imperator in Imperio: id Rex in suo Regno, & reliqui superiorem non recognoscentes in suis territoriis possunt. *Dec. consil.* 271. *num.* 4. *Curt. Jun. consil.* 1. *num.* 29.
136. Qui tamen Duces, † Marchiones, &c. ab illis creati, in suis Regnis duntaxat pro talibus habentur, non extra illud. *Matth. Stephani d. l.* 2. *c.* 1. *num.* 18.

Quartum. Quartum caput est *extrema † provocatio seu appellatio.*
137. Stultum est, ait Ulpian. illud admonere, à principe appellare fas non esse, cùm ipse sit, qui provocatur. *l.* 1. §. 1. *ff. à quib. appell. non lic.* Nam de substantia appellationis est, ut fiat ab inferiore ad superiorem. *d. l.* 1. §. 3. *Novell.* 23. *c.* 4 *Reink. lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccles. c.* 9. *nu.* 38. *& seqq.*

138. A Cęsare † tamé malè informato ad melius informandum, appellatio est permissa. *Tob. Paurmeist. lib.* 2. *de jurisdict. c.* 4. *num.* 159. *Matth. Stephan. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 1. *memb.* 2. *num.* 200. *& seqq. Dn.*
139. *Vult. lib.* 1. *Jurispr. Rom.* 33. *num.* 9. Sed & supplicare † licet. *Paurmeister. num.* 160. *Stephan. num.* 207. *Vult. d. num.* 9. *&* 7. *& est*
140. *tit. Cod. de precib. Imper. offer.* Sic in † Gallia neminem à Rege appellare posse, nec ab ejus curia, testatur *Petr. Gregor. Tholozan. in tract. de appellat. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 8. & in Francia ita servari, tradit
141. *Speculator lib.* 2. *p.* 3. *de appellat.* §. 3. *num.* 3. Solent † verò Principes provocationes ad se factas, remittere ad inferiores, ad quos
142. debuerant fieri *l. Imperatores.* 21. *ff. de appellat.* Interdum † tamen summus Princeps ab aliquibus, ut à viduis, pupillis, & aliis miserabilibus personis, omissis omnibus aliis judicibus, adiri potest. *l. unic. C. quando Imp. inter pupill. &c.*

143. Etsi autem appellari ab aliquo non posse, *per* † *se* summæ & absolutæ potestatis, sive jurisdictionis effectum sit proprium:
144. *per* † *accidens* tamen commune effectum jurisdictionis privilegiatæ, vel specialiter concessæ, efficitur. Estque accidens illud
145. *Privilegium*, † *sive specialis concessio* inter summum Magistratum, qui concedit, & eum, qui concessam accipit.

146. Quo jure utebantur præfecti † prætorio, à quibus appellandi facultas non erat. *l. unic.* §. 1. *ff. de offic. præfect. prætor. l. unic.*

unic. Cod. de sentent. præfect. prætor. l. 5. Cod. de precib. Imper. offer.

Idemque privilegium superioribus etiam seculis Electoribus † Imperii Carolus IV. Imper. concessit inter alia Aureæ suæ 147.
Bullæ capita constituens, ne ab ipsorum sententiis ad aliquod superius judicium iretur. *tit.* Von der Churfürsten Freyheiten. Quo
tamen privilegio Cameræ † judicio, posteà per Maximilianum 148.
Wormatiæ Anno 1495. constituto. *tit.* Wie Prælaten / Graffen / vnd Freyherren vnd andere / etc. Churfürsten / Fürsten vnd Fürstmessigen zu recht erfordern mögen: hodiè propter desuetudinem, seu contrarium usum consuetudine longi temporis introductum,
excepto † Electore Saxonico & Brandeburgico, non utuntur. 149.
quia enim ille in vestigia præfecti prætorio successit, antiquam muneris hujus prærogativam & jus conservavit, & præscriptione confirmavit, ne scilicet liceret à judicio & sententia ipsius subditis discedere. *Andreas Knichen. de Saxon. jur. non provocan. Thomas Michaël. de jurisdict. conclus. 26. Wesenbec. in paratit. à quib. appell.*
non lic. num. 2. Posteà Sigismundus † Imp. id beneficium Electo- 150.
ri Saxonico indulsit quoque, & plenius concessit Ferdinandus I.
Anno 1559. *Peucer. lib. 5. Chron. Carion.* Adde, quòd Electores † Sa- 151.
xoniæ sint defensores juris Saxonici, cujus in Camera Imperiali nulla habetur ratio: & sic non est fas subditis Electoralibus Saxonicis intentare provocationem ad aliena judicia. *Wesenbec. d. ict. num. 2.*

Etsi verò non liceat ab Elector. & Ducibus Saxoniæ ad superiorem appellare: tamen ad correctionem † vel declarationem 152.
sententiæ, etiam à supremo Consilio Electorali aulico latæ, superest remedium der Leuterung / quod passim in terris Saxonicis usurpatur: sed etiam der Oberleuterung: quod in inferioribus judiciis non admittitur: in supremo verò judicio Electorali Saxonico, quasi in locum supplicationis successisse videri potest. *Treutler. volum. 2. disp. ult. th. 4. ad lit. f.* Sic & *Peucer. d. l.* Ne cuiquam deesset copia juris, data opera ab Electoribus Saxon. ut forma judiciorum publicorum in his terris (Saxonicis) congrueret cum veteribus legibus, & à sententia horum concederetur provocatio

(quo

(quo verbo rogationes ad Principem, quas forensis disciplina civiles supplicationes appellat, contineri scribit *Bodin. lib. 1. de Repub. c. ult. num.* 161. ita quoties contra sententiam majorum Magistratuum provocare non licet, Principi tamen supplicare licet) cùm ad necessarias, atque iteratas etiam, si sit opus, recognitiones declarationesque negotiorum, tùm ad Principis ipsius iudicium ac definitionem, quæ tertia & ultima est, ultra quam ne leges Imperatorum quidem aliam permittunt. *Sic ille.*

153. Eodem privilegio fruuntur hodiè Archiduces † Austriæ, Duces Burgundiæ, & Lotharingiæ, teste *Mynsingero cent. 5. observ.* 58.

154. In curia verò Electorali Moguntina † prohibita est appellatio intra certam summam, ut scilicet appellare ab ea non liceat, nisi causæ valor ascendat ad summam 400. flor. ex privilegio collato Anno 1521.

155. In Trevirensis † Archiepiscopi & Electoris Consistorio appellatio interdicta in causis momentaneæ possessionis, & aliis, 500. flor. aureos non excedentibus, de Anno 1562.

156. Simile privilegium habet Elector Coloniensis, † de Anno 1570. *Petr. Frider. in fin. lib. 1. de proceß. extrahend. tit. de privileg. quorund. Imperij stat. & civitat.*

157. In curia Electorali Palatina, † **im undern und obern Fürstenthumb der Pfaltz am Rhein und Bayern**, summa interdictæ appellationis, ex privilegio primo Maximiliani I. Imp. de Anno 1518. & confirmatione Caroli V. de Anno 1520. est aureorum 100. de concessione nova Maximiliani II. Anno 1566. 600. aur. de novissima Rodolphi II. Anno 1578. aur. 1000. ut indicat tenor privilegiorum Cæsareorum, quæ sunt inserta, **der Churfürstlicher Pfaltz bey Rhein Landrecht.**

Quintum. Quintum majestatis caput ab extrema provocatione dependet, scilicet *potestas* † *veniam delictorum concedendi, relegatos restituendi, jura vel injuriâ capitis damnatos contra vim legum ac judiciorum liberandi. l. cùm salutatus. 1. l. cum indulgentia. 10. & tot. tit. C. de sent. paß. & restit. l. relegati. 4. in fin. l. 9. §. 11. in fin. l. 27. l. 71. ff. de pœn. Matth. Stephan. d. l num. 125. & seqq. Heig. part. 2.*

158.

quæst.

quæst. 22. per † istam autem restitutionem non tollitur infamia. 159.
l. ult. C. de general. abolit. l. generalis. 7. C. de sentent. pass. Schönborn. lib. 5. *Polit. cap.* 24. qui textus istos de summo Principe loquentes, etiam de Ducibus, Marchionibus & Comitibus accipit cum *Rolando à Valle consil.* 4. *num.* 4. *lib.* 3. *& Antonino Tessauro decis.* 21.

In tantum † autem venia & gratia facienda admissi sceleris, ad majestatem & superioritatem spectat: ut licet Carolus V. 160.
Imp. Senatui Mediolanensi potestatem ferè regiam, propter sui absentiam dedisset, attamen damnatorum restitutionem exceperit. *Bodin. num.* 164. ubi simul refert, cùm Franciscus Major Rex Franciæ matri potestatem fecisset damnatos restituendi: curiam judicasse, id jus ne Reginæ quidem concedi posse.

Hîc verò necessariò est distinguendum inter † constitutiones divinas & humanas. Quod si itaque lex divina certum pœnæ 161.
genus definiat, illudque disertis verbis delinquentibus indistinctè irrogare jubeat, nec arbitrio judicis relinquat, summo Principi non convenit de ea remittere. Immotæ siquidem veritatis axioma est: quod Princeps † ea, quæ sunt juris naturalis & divini non 162.
possit immutare. §. *sed naturalia. Instit. de jur. natur. gent. & civil. l. eas.* 8. *ff. de cap. minut.* Nam hic Princeps est minister & executor legum divinarum. Nec inferior potest tollere legem seu jus superioris, per vulgaria. Sic Deus † mandat, ut homicida morte 163.
moriatur. *Exod.* 21. *v.* 12. *&* 14. *Levit.* 24. *v.* 17. *Numer.* 35. *v.* 31. nec Magistratus ei parcat, vel misereatur. *Deut.* 19. *v.* 14. sed auferat malum de medio sui. *Deut.* 22. *v.* 21. *&* 24. Hinc ergo homicidii pœnam Principis indistinctè remittere non potest. Aliquando † tamen prægnantibus causis, & ratione circumstantiarum 164.
mitigare potest, de quibus in Scholis Jurisconsultorum disputatur.

Ad leges verò humanas † & politicas quod concernit, Princeps 165.
summus hoc sibi reservatum voluit, ut ipse *de jure, ex summa & absoluta potestate*, seu ut alii loquuntur, *ex plenitudine potestatis*, posset pœnas capitales remittere, & ita *de legibus suis* dispensare. Quò facit *l.* 3. *ff. de re judic.* Qui damnare potest, is absolvendi

quoque potestatem habet. Et textus est juris Canonici *in c. exposuit. 4. extr. de conceß. præbend.* Princeps secundùm plenitudinem potestatis suæ, de jure potest suprà jus dispensare.

Verùm, illud meritò hîc annotandum, *ex Dauth. ad l. 3. num. 5. C. de testament.* quòd potestate † legibus solutâ tum de-
166. mum debeat Imperator uti, cùm majestatis, justitiæ, æquitatis, aut publicæ utilitatis sive necessitatis ratio id requirit, extra quos casus, si eâ Princeps utatur, potiùs abuti videbitur. Sic & *Æneas Sylvius in tract. de ortu & auctoritat. Imp. Rom.* tradit, Principi non convenire supremâ potestate sine magna & urgente causa uti, imitandumque dicit Theopompum Aristotelicum, qui ut principatum suum efficeret diuturniorem, raró hanc potestatem exercebat. Et hoc est, quod alii censent, si legibus civilibus pœnæ scelerum definitæ sint, Principi licere salvâ honestatis & justitiæ lege eatenus eas remittere, quatenus salus ratioque Reipublicæ id fieri justa de causa suadet & patitur. *Philippus Hano-*
167. *nius disput. Polit. 3. th. 44. ubi sub lit. a.* tradit, eatenus † id fieri ex salute Reipublicæ, quatenus 1. scelera perpetrata merè humana sint, id est, in homines directò, non autem in ipsum Deum committuntur, nec fontem humani generis extinguunt. 2. Si ex justa & Reipublicæ necessaria causa remissio & mitigatio fiat, & quidem in iis duntaxat, qui benè de Republ. publicè meriti sunt, quorum operâ vel industriâ, domi vel foris, omninò Respubl. carere non poterit. Qua de re agit *Zepperus de legib. Mosaic. lib. 5. cap. 8. & Lamberdus Danaus lib. 6. Polit. cap. 3. fol. 410. & seqq. lib. 2. Ethic. Christian. c. 13. fol. 197.* Hinc non immeritò *Valasc. de*
168. *jure emphyt. q. 8. num. 34.* insanientes † potiùs, quàm Jurisprudentes vocat, qui Principem pro libitu contra jus dispensare posse, etiam extra utilitatem, & necessitatis causam, adulatoriâ voce produnt. Et *Dan. d. c. 3. fol. 412.* pœnæ relaxationem & gratiam absque justa causæ cognitione factam, merum istius juris princi-
169. palis abusum, non usum esse asseverat. Meminerint † ergo Principes, non facilè pœnam reo remittendam esse, ne laxior peccandi licentia inducatur. *l. si operis. 14. Cod. de pœn.* & intem-

pestiva

pestiva est illa misericordia, nocentem dimittere. *Schönborn. d. cap.* 24.

Sic Princeps, si absolutâ potestate uti velit, filium † naturalem in præjudicium agnatorum legitimare potest, quia de ejus potestate disputare, instar sacrilegii est, *vulgata*. 3. *C. de crimin. sacrileg.* & ita tenet *Jason. in l. Gallus.* §. *& quid si tantum. ff. de lib. & posthum. num.* 96. quam sententiam communem dicit *Castrens. in d. l. Gallus. num.* 20. *Alex. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. substit. Salicet. in authent. item si quis. num.* 2. *C. de naturalib. liber.* attamen non potest, neque debet de ordinariâ potestate hoc facere. *Andr. Geil.* 2. *observ.* 140. *num.* 20. quia intentio † Principis talis esse præsumitur, qualis est legis scriptæ, & rationis naturalis. *idem ibid. & observ.* 58. *num.* 4. *observ.* 76. *num.* 11. *per plurima alleg.* Hinc *num.* 21. tradit, Maximilianum Imperatorem ejus nominis Secundum, talia privilegia nunquam concedere voluisse. Confer *observ.* 142. *num.* 13. *& seqq.* ubi similiter ex Doctorum sententia docet, quomodo Princeps absolutam potestatem exercere debeat. 170. 171.

Sextum caput, est *jus* † *monetæ seu nummi percutiendi, imagine signandi, ejus valorem & potestatem constituendi. l.* 1. *&* 2. *C. de falsf. monet. Boss. in tract. de monet. num.* 1. *c. unic. & ibi Borcholt. n.* 55. *quæ sint Regal. Rosenth. de feud. c.* 5. *conclus.* 48. *n.* 1. *Bodin. d cap. ult. n.* 167. Quod majestatis æquè proprium est, ac legis ipsius potestas: cujus enim est leges jubere, ejusdem est nummorum pretium, pondus, figuram præscribere. Nam Græca vox νόμος, id est lex, nummo videtur originem dedisse: nihil enim post legem magis in Republica necessarium est, quàm nummorum pretium, pondus, imago. *Bodin. d. c. ult. num.* 167. 172. Sextum.

Ideoq; si quis † privatus & potestate cudendi monetam carens, cujuscunq; conditionis, aut status, monetam, licet justi valoris, nomine Principis cuderit, vel finxerit, crimine læsæ majestatis tenetur, & facultates ejus fisco addicuntur. *d. l.* 2. *Rosenth. n.* 2. Et Commodus Imp. Perenniũ familiarem suum pœnâ capitis affecit, quòd nũmos publicos suâ imagine signasset. *Herodia. in vit. Cõmod.* 173.

Jure † novissimo, qui monetam falsam cudit, exurendus est 174.

 igne,

igne. *Constit. criminal. Carolin. art.* 111. *Domboud. in prax. crimin. c.* 65. *num.* 1.

175. Monetali juri genuinum est *Mensuræ,† ponderum, & ulnarum jus. Besold. d. disp.* 3. *th.* 56. idque inter Regalia censeri, & publicum esse, *ex Knichen.* 4. *de territ. jur.* 232. *per l.* 9. *C. de susceptor.* adstruit. & exinde absolutè subditos formam & pondus, ex Archetypo superioris desumere obstringi.

176. Septimum caput Majestatis, est *jus nova † vectigalia* instituendi. *l. vectigalia.* 10. *ff. de publican. & vectigal l.* 2. *&* 3. *C. vectigalia nova instit. non poss. & ibi Cujac. in paratit. Bodin. d. c. ultim.*

Septimum

177. *num.* 169. Nullis † enim ex Principibus Cæsarem superiorum recognoscentibus, aliisque Ordinibus Imperii licet vectigalia nova propriâ auctoritate instituere. *Sixtin. lib.* 1. *de Regal. c.* 6. *num.* 15. 16. *&* 20. *Rosenthal. de feud. cap.* 5. *conclusion.* 44. *numer.* 1. *&* 2.

178. Ideoque qui nova † instituit sine consensu Imperatoris, tenetur L. Juliâ de ambitu. *l. unic.* §. *item is.* 3. *ff. ad L. Jul. de ambit.* quæ pœna legis Juliæ non est ipsâ lege Juliâ, sed Senatusconsulto per interpretationem expreßâ. Nam disertè Senatusconsulti fit mentio, & pœna centum aureorum cum infamia irrogatur. *Six-*

179. *tin. num.* 144. qui † exigit, seu exercet, L. Juliâ de vi publica. *l. ult. ff. ad L. Jul. de vi public.* quæ pœna est deportatio, vel bonorum

180. publicatio. §. *item lex Julia de vi. Instit. de public. judic.* Hodiè † verò legis Juliæ de vi publica pœnam arbitrariam esse, tradit *Dn. Vultej. in d.* §. *item. num.* 3. *& Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 394. *num.* 1.

181. Sed nec vetera † vectigalia augendi facultas cuiquam, absque scitu & permissu Cæsaris concessa est. *d. l.* 10. *de publican. P. Frider. Mindan. lib.* 2. *de proceß. de mandat. jud. l.* 2. *c.* 42. *num.* 5. *Waremund. ab Erenberg. de subsid. Reg. & oner. subdit. c.* 5. *num.* 29. *Mynsing. cent.* 5. *observ.* 29. & est Constitutio Imperii publica. Ita enim *in Receß. Ratisbon. sub Maximil. II. de Anno* 1576. §. **Weiters seind wir**/expreßè dicitur: **Den Zoll steigern gehört zu Keyserlicher besondern Hoheit und Reservaten.**

182. Quod de Imperatore diximus, illud sic temperandum † aliqui

qui rectè sentiunt, ut nova vectigalia is hodiè vix instituat, vel vetera augeat absque consensu Electorum, quem ex Capitulatione Cæsarea cum Electoribus facta *apud Sleidan. lib. 1. comm. fol. 27.* adeoque ex conventione accessisse scribunt novæ vectigalium institutioni, vel veterum auctioni. *Sixtin. num. 22. Rosenthal. d. c. 5. conclus. 44. ad num. 6 sub lit. g. Cluten. in Sylloge rer. quotid. th. 22. sub lit. a.* Et disertè sancitur *in d. §.* **Weiters seind wir auch glaubhafftig berichtet worden / daß etliche Stände ohne unsern Keyserlichen Consens / auch ohne Bewilligung unserer unnd des heiligen Reichs Churfürsten / sondern für sich selbst / mit eigener That hin und wieder im H. Reich Teutscher Nation / zu Wasser und Lande / theils newe Zölle zu ersteigern angefangen / etc.**

Quibus accedit *novissima Capitulatio Ferdinandi II. de Anno 1619. art. 17.* **Wir sollen und wollen auch insonderheit / dieweil die Deutsche Nation unnd das H. Römische Reich zu Wasser und Land / zum höchsten vorhin damit beschwert / nun hinfuhro keinen Zoll von newen auffrichten oder erhöhen / ohne besondern Rath / Willen und Zulassen der bemelten sechs Churfürsten.** Et hactenus præcipua summi Imperii jura delineavimus.

Denique, etsi majestatis hæc † jura, seu Regalia majora summæ potestatis propria sint, ita, ut si privatus quis Principe inferior in illa involaverit, capitali fraude obligetur, *argum. l. sacri affatus. 6. C. de divers. rescript. Bodin. d. c. ult. in fin.* quædam † tamen, quæ scilicet ad fiscum augendum pertinent, *Bort. apud Arumæ. volum. 1. discurs. jur. publ. fol.* 894. ut est facultas cudendæ monetæ &c. Jure etiam speciali: tam privilegio & concessione, quàm præscriptione & consuetudine acquiri possunt. *Borcholt. de Regal. num. 6. Mynsing. cent. 4. observ. 24. Camer. Imperial. & cent. 5. observ. 29. Vincentius de Franchis decis. Neapol. 56. num. 12. Nicol. Boërius decis. Burdegal. 50. num. 13. Guido Papæ decis. Delphinat.* 478. quo loco testatur, jus cudendi monetam in Regno Gal-

183. (margin, beside "Denique…") 184. (margin, beside "affatus…")

liæ aliis Principibus tam Ecclesiasticis quàm Secularibus tributum esse. Quod neque negare potuit *Bodinus* (qui tamen Monarchicum statum Galliæ suæ perfectè assignat) *num.* 168. asserens, omnibus illud majestatis jus à Francisco Rege, quòd pleriq; eo essent abusi, unâ & eâdem lege ereptum.

185. Dico *quædam*, ut excipiam ea, quæ Principi summo in† præeminentiam & signum superioritatis supremæ expreßè sunt reservata, ut *per Octavian. Cacheranum in decis. Pedemontan.* 29. *numer.* 5. *& decis.* 101. *num.* 1. *&* 12. *post Balbum, Felinum, Afflictum*
186. *& Jacobinum de Sancto Georgio à se allegatos.* Regalia † enim illa majora, quæ à quibusdam Dd. vocantur potentiora, *Mozz. tit. de natur. feud. orig. num.* 25. reservata κατ' ἐξοχὴν. *Schneidw. de feud. part.* 2. *num.* 108. merè regalia, *Zas. lib.* 2. *consil.* 16. *nu.* 46. personalissima. *Molin. ad consuetud. Paris. tit.* 1. §. 1. *num.* 53. personæ Principiis adhærentia. *Pruckman. ad rubric. quæ sint regal. cap.* 5. *num.* 98. ossibus Principis cohærentia. *Wesenbec. consil.* 61. *num.* 31. ipsi coronæ annexa. *Molin. d. loc. num.* 54. individua. *Cynus in l. si viva matre. C. de bon. matern.* Sacra sacrorum *Bald. in proœmio feudor.* sine diminutione majestatis subditis attribui nequeunt. *Paris de Puteo in tract. de Syndic. verb. de except. Kirchner. de Repub. disput.* 2. *th.* 4. *ad lit. a. Bodin. cap.* 9. *num.* 123. Et hoc est, quod Hispanorum JCti dicunt: *Majoria non transit ad subditos. Didac. Covarruv c.* 4. *quæst. pract.*

Et hactenus de Imperatore Romano, ejusque potestate, jurisdictiooe & reservatis.

CAPUT XXIV.

DE REGE ROMANORUM, ejusq; Potestate & Juribus.

1. PRoximum ab † Imperatore in Imperio Romano Rex Romanorum, perpetuus Imperii Vicarius. *Ampliß. Dn. Arumaus discurs.*

discurs. 3. ad Aur. Bull. conclus. 31. fol. 149. Talisque olim dicebatur Cæsar, & designatus erat heres successorve Imperii. vide quæ diximus supr. c. 21. nu. 10. & 11.

Electionem † vel Comitia Imperatoria (intellige non universalia, sed particularia Electorum, quibus Imper. vel Rex Roman. creatur, & quæ vocantur Wahltage) duplicia constituit *Onuphrius Panvinius in tractat. de Comitijs Imperatorijs, cap. 5. in fin.* eumque secutus *Tobias Paurmeisterus lib. 2. de juris dict. Imperij Romani, cap. 2. num.* 104. *& sequentibus.* libera & coacta. 2.

Libera † electio ab illis dicitur, cùm Impp. sine legitimo herede morientes, nullum Imperii successorem ante obitum designassent, uti fuerunt Comitia Henrici I. Saxonis, & Conradi I. Franci, Lotharii II. Saxonis, Conradi II. Suevi, Friderici I. Ænobarbi, seu Barbarossæ, Philippi Suevi, Othonis IV. Saxonis. Henrici Landgravii Thuringiæ, Wilhelmi Comitis Hollandiæ, Rodolphi I. Adolphi, Albertorum I. & II. Henricorum I. & V. Ludovici IV. Bavari, Caroli IV. Boëmi, Ruperti Bavari, Sigismundi, Friderici III. & Caroli Quinti Imperatorum, qui absque prædecessorum suorum voluntate, Imperatores liberrimè, ab iis, qui jus eligendi habebant, renunciati sunt. 3. **Electio libera.**

Electio verò non † adeò libera, sed quasi coacta vocatur, cùm Imperator se vivo, more veterum Principum Romanorum, Imperii successorem designare facit. Convocatis enim Imperii Romani Electoribus, quempiam, vel filium, vel fratrem, eligere, se præsente, procurat in Romanorum & Germaniæ Regem, qui gradus proximus est ad supremum Imperii fastigium: quæ suffragia, ex ipsorum mente, non adeò libera sunt, cùm multa, imò ferè omnia in gratiam Imperatoris fiant. Atque hâc ratione tres Othones priores, quatuor Henrici, II. III. IV. & VI. Fridericus II. Wenceslaus, Maximilianus I. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rodolphus II. viventibus prædecessoribus suis, Imperii successores creati fuerunt, & in Germaniæ Reges inuncti. 4. **Quasi coacta.**

Eligi-

5. Eligitur † ergo Rex Roman. non solùm vacante Imperio, sed etiam Imperatore vivente, scilicet vel ob ingravescentem Imperatoris ætatem, vel alias ob causas gravissimas. *Dn. Goldast. tom. 1. Constit. Imperial. latè Dn. Arumæ. volum. 1. discurs. Academ. 4. & in Aur. Bull. discurs. 2. conclus. 13. Matthias Stephani de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. c. 2. num. 73. Panvin. d. l. Heig. part. 1. quæst. 6. Matthias Stephani lib. 2. de jurisdict. p. 1. c. 1. num. 110. & seqq. Gregor. Schönbornerus lib. 5. Polit. c. 19.* quibus novissimè accedit *Reinkingk. lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. class. 3. c. 14. à num. 17. ad num. 39. Gerlacus Buxdorffius in Aur. Bull. conclus. 12. & Daniel Otto in jur. public. c. 14. fol. 541. edit. Anno* 1617. modò causa justa, & ipsius Imperatoris consensus interveniat. vide eleganter *Arumæ. l. d.*

Exempla sunt obvia, & modò à nobis prolata. Et *Buxdorff. d. conclus. 12. ad lit. b.* vel solo Wenceslai exemplo, post Bullam vivo Carolo IV. electi, satis colligi scribit, Caroli aliorumque hujus legislatorum mentem fuisse eam, quòd etiam vivo & consentiente Imperatore, non obstante hâc Bullâ, Regem Romanum eligi posse, quia scilicet filius ejus Wenceslaus ipso sollicitante & vivente in Regem Romanorum electus fuit. Idque comprobare subsequentem observantiam in Maximiliano I. Ferdinando I. Maximiliano II. & Rodolpho II. Quod ipsum etiam docet *Dn. Arumæ. d. conclus. 13. fol. 95. 96. & d. discurs. 4. fol. 46. & 47.* ubi argumentis contrariis satisfacit *per tot.*

6. Imò etiam, quandoque † invito Cæsare, Regis Rom. electionem subsistere, tradit *Dn. Daniel Otto dict. loc.* eamque sententiam confirmat Capitulatio Matthiæ I. de Anno 1611. *18. Junii, artic. 32.* **Wir / desgleichen unsere Kinder / Erben und Nachkommen / sollen und wollen die gemelte Churfürsten / ihre Nachkommen und Erben / zu jeglicher Zeit / bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königes / dieselbige so offt sie es einem Keyser zu Behülff / oder sonst dem heiligen Römischen Reich nothwendig und nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines**

Römi-

Römischen Keysers / mit / oder wann derselbige auff angelegte Bitt der Churfürsten / ohne gnugsame / erhebliche Vrsache / geweigert werden solte / ohne einiges regirendes Keysers Consens / fürzunemen.

Vides ergo, ut quocunque tempore id vel Imperatori, vel Reipublicæ expedire videatur, etiam superstite Imperatore, cum ejus assensu, vel si ex causis non sufficientibus recuset, integrum esse Electoribus, etiam invito Cæsare Regem Romanorum, & futurum Imperii successorem, vigore hujus Capitulationis creare ac designare.

Quocunque † verò tempore eligatur, vivo, vel mortuo Imperatore, electus de præsenti futurus est Imperator. *c. in nomine Domini. 1. distinct.* 23. ubi Nicolaus II. dicit: Filius noster Henricus, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo cōcedente, speratur. quin mortuo Imperatore, sine ulla electione Rex Rom. Imperator promovetur: ipsóque jure Imperii potestas ac titulus ad ipsum transit. *Paurmeist. lib. 2. c. 4. num. 4. & 5. & c. 5. num. 3. & 4. Matth. Stephani num. 49. Dn. Arumæ. d. discurs. 2. conclus. 21. fol.* 115. Quem etiam (Regem scil. Rom.) præferendum esse Regi Galliarum, respondit *Antonius Quetta consil. 1. apud Nobiliss. Dn. Goldastum in Polit. Imperial. discurs. 3. part.* 11. 7.

Vivo † tamen Imperatore, Rex Rom. ab eo differt, ut demonstrat *Dn. Arumæ. d. discurs. 2. conclus. 21. fol. 112. & 113.* Nam ante coronationem, inquit, Rex non utitur bullâ, sed tantùm sigillo. *Clement. Romani, in fin. de jurejurand. Lancellot. c. 1. §. 1. q. 3. lib. 1. in templo omn. judic. &c.* 8.

Et Rex electus in sigillis & insignibus aquilam saltem simplicem, Imperator coronatus duplicem sive bicipitem gerit. *è Marquardo Frehero in notis ad Petr. de Andlo c.* 5. Deinde Imperator Regi Romanorum duntaxat tribuit titulum, seiner Liebden/ *Receß. Spirens. de Anno* 1544. §. Vnd dieweil aber wir. Rex verò Romanorum Imperatori adscribit Majestatem. *d. Receß. Spirens.* §. Damit auch solcher Ordnung. *Receß. Wormat. de Anno* 1545. §. Wie denn auch seine Liebden/ *& passim in alijs Recessibus Ordinat.*

Camer. part. 1. *tit* 1. Rex Romanorum etiam Imperatorem Dominum suum appellat. *Receß. Augustan. de Anno* 1548. *in pr. vers.* So haben wir. (Ferdinandus Rex Rom.) *ibi*: Unsers lieben Bruders und Herrn *Receß. de Anno* 1555. §. Solches alles und iedes / wie obgeschrieben. *ibi*: Die Keyserliche Majestät unsern lieben Bruder und Herrn.

Videamus jam de electi Regis Romanorum jure & potestate.

9. Hæc † qualis sit, mirè inter Doctores controvertitur, dum alii eam delegatam, seu mandatam cum libera opinantur, inter quos sunt *Gilman. in Symphorem. Cameral.* & *Tob. Paurmeist. d. c.* 5. *num.* 8.

Alii verò ordinariam ei adscribunt jurisdictionem, hoc est, talem, quæ ipsi competat ex lege Imperii, auctoritate publicâ, seu electione & consensu Statuum, nomine proprio, non mandato & auctoritate Imperatoriâ. E quorum numero sunt *Thomas Michaël de jurisdict. conclus.* 29. *Matthias Stephani d. c.* 2. *num.* 51. 52. 53. & *seqq. Schönborn. d. c.* 19. quibus novissimè accedit *Reinkingk. d. c.* 14. *num.* 40. & *multis seqq.* ita, ut absente vel impedito Imperatore, omnia jura imperatoria exercere possit. *Aur. Bull. tit.* 2. *Ordin. Camer. part.* 1. *tit.* 1. §. Nemblich / *ibi*: **Oder im Fall / daß die Keyserliche Majestät nicht im Reich / oder in der nähe weren / wir als Römischer König jederzeit den Cammerrichter /** & *part.* 2. *tit.* 18. *in fin.* ubi dicitur: **Daß die Absolution von der Acht / anders nicht / dann mit jhrer Liebde und Keyserl. Majestät / oder dero abwesens / unserm als Röm. König Vorwissen und Willen / etc.** Et *de Anno* 1555. §. **Und sollen in oberzehlten /** *ibi*: **Die Keyserliche Majestät / oder in dero abwesen aus dem Reich und jhres Vorhaben / etc.**

10. Quare absente † Imp. Rex. Roman. non solùm auctoritate & nomine Cæsaris, sed etiam proprio, Comitia conscribit. *Receß. Spirens. de Anno* 1542. §. Und damit. *ibi*: Im Namen Römischer

scher Keyserl. Majest. vnd für vns selbsten. *Item Receß. August. de Anno 1548. in pr. vers.* So haben wir. (Ferdinandus Rex Rom.) in Krafft hochgedachter Römischer Keyserl. Majest. vnsers lieben Bruders vnd Herrn/ vns gegebener Vollmacht vnd Heimstellung / auch für vns selbst/ als Römisch. König. *Et de Anno 1555.* §. Vnd im Fall. *vers.* Als dann sollen/ *cum* §. *seq.* & §. Nach dem/ *versic.* Dieweil vns dann in Krafft von höchstgemelter Keys. Majest. habender Vollmacht / an ihrer Liebden vnd Keys. Maj. auch für vns selbst / als Römischer König/aus erheischung obligenden Ampts gebühret/ hierin Einsehung zu thun. vide etiam *Ordinat. Camer. part. 2, tit. 10. in princ. & tit. 11. in Receß. Noriberg. de Anno 1542. in pr.* sub pœna banni imperat. §. Vnd damit solches alles/ & quidem ex plenitudine potestatis. §. Würde sich aber jemand *ibi:* Aus Römischer Keyserlicher vnnd Königlicher Macht vnnd Vollkommenheit.

Quin Rex Romanus caput Imperii, vivo adhuc Imperatore, dici meretur. *d.* §. Vnd im Fall / *vers.* Als dann sollen die Churf. Deputirte Fürsten vnd Stände / ihr Räthlich Bedencken/ jederzeit an dieselbige ihre Liebden vnd Keys. Maj. oder vnsere Commissarien gelangen lassen / vnd darüber sich ihre Liebden/ vnd sie mit ihnen an statt Keys. Maj. oder vnser als der Häupter/ wie bräuchlich / vnd herkommen / vergleichen vnd vereinigen.

Quod tamen non copulativè, sed alternativè, ita ut Imperatore absente vel impedito, Rex Roman. caput Imperii sit, intelligendum esse docet *Dn. Reinkingk d. c. 14. num. 47.* ne aliàs monstrosum censeatur Imperii corpus propter duo capita. Quare idem Ferdinandus in aliquot Recessibus Imperialibus, Electores, Principes, & Status, suos Electores, Principes, & Ordines appellat.

pellat. *Receß. Augustan. de Anno* 1555. *in pr. verſ.* Nach dem/ ibi: **Durch ihr Liebde vnd Keyſ. Majeſt. vnſere vnd des heiligen Reichs Stände vnnd Glieder.** Et paulò poſt: **In ihrer Liebde Keyſ. Majeſt. vnſer vnd des H. Reichs Stadt Vlm. &c §. Demnach in ihrer Liebde vnd Keyſ. Majeſt. auch vnſer vnd des heiligen Reichs Stadt Augſpurg.** nec non §. So ſich dann. Stylo Cæſareo utitur idem Ferdinandus: Vnſern Neven vnd Churfürſten/ dem Ertzbiſchoffen zu Maintz.

Pragmaticas item Imperii ſanctiones & conſtitutiones Rex Romanorum promulgat. *d. Receß.* 1555. *in pr. ibi*: **Auch in anderer ihre Liebden vnd Keyſerl. Majeſt. vnſer vnd des H. Reichs Rechten/ Gerechtigkeiten/ Ordnungen/ Satzungen.** Supremi judicii Cameralis Ordinationem præſcribit. *Ordin. Camer. in proœm. & paſſim.*

Majora ac Regalia feuda, **der Fürſten Fahnen/ oder Scepterlehen** confert. *Aur. Bull. tit.* 2. aliaque regalia, jura & privilegia concedit. *Sixtin. de Regal. lib.* 1 *cap.* 4. *num.* 10. indicit etiam collectas. *d. Receß. Spirenſ. de Anno* 42. §. **Damit auch ſolcher Ordnung.** Adverſus ipſum committitur crimen læſæ Majeſtatis. *Gigas in tract. de crim. læſ. majeſt. lib.* 1. *quæſt.* 5. *Mynſing. decad.* 5. *reſponſ.* 44. *num.* 14. *Reſtaur. Caſtald. de Imp. Rom. quæſt.* 46. *num.* 3. *Schrader. de feud. p.* 9. *c.* 4. *nu.* 7. Unum cum Cæſare tribunal habere cenſetur, *c. non putamus, de conſuet. in* 6. nec appellatur ab uno ad alium. *c. cum Romana, de appellat. in* 6. *Reinkingk. num.* 54. *Matth. Steph. d. c.* 2. *num.* 55.

11. Breviter: omnia † regulariter Rex Romanorum facere poteſt, quæ Imperator, niſi expreſſè quid eſſet prohibitum. *ex Andrea de Iſern. in c. Imperial. n.* 13. *de probib. feud. alien. per Frider. idem Stepha. ibi.* (licet ob hoc & proximè antecedens reprehendatur *à Paurmeiſt. d. c.* 5. *n.* 11.) vel Imperator ipſe plerunque facere non ſit ſolitus. *Roſenthal. de feud. part.* 1. *c.* 9. *membr.* 1. *concluſ.* 30. *n.* 8. Non tamen poteſt exercere reſervata Imperatori absque ſpeciali mandato, vel jus directum Imperatoris lædere, ut oſtendit *Steph. d. num.*

num. 62. *ad* 71. Præsente verò Imperatore, eóque non impedito, omnis ejus potestas quasi sub cineribus sepulta delitescit. *Reinkingk. num.* 53.

Hic tamen notandum, Anno 1532. Swinfurti † Protestantes cum Cæsare convenisse: ut si quando Rex Rom. creetur vivo Imp. non suo, sed Imperatoris tantùm nomine Rempublicam administret, nec ullam sibi potestatem aut Imperium arroget. *Ant. Cöler. de jure Imper. German. sect.* 9. *Besold. de jurisdict. Imp. Rom. q.* 13. Principes atque Ordines Imperii non teneantur ei ullâ fide, aut jurejurando, nisi post mortem Cæsaris. *Sleidan. lib.* 8. Et est Capitulatio † Rodolphi II. Regis Romanorum designati, superstite parenre Maximiliano II. Imperatore in hunc modum: **Wir sollen vnd wollen vns auch keiner Regierung noch Administration im H. Römischen Reich/ weiter oder anders vnderziehen/ dann so viel vns dessen von Keys. Majestät vergönnet vnd zu gelassen würde/ daß wir auch jhrer Keyserlichen Majestät die Zeit jhres Lebens an jhrer Hochheit vnd Würden des Keyserthumbs kein Irrung oder Eintragt thun sollen vnd wollen.** 12. 13.



CAPUT XXV.

DE MEMBRIS ET STATIBUS Imperii Romani, eorumq; distributione in septem classes.

A capite Romani Imperii, puta Imperatore, Vicario Imperii perpetuo, Rege Romanorum, justo ordine progredimur ad membra, hoc est, proceres & Status.

pellat. *Receß. Augustan. de Anno 1555. in pr. vers.* Nach dem/ ibi: Durch jhr Liebde vnd Keys. Majest. vnsere vnd des heiligen Reichs Stände vnnd Glieder. Et paulò post: In jhrer Liebde Keys. Majest. vnser vnd des H. Reichs Stadt Vlm. & §. Demnach in jhrer Liebde vnd Keys. Majest. auch vnser vnd des heiligen Reichs Stadt Augspurg. nec non §. So sich dann. Stylo Cæsareo utitur idem Ferdinandus: Vnsern Neven vnd Churfürsten/ dem Ertzbischoffen zu Maintz.

Pragmaticas item Imperii sanctiones & constitutiones Rex Romanorum promulgat. *d. Receß. 1555. in pr: ibi*: Auch in anderer jhre Liebden vnd Keyserl. Majest. vnser vnd des H. Reichs Rechten/ Gerechtigkeiten/ Ordnungen/ Satzungen. Supremi judicii Cameralis Ordinationem præscribit. *Ordin. Camer. in proœm. & passim.*

Majora ac Regalia feuda, der Fürsten Fahnen/ oder Scepterlehen confert. *Aur. Bull. tit. 2.* aliaque regalia, jura & privilegia concedit. *Sixtin. de Regal. lib. 1 cap. 4. num. 10.* indicit etiam collectas. *d. Receß. spirens. de Anno 42.* §. Damit auch solcher Ordnung. Adversus ipsum committitur crimen læsæ Majestatis. *Gigas in tract. de crim. læs. majest. lib. 1. quæst. 5. Mynsing. decad. 5. respons. 44. num. 14. Restaur. Castald. de Imp. Rom. quæst. 46. num. 3. Schrader. de feud. p. 9. c. 4. nu. 7.* Unum cum Cæsare tribunal habere censetur, *c. non putamus, de consuet. in 6.* nec appellatur ab uno ad alium. *c. cum Romana, de appellat. in 6. Reinkingk. num. 54. Matth. Steph. d. c. 2. num. 55.*

11. Breviter: omnia † regulariter Rex Romanorum facere potest, quæ Imperator, nisi expreßè quid esset prohibitum. *ex Andrea de Isern. in c. Imperial. n. 13. de prohib. feud. alien. per Frider. idem Stepha. ibi.* (licet ob hoc & proximè antecedens reprehendatur à *Paurmeist. d. c. 5. n. 11.*) vel Imperator ipse plerunque facere non sit solitus. *Rosenthal. de feud. part. 1. c. 9. membr. 1. conclus. 30. n. 8.* Non tamen potest exercere reservata Imperatori absque speciali mandato, vel jus directum Imperatoris lædere, ut ostendit *Steph. d.*

num.

num. 62. ad 71. Præsente verò Imperatore, eóque non impedito, omnis ejus poteſtas quaſi ſub cineribus ſepulta deliteſcit. *Reinkingk. num. 53.*

Hic tamen notandum, Anno 1532. Swinfurti † Proteſtantes cum Cæſare conveniſſe: ut ſi quando Rex Rom. creetur vivo Imp. non ſuo, ſed Imperatoris tantùm nomine Rempublicam adminiſtret, nec ullam ſibi poteſtatem aut Imperium arroget. *Ant. Cöler. de jure Imper. German. ſect. 9. Beſold. de jurisdict. Imp. Rom. q. 13.* Principes atque Ordines Imperii non teneantur ei ullâ fide, aut jurejurando, niſi poſt mortem Cæſaris. *Sleidan. lib. 8.* Et eſt Capitulatio † Rodolphi II. Regis Romanorum deſignati, ſuperſtite parenre Maximiliano II. Imperatore in hunc modum: 12. 13.

Wir ſollen vnd wollen vns auch keiner Regierung noch Adminiſtration im H. Römiſchen Reich/ weiter oder anders vnderziehen/ dann ſo viel vns deſſen von Keyſ. Majeſtät vergönnet vnd zu gelaſſen würde/ daß wir auch jhrer Keyſerlichen Majeſtät die Zeit jhres Lebens an jhrer Hochheit vnd Würden des Keyſerthumbs kein Irrung oder Eintragt thun ſollen vnd wollen.



Caput XXV.

De Membris et Statibus Imperii Romani, eorumq; distributione in ſeptem claſſes.

A capite Romani Imperii, puta Imperatore, Vicario Imperii perpetuo, Rege Romanorum, juſto ordine progredimur ad membra, hoc eſt, proceres & Status.

 Vocan-

1. Vocantur autem & sunt status † Imperii, qui solum Imperatorem recognoscunt immediatè, & Cæsaris communique Procerum consensu in album sive matricem Imperii recepti, eâ lege, ut Imperio, occurrente necessitate, certum censum in matricula expressum pensitent, vel subsidium militare præstent, *secundùm Andream Geilium lib. 1. observ. 21. num. 2. & Meland. in Comment. in Ord. Cam. p. 1. tit. 6.* ubi & ipse status Imperii definit, qui solum Imperatorem agnoscunt.

Status Imperii qui dicantur.

Ut ergo status Imperii Romano-Germanici quis esse &
2. pro tali reputari velit, quatuor † qualitates, seu inseparabilia potiùs adjuncta ut habeat, necesse ajunt, referente *Besoldo in tract. de jurisdict. Imp. Rom. q. 8.*

Primò, in conventibus Imperialibus stationem, sessionemque obtinere, & sententiæ jure gaudere debet.

Secundò, in albo seu matricula Imperii, in des Reichs Matricul/ ejus nomen extare debet. Nam sicut hæc militem aut cohortalem. *l. quicunq. C. de cohortal. l. 2. & 3. C. de commeat. l. 3. C. de Salgamo.* itemque civem & studiosum. *l. 1. & 2. C. de primicer. Rebuff. de privileg. Scholar. prileg. 147. num. 5. Mascard. de probat. conclus. 1297.* ita etiam matricula Imperii statum arguit. *Frider. Mindan. lib. 2. de process. extrahend. c. 67. nu. 4. Dn. Zach. Vietor. de caus. exempt. conclus. 5.*

Tertiò, obveniente necessitate, certi quid pensitare, subsidiumve militare subministrare tenetur. Et hîc etiam necesse est, ut illud subsidium, non nisi immediatè Imperatori præstetur.

Quartò, ut in suis territoriis, merum mixtumque Imperium, & omnimodam jurisdictionem ut habeat, est necesse: vigore cujus ipsum Imperatorem in suis territoriis repræsentet. *Wehner. in observ. practicis, de verbor. signific. in verbo,* Ständ des Reichs/ etc.

3. Propriè † tamen, inquit *Tob. Paurmeister. lib. 1. de jurisdict. cap. 8. num. 3.* Imperii status dicuntur, qui cum Imperatore als ein Christlich corpus/ vnd Versamlung / ut loquitur Imperator Fridericus *Decreto Comitiorum Colon. de Anno 1512.* vel eo defuncto, soli

soli statuendi de Republica, vel jus sessuræ ac dicendæ sententiæ habent in Comitiis vel Conventibus Imperii. Vulgò Stände des Reichs. *Decreto Augustano de Anno* 1555. §. Dieweil aber/ *& num.* 4. veram formam, per quam status sit definiendus, non in feudi ligii possessione, directâ collectorum Imperii solutione, immediatâ subjectione, vel aliis adjunctis separabilibus, essentiam rei non constituentibus, sed in sola sessuræ & dictionis sententiæ communicatione actuali consistere ait: cùm & Nobiles de feudis ligiis Investiti, ac præter Imperium alios superiores non recognoscentes ullum suffragii jus in Senatu Imperii obtineant.

Nec hic alienus est *Besoldus d. l.* qui Status accipit pro Ordinibus † & Senatoribus, qui proprio jure, unà cum Principe statuere possunt. Et ex aliorum quoque sententia satis probatum censeri refert, aliquem esse Imperii statum: si constet ipsi ad consilium Principum sive civitatum, liberum aditum patere: Daß er auff den Reichstägen zum Fürsten oder Stäbtrath einen Zutritt habe: ejusque nomen inseri catalogo inscriptionum, ad finem Imperii Recessuum. *ex Meichsnero Weben. in observ. pract. de verbor. signif. in verb.* Rath. 4.

Sunt tamen, qui patrocinium Geilii suscipiunt, asserentes: Nobiles † Imperio immediatè subjectos, conjunctim posse dici Status Imperii. idque asseritur *in decis. Camer. in verb. Nobilitas*, & traditur *à Rutgero Rulando in tract. de commiss. l. 5. c. 4. num.* 91. cùm nimirum feuda † regalia ab Imperio recognoscant. *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num.* 92. *Wesenbec. consil.* 60. *num.* 3. Constitutionibus Imperii de immediatè Imperio subjectis loquentibus comprehendantur, scilicet de Arrestis, de pignorationibus, item superlitigosa possessione. *Matth. Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 4. num.* 33. beneficio etiam constitutionis de pace religionis gaudeant. *Receß Imp. Anno* 1555. §. Und in solchem Frieden/ etjamsi sub territoriis Archiepiscopi Moguntini, Episcopi Wirtzburgensis & aliis, ad tres classes, Franconicam, Suevicam & Rhenensem pertinentibus, domicilia & alia bona sita habeant. *Sixtin. num.* 96. jus & privilegium Austregarum habeant, *ex Ordinat. Cameræ part. 2. tit. 3. 4. & 5.* in eoque jure civitates Imperiales, tanquam 5. 6.

quam eo carentes, ex eadem ordinatione superent. *Sixtin. d. l.* quòd non minus, quam Imperii status immediatè Imperio contribuant,& olim Comitiis interfuerint. *Dn. Goldastus tom. 1. Con-*
7. *stit. Imper. fol.* 143. tantaque † eorum ab Imperatore habita sit ratio,ut Anno 1592. Cameræ Imperiali mandarit, ut eos in sua libertate,ejusque possessione vel quasi manuteneret adversus potentiores, & non facilè exceptiones subjectionis ab iis objectas attenderet, nec sub prætextu superioritatis contra libertatem eorum pronunciaret,ut *ex decis. seu præjudic. Cameræ. verb. Nobilitas,* §. Der Fränckischen. refert idem *Sixtin. d. num. 96.* Et amplius *Matth. Stephan. lib. 2. part. 2. c. 1. num. 60. & seqq.* docet, in Impe-
8. rio Romano status reperiri, qui juxta stylum † & observantiam Imperii atque Cameræ, indubitanter status sunt, sed tamen ad conventus Imperii non vocari,nec ibi sessionem atque votum habere,quod probat exemplis quarundam civitatum Imperialium. Quin *P. Denaisius in jure Camerali tit. 287. verb. sessio. num. 3.* scribit,etiam in collegium Imperii cooptatos, licet nullam adhuc in Comitiis sessionem consecuti sint,status dici: idque probat *ex Decreto Comit. Ratisbon. de Anno* 70. §. Nach dem / & exinde omnem statum Imperii rectè dividi asserit in privilegiatum, & non privi-
9. legiatum. Licet igitur Nobiles immediati propriè † non sint status, tamen ἐν πλάτει tales sunt & dici possunt, quod etiam fatetur & concedit *Paurmeist. d. l.*

10. Classes, † quibus Status & Ordines distinguuntur constituuntur septem: 1. Electorum. 2. Archiepiscoporum. 3. Episcoporum. 4. Principum Politicorum. 5. Prælatorum, Abbatum & Præpositorum. 6. Comitum & Baronum. 7. Civitatum liberarum Imperialium.

11. Prima † classis Imperii fuit Electorum, quorum alii sunt Ecclesiastici, alii Seculares.

12. Ecclesiastici † tres sunt.

Archiepiscopus Moguntinus, Imperii Romani Archicancellarius per Germaniam.

Archiepiscopus Trevirensis,Imperii Romani Archicancellarius per Galliam,& Regnum Arelatense.

Archi-

Archiepiscopus Coloniensis, Imperii Romani Archicancellarius per Italiam.

Seculares † sunt quatuor: 13.

Rex Bohemiæ, sacri Imperii Archipincerna.

Comes Palatinus Rheni, sacri Romani Imperii Archidapifer.

Dux Saxoniæ, sacri Romani Imperii Archimarschallus.

Marchio Brandeburgensis, S. Romani Imperii Archicamerarius.

Secunda † Classis est Archiepiscoporum, quorum præter 14.
tres Electores Ecclesiasticos, hi numerantur: Magdeburgensis, in Archiepi-
Saxonia, ex antiquo Germaniæ instituto & prærogativa, per Ger- scopi.
maniam primas. Saltzburgensis, aliàs Juvaniensis, in Bavaria, qui perpetuâ quâdam Pontificis Legatione fungitur, & Legatus natus sedis Apostolicæ appellatur. Bremensis, in Saxonia. Rigensis in Livonia. *Munster. lib. 3. Cosmograph. in descriptione Germaniæ, c.25. Onuphrius Panvinius de Comitijs Imperatorijs, c. 6. & 13.* ubi addit Bisuntium in Burgundia.

Tertia † Classis comprehendit Episcopos. Licet autem 15.
olim 66. Episcopi Imperium Germanicum agnoverint, ut scribit Episcopi.
Casparus Bruschius de Episcop. Germ. & recensentur in Atlante Minore Mercatoris, hodiè tamen pauciores locum & votum in comitiis habent.

Ordo † eorum talis est *apud Paurmeisterum lib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. c. 1. num. 17.* Papæbergensis, Herbipolensis, Wormatiensis, Spirensis, Argentinensis, Eichstadensis, Augustanus, Constantiensis, Hildesiensis, Padebornensis, Verdensis, Halberstadensis, Monasteriensis, Osnaburgensis, Passaviensis, Freisingensis, Basiliensis, Ratisbonensis, Mindensis, Lubecensis, Verdunensis, Cameracensis, Metensis, Tulliensis, (tres tamen Episcopatus: Verdunensem, Metensem & Tulliensem, Gallus occupavit, ut *ex Sleidan. lib. 24.* constat.) Leodinensis, Tridentinus, Brixiensis. 16.

Principibus hisce Ecclesiasticis ex veteri Prælatorum † or- 17.
dine adscripti sunt: Magister Ordinis Teutonici; & Magister

Ordinis Joannitarum. *Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. c. 2. num.* 125. *& c. 10. num. 7. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num.* 131. *& num.* 132. 133. scribit, quòd ille multo pinguiores fortunas & reditus habeat, quàm alii multi Principes Imperii: hic duplo potentior sit, & duplo plus in collectis Imperii contribuat, ut ex matricula Imperii apparet.

18. Adscripti etiam sunt Abbates † Principali dignitate decorati; Gefürstete Abte. *Rutger. Ruland. de commiss. Dn. Besold. de jurisdict. Imp. Rom. q.* 14. *& in Ordinatione Cameræ part.* 2. *tit.* 3. *& 4. in rubrica & textu, & tit.* 5 §. *in fin.* aliisque locis ejus ordinationis, verbo Fürstmessige comprehenduntur. *idem Sixtin. num.* 134. à quo, ut & *Paurmeistero in dict. loc & num.* 9. *ejusd. cap.* 10. in ejusmodi Abbatum censu collocantur: Abbas Fuldensis, Hirsfeldensis, Murbacensis, Prumensis, Campidonensis, Stabulensis, Corveiensis: item duo Præpositi: Elbangensis & Berchtelsgadensis. De Abbate Fuldensi refert etiam *Sixtin. num.* 139. quòd primum locum inter Abbates teneat, & potentior cæteris sit, & Archicancellarius Imperatricis sit, eoque elogio insigniatur, quòd sit primas per Germaniam & Galliam, ac multis etiam Imperii Episcopis, cujusmodi sunt Constantiensis, Ratisbonensis, Mindensis, Lubecensis & nonnulli alii, existat potentior, cùm duplo, & ex parte etiam triplo plus in collectis Imperii contribuat, quàm hi, ut ex matricula Imperii constat. olim Abbas Fuldensis sexaginta millia bellatorum Imperatori præbebat in hostem. *Dn. Lansius in consultat. de Principatu inter Provincias Europæ, in oratio. pro Germania.*

19. Abbates hosce † opulentiores Ottonis III. tempore Ordinibus & Principibus Imperii adscriptos esse, nonnulli tradunt, alii Caroli IV. à quibus diversum sentit *Kirchner. de Repub. disp.* 4. *append.* 4. ex eo, quod Abbas Hirsfeldensis ante Ottonem III. unà cum aliis Principibus jure electionis fuerit usus. *vide eund.*

20. Quarta † Classis continet Principes Politicos, quorum octodecim familiæ numerantur, seriem † talem ponit *Paurmeist. d. l. Matthias Stephani de jurisdict. l. 2. part. 1. c. 4. num.* 97. & post eos *Greg. Schönb. lib. 5. Polit. c. 6.*

Principes Politici.

I. Archi-

I. Archiducum Auſtriæ, quorum duæ ſunt lineæ: prima Ferdinandi, quæ propriè Auſtriaca: altera à Carolo V. deducta, Burgundica dicitur. II. Ducum Bavariæ, qui itidem in duas lineas ſunt diſtincti, quarum una communi nomine Bavarica, altera Palatina appellatur. III. Ducum Saxoniæ, Landgraviorum Thuringiæ, & Marchionum Miſniæ. IV. Marchionum Brandenburgenſium. V. Ducum Brunſvicenſium & Luneburgenſium. VI. Ducum Juliacenſium: quorum familia non ita pridem extincta eſt. VII. Ducum Pomeraniæ. VIII. Ducum Megapolitanorum. IX. Ducum Wurtebergenſium. X. Landgraviorum Haſſiæ. XI. Marchionum Badenſium. XII. Ducum Saxoniæ inferioris, ſive Lavenburgenſium. XIII. Ducum Holſatiæ. XIV. Landgraviorum Leuchtenbergenſium. XV. Ducum Sabaudiæ. XVI. Principum Anhaltinorum. XVII. Ducum Lotharingiæ. XVIII. Comitum Arnbergiorum, à Maximiliano II. inter Imperii Principes ſuſceptorum. His annumero Illuſtriſſimum Dominum Erneſtum, Principem & Comitem Holſatiæ & Schaumburgi: Item Radzivilios, Lithuaniæ Principes, qui etiam in numerum Principum Romani Imperii cooptati ſunt, referente *Schonborn d. c. 6.* ubi Duces Burgundiæ & Lotharingiæ rectè adſcripſiſſe ſibi videtur *Bertram. de comit. concluſ.* 38. Nam utrumque, ait, ſtatum membrumque Imperii eſſe, ex bina transactione, quarum altera Anno 1542. altera Anno 1548. cùm Cæſare & ſtatibus inita eſt, evidenter liqueſcit. Utriusque tenorem ibidem ſubnectit. Idem etiam aſſerit *Dn. Cluten. in Sylloge rer. quotid. th. 10. ad lit. e. & g.* ſcribens, Hiſpanum Ducatum Burgundiæ ab Imperio fiduciario jure recognoſcere, cujus intuitu ſub tutela & membris ſacri Imperii ſit comprehenſus, in Comitiis Imperialibus ſeſſionem atque votum habeat, & non ut Rex ſupremum locum occupet, ſed ut Dux Burgundiæ, ſuo ordine ſedeat inter Principes Imperii, juxta receptam antiquitùs poſſeſſionis conſuetudinem: oneribus etiam contributionum ſit obnoxius, adeò ut & in Camera per Fiſcalem contra eum procedi poſſit. *Geil. de arreſt. Imp. c. 6. num. 15. Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de proceſſ. c. 38. num. 5.* quamvis aliàs à Camera ſit exemptus, *ex transactione Impe-*

rij Augustæ Vindelicorum, *de Anno* 1548. 26. *Maii*. non tamen à jurisdictione ipsius Imperii. *Geil. 1. de pac. public. c. 11. num.* 6. sic & Lotharingiæ Dux ex privilegio Imperatoris à Camerali judicio est liberatus, onerum tamen Imperii particeps: Comitiis quoque, aliisque consiliis Imperialibus, non minus atque alii Principes, interest, ut apparet ex *subscriptionibus Recessuum Imperialium*.

21. Quintam † classem constituunt Prælati, Abbates scilicet Principali auctoritate exuti, Præpositi & Abbatissæ.

22. Abbates. Abbates † hi numerantur: Reichenaw/Weissenburg/Salmansweiler/Weingarten/Ochsenhausen/Walckenried/Roggenburg/Vrsperg/Minderaw/genant Weissenaw/Schussenried/Marckthal/Petershausen bey Costentz/Elchingen/Kempten/Gengenbach/Odenheim/Keysersheim/Münichsrot/Hirsaw/Schuttern/Diessen/Salveldt/Werden/S. Heymeran zu Regenspurg/S. Maximin/S. Michael zu Lünenburg/S. Cornelii Münster auff der Zinden Cölnischen Bisthumbs/Münster in S. Gregorienthal/Corbey/Creutzlingen/Costernach/Irsee/Königsbrun/Roth/Stabel/Waldsachsen.

23. Præpositi. Præpositi † sunt: Oberstein/Berchtelsgaden/S. Maurizien in Augspurg/S. Germans zu Speyer/Seltz/Kroneberg/Kamberg/Wimpffen/Waldtkirch/Isenhagen/Elwangen/Ettingen/Wettenhausen/Weissenburg am vnter Elsaß.

24. Abbatissæ. Abbatissæ † hæ referuntur: Quedlinburg/Gerenrode/Bucha/Andlaw/Essen/Herwort/Lindaw/Gandersheim/Obermünster in Regenspurg/Niedermünster in Regenspurg/Herwerden/Kauffingen/Rottenmünster/Heegbach/Guttenzell/Baindt.

25. Etsi autem Abbatissæ in administratione † rerum secularium, & in conferendis etiam feudis Abbatibus æquiparati soleant, *c. 1. in princ. ubi Bald. & Alvarot. qui feud. dar. poss c. 1. Episcop. Abbat. vel Abbatiss. c. Nova quædam. de pœnit. & remiss. Sixti. d. c. 4. num. 14. Rosenthal. de feud. c. 4. conclus. 18 num. 1.* & quædam, † inprimis Abbatissa Quedlinburgensis, Gernrodensis, Buchoviensis, Andloviensis, Principum honorem ac titulum gerant, ut ex

ut ex catalogo posterioribus Imperii Recessibus adjuncto constat, & usus testatur, nihilominus in eo catalogo Principibus † non adscribuntur, sed ab iis separantur, & inter Prælatos post Principes ponuntur, ut ex omnium Imperii Recessuum annexis catalogis statuum, in quibus earum Abbatissarum mentio fit, satis apparet. *idem Sixtin. num.* 141. atque ita quoad locum in consessu, & dictionem sententiæ pari cum reliquis jure censentur. *Paurmeist d. l. & c.* 10. *num.* 14. 15. 27.

Prælatis annumerantur † Commendatarius provincialis Confluentinus: item Alsatiæ & Burgundiæ, vulgò Landcommender der Baley Coblentz/Elsaß vnd Burgund. *Paurmeist. d. nu.* 17. *& c.* 10. *num.* 7. 28.

Ad sextam † classem pertinent Comites & Barones. 29.

Comites † hos exhibent subscriptiones Decretorum Imperialium: Hohenzollern/des Reichs Erbcämmerer/Fürstenberg/Werdenberg/Oettingen/Sultz/Brauneck/Mondfort/Hohenembs vnd Gallern/Lupffen/Castel/Salm/Ziermbern/Kirchberg/Spanheim/Tübingen/Leiningen/Barby/Manderscheid vnnd Blanckenheym/Wild vnd Rheingraffen/Falckenstein/Eberstein/Helffenstein/Lewenstein vnd Wertheim/Erbach/Nassaw/Hanaw/Eissenburg/Orttenburg/Solms/Witgenstein/Sayn/Wied/Waldeck/Bentheim/Schaumburg/Lippe/Ritberg/Oldenburg vnd Delmenhorst/Ostfrießland/Castel/Hohenlohe/Schwartzburg der vier Graffen des Reichs/Stolberg/Mansfeld/Gleichen. 30. Comites.

Barones † in subscriptionibus reperiuntur sequentes: Walpurg Erbtruchsessen/Pappenheim Erbmarschalck/Limburg Erbschencken/Schönberg/Winneberg/Merßburg vnd Befort/Manderscheid/Kriechingen/Pirmondt vnd Wolffenstein/Paumgarten/Graveneck vnd Burgberg/Fleckenstein/Seinsheim/Mechselrein/Hohenschwangaw/Hohengeroltzeck/Reupoltzkirch/Fronhoven/Hohenlandesberg/Tengen/Graffeneck/Fugger/Justingen/Herrn Reussen/Herrn Schencken von Dautenberg/Herrn von Degenberg. 31. Barones.

Civitates † Imperiales distinguuntur secundùm sessionem, 32.

Civitates Imperiales quam habent in Comitiis, eamque vel in Suevico vel in Rhenano latere.

33. In latere † Suevico numerantur: Regenspurg / Nürnberg / Augspurg / Ulm / Rotenburg an der Tauber / Schweinfurt / Weißburg am Northaw / Lindaw / Costentz / Donawerd / Winsheim / Schwäbischen Hall / Eßlingen / Reutlingen / Nördlingen / Memmingen / Schwäbischen Gemündt / Aelen / Elbangen / Dünckelspüel / Kempten / Giengen / Uberlingen / Leuthkirch / Yßny / Wangen / Well / Gengenbach / Zell am Hamerspach / Buchaw am Federsee / Rottweil / Buchorn / Pfüllendorff / Bopffingen / Kauffbäuren / Ravenspurg / Wimpffen / Heilbron.

34. In Rhenano latere † sunt: Keysersberg / Münster in S. Gregorienthal / Türckheim Mülhausen in Elsaß / Colmar / Schletstadt / Oberehenheim / Roßheim / Offenburg / Straßburg / Hagenaw / Kronweissenburg / Landaw / Speyer / Worms / Gelnhausen / Franckfurt am Meyn / Friedberg / Wetzlar / Cöln / Ach / Dortmünd / Mülhausen / Northausen in Düringen / Goßlar / Bremen / Hamburg / Lübeck / Cammerich.

CAPUT XXVI.

DE COMITIIS, SEU CONVENtibus Imperii universalibus, & divisione Statuum in tres classes.

Distribuimus in cap. priori status Imperii Romani in septem classes: videamus nunc, qualiter in Comitiis dispescantur, & quæ horum sit ratio.

1. In Comitiis ergo tres † duntaxat se offerunt classes: quarum prima est Electorum; altera Principum Ecclesiasticorum & Secu-

larium: tum etiam Prælatorum, Comitum & Baronum: tertia, civitatum liberarum Imperialium. *Tob. Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. c. 2. num. 16 & 17.*

Comitia † à coëundo dicta sunt, vel, ut veteribus placuit, 1.
à comeundo, quòd populus his coire, & in unum locum conveni- Comitia unde dicta
re soleat. Sic calata † comitia in Republica Romana libera dice- 3.
bantur à convocando. Καλῶ enim est voco. Convocabatur siquidem populus per lictorem vel cornicinem ad peraganda comitia, in campo Martio. *Nicol. Chruchius lib. 1. de comit. Roman. cap. 5. Antonius Augustinus in lib. de legib. cap. 7. & 8. Gell. lib. 15. cap. 27.*

Triplicia † illa fuêre: Curiata, Tributa, Centuriata. 4. Olim triplicia.

Curiata † in quibus populus per curias divisus, suffragium ferebat. 5.

Tributa, † in quibus per tribus. 6.

Centuriata, † in quibus per centurias. 7.

Atque ita olim generalem † populi conventum, comitia 8.
vocabant: particularem † verò congregationem, concilium. 9.
Gell. dict. l.

Ex usu † etiam nostrorum temporum comitia in duo summa genera dividi possunt: Generalia & Particularia. *Tobias Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. c. 2. num. 5.* 10. Duplicia hodiè.

Generalia, † quæ propriè & κατ' ἐξοχὴν ita vocantur, sunt 11.
Cæsaris & Statuum Imperii conventus, negotii publici causâ suscepti, ein Reichstag oder gemeine Reichsversamlunge. Tam in universalibus, quàm particularibus quinque † notantur membra. Generalia. 12. Comitiorum membra.

1. Convocatio Statuum.
2. Personæ convenientes.
3. Res, de quibus haberi soleant.
4. Quæ eorum habendorum forma.
5. Quis suffragiorum ferendorum modus.
6. Quis effectus.

Ad primum, convocationem scilicet Statuum, quod attinet, jus & potestas † indicendi comitia penes Imperatorem esse, 13.

præ-

Convocatio Statuũ. præcedente tamen consilio & consensu Electorum, qui singulatim ante indicta comitia, Cæsaris literis ob eam causam consuluntur. *Receß. Ratisbon. de Anno* 1576. *fol.* 659. Als haben wir mit Rath vnd Beliebung vnserer vnd des Reichs Churfürsten / nicht vmbgehen mögen / eine gemeine Reichsversamlung auszuschreiben. *Et Receß. Augustan. de Anno* 1582. *fol.* 693. Derohalben zu nothwendiger gebürlicher Abhelffung derselben gefährlichen vnd schweren Händel / haben wir auff gut achten vnd Rath vnserer vnd des H. Reichs Churfürsten / eine gemeine Reichsversamlung ein zu kommen benennen vnd ausschreiben lassen / *& alibi passim.* Ideoque in convocatione, seu literis Cæsaris, quibus ad comitia vocantur Ordines, vulgò im Ausschreiben eines Reichstages / inseri solet, Wann dann sampt vnser vnd des heiligen Reichs Churfürsten / nach reiffer statlicher Erwegung / vnvermeidlich vnd vnumbgänglich zu sein befunden / einen allgemeinen Reichstag anzustellen / darzu vns wolermeldte Churfürsten einhellig ihren Consens / dem Herkommen gemeß / vnter ihrer Liebden Handschrifft vnd Siegeln gegeben / die Bestimmung des Tages heimgesetzt / vnd als viel die Mahlstatt betrifft / ihnen vnser vnd des heiligen Reichs Stadt N. vmb erheblicher Vrsachen willen gefallen lassen. *Paurmeist. num.* 19.

14. Personæ convenientes. II. Personæ, † quarum interventu conventus Imperii generales celebrantur, sunt Cæsar, Status & Ordines, jus sessuræ & suffragiorum habentes.

15. Conveniunt verò vel † per se vel per suos legatos.

16. Ordines † in tres classes, quas vulgò *Senatus Imperij*, Reichsrähte appellant, distribuuntur. Prima est Electorũ: altera Principũ, Prælatorum, Comitum & Baronum, jure superioritatis gaudentium, seu res non aliis Principibus tantùm subjectas possidentium: Tertia civitatum Imperii liberarum, quæ in duo distinguuntur latera sive subsellia: Suevicum & Rhenanum, in die Schwäbische vnd Rheinische Banck.

17. Res & negotia. III. Quoad negotia, † res & deliberationes Comitiales, instituuntur illæ pro varia rerum emergentium copia, de gravissimis ad publicam Imperii salutem & tutelam pertinentibus caussis: de firmanda & constituenda pace ac tranquillitate publica,

cam

tam in civilibus, quàm Ecclesiasticis ac religionis negotiis: de legibus, ordinatione & cursu judicii Cameralis: de impositione collectarum: de moderatione indictarum pensitationum: de re monetaria: de percutiendis fœderibus: de reindegrandis Romani Imperii viribus, & avulsis membris recuperandis: de matriculæ Imperialis redintegratione &c. quæ ferè ordinaria deliberationis comitialis sunt capita. *idem Paurmeist. nu. 29. & 30.*

Hinc patet, injuriam † comitiis Germanicis facere, qui verbo Jovii scribunt, solam causam, & summam eorum esse pecuniam: quæ cùm Imperii, secundùm dictum Vespasiani *apud Xiphilin. in Vespas.* nervus, atque adeò omnium rerum agendarum necessarium instrumentum sit, *Thucyd. lib. 2.* Comitiorum profectò conventu & consilio dignissima. *Herman. Kirchner in Repub. disput. 9. auctar. 4.* ubi etiam refellit Zamoschium † Polonorum Cancellarium, qui Germanorum deliberationes comitiales risit, quòd religionis negotia potissimùm in iis fuerint tractata. At hæc, inquit *Kirchner.* etiam gentilium Romanorum prima & summa consultatio fuit, prima senatus cura. Optimè. Omne enim Imperii fundamentum, omne stabilimentum in religionis constitutione consistit. *Polyb. lib. 6. histor.* Eamque sententiam Carolus V. Imp. sæpiùs repetitam dedit in conventibus. 18. 19.

IV. Modum † & formam comitiorum habendorum ita complexus est *αὐτόπτης Paurmeist. d. c. 2. num. 31. & 50.* Accedentes ad locum comitiorum legati, à Principibus & reliquis Statibus missi, nomina sua profitentur apud Electorem Moguntinum, Imperii Archicancellarium, exhibitis mandatis ac literis fidei, quas vulgò credentiales vocant. Ad præstitutum diem Cæsar solenni pompâ ascendit curiam, in qua habentur Comitia, præcedentibus longo agmine Principibus Politicis eorumve legatis, ex quibus Elector Saxoniæ, Imperii Archimarscallus strictum gladium proximè ei præfert, Electoribus ac reliquis Principibus Ecclesiasticis sequentibus. Ibi constructum ex tempore tabulatum conscendit, & in solio excelsiore ac augustiore, tapetis & aliis rebus more regio magnificentissimè exornato, collocatus. Sedentem Senatus Electorum paulò inferiore hoc ordine circumsidet. Ad dex- 20. Modus.

tram Archiepiscopus & Elector Moguntinus, quem sequitur Colonienſis: Trevirenſis è regione Cæſari opponitur. Ad ſiniſtram Rex Bohemiæ primum, ſecundùm Comes Palatinus Rheni, tertium Dux Saxoniæ, quartum Marchio Brandeburgicus, Electores Politici capiunt. pro Principibus reliquis duo ſubſellia, uno gradu Electorum, duobus verò Cæſaris ſede inferiora, in eodem tabulato ſtragulâ quoque veſte pretioſiſſimâ decorata conſpiciuntur: in quorum dextro reliqui Archiepiſcopi: item legati domus Auſtriacæ & Burgundicæ: in ſiniſtro reliqui Principes Politici eorundemque legati conſident, Principibus junioribus, Conſiliariis & officialibus Cæſaris ex adverſo Cæſari adſtantibus. Facto conſeſſu ac turbâ ſedatâ, unus Principum, cui hoc demandatum eſt, prodiens Cæſaris nomine brevibus gratias agit Statibus, quòd edicto audientes, Electores, Principes & Ordines tanto numero comparuerint. Deinde ipſe Cæſar gravi brevique oratione gratiarum actionem repetit, & cauſas edicti conventus graviſſimas ex promulganda propoſitione cognoſcere, ac quæ ad Reipub. ſalutem ſint neceſſaria, in medium conſulere velint, eoſdem hortatur. Quò facto, Secretarius Cæſaris propoſitionem de ſcripto legit: eaque finitâ, Electores, Principes, Ordines & Legati conſurgunt, & paululum collocuti per Electorem Moguntinum in hanc ſententiam reſpondent: Cognoviſſe ſe ex recitata propoſitione cauſas coactorũ Comitiorum: agere ſe Imperatori gratias, quas poſſint animo concipere maximas, quòd à toto tẽpore ſuſcepti magiſtratus tantâ fide & diligẽtiâ publici Imperii negotia ſibi cõmendata habeat: deferre ſe in omnibus, quæ ad ſalutem ac dignitatem Imperii pertinere videbũtur ſtudia ſua & officia uti debita, ita promptiſſima. petere ſe ſubmiſſè eâ, quâ decet reverentiâ, prælectæ propoſitionis copiam, ut de rebus propoſitis rectiùs deliberare, & ſententias ſuas in medium afferre poſſint. Ad quę pro delata opera ac ſtudiis ſuis iterum gratias agit ipſe Cæſar, ac ut de ſingulis propoſitionis capitibus primo quoque die ſententias ſuas proferant, denuò monet, Principibus, Ordinibus, univerſis ac ſingulis gratiam & benevolentiam ſuam clementiſſimè pollicetur.

His peractis, è ſolio ſuo ſurgens Imperator, eâdem, quâ ingreſſus

gressus est pompâ, ad Palatium suum reducitur: Et Principes, Ordines ac Legati quisq; in sua diversoria discedunt. Indicitur deinde dies ab Electore Moguntino, quo status ad deliberandū conveniunt, Capita deliberationis eo ordine, quo proposita fuerunt, expedienda suscipiuntur, ita ut Ordines in suas quoque curias vel senatus, ut vocant, secedant, ubi secundum ordinē ac prærogativam singulorum suffragia ineunt, atque re expeditâ in Electorum consilio, ac exploratâ, quòd & in aliis classibus super articulo proposito sint dictæ sententiæ, rursus in curiam communem convocatæ tres classes, id quod ipsis in commune visum est, exponunt. Si itaq; classium omnium vel duarum major pars absque variatione consenserit, ex parte Ordinum sive Curiarum confecta res est. Si verò singulæ singulas tueantur, sententias, ulteriùs progredi non possunt; nec si plures ex omnibus classibus in idem consentiant: Non n. personarum vel Ordinum, sed Classium sive Curiarum vincit numerus. Ideoq; classium dissentientium suffragiorum ad Cæsarem nullius momenti est relatio. Si v. ita, ut dictum, in suffragiis ineundis legitimus classium numerus expletus, commune Ordinum consultum per selectos quosdam Imperatori exponitur. Cui si idem quoq; placet, confecta res est. Sin minus, tam diu replicando, duplicando, quadruplicando, &c. inter se adductis hinc inde pro opinione sua argumentis idoneis à Cæsare & Ordinibus disceptatur, donec vel hi in illius, vel ille in horum sententiam sponte concedat, ac quod ita in commune placuerit, Decreti Comitialis ac Legis habet vigorem. Si a. inter Cæsarem & Ordines, vel majorem eorum partem res confici non potest, nihil actum judicatur; sed res in libera ac spontanea conventione posita est, ita ut nec Imperator ex plenitudine potestatis, ut loquuntur, nec Ordines invito illo, quicquā statuere possint. Etsi n. Carolus IV. in Aur. Bul. utitur clausula: *de Imperialis potestatis plenitudine. tit. 2. §. & quia*, quæ etiam passim Decretis Comitiorum adjicitur: perpetuo tamen & concinno longissimi temporis usu, nisi accedente diserto vel universorum, vel majoris eorundem partis non ex Personarum & Statuum singulorum, sed classium numero censitæ, ut dictum, Imperator statuere nihil potest, exceptis & reservatis Cæsareæ auctoritati iis, quæ ad jura majestatis pertinent. Unde

tram Archiepiſcopus & Elector Moguntinus, quem ſequitur Colonienſis: Trevirenſis è regione Cæſari opponitur. Ad ſiniſtram Rex Bohemiæ primum, ſecundùm Comes Palatinus Rheni, tertium Dux Saxoniæ, quartum Marchio Brandeburgicus, Electores Politici capiunt. pro Principibus reliquis duo ſubſellia, uno gradu Electorum, duobus verò Cæſaris ſede inferiora, in eodem tabulato ſtragulâ quoque veſte pretioſiſſimâ decorata conſpiciuntur: in quorum dextro reliqui Archiepiſcopi: item legati domus Auſtriacæ & Burgundicæ: in ſiniſtro reliqui Principes Politici eorundemque legati conſident, Principibus junioribus, Conſiliariis & officialibus Cæſaris ex adverſo Cæſari adſtantibus. Facto conſeſſu ac turbâ ſedatâ, unus Principum, cui hoc demandatum eſt, prodiens Cæſaris nomine brevibus gratias agit Statibus, quòd edicto audientes, Electores, Principes & Ordines tanto numero comparuerint. Deinde ipſe Cæſar gravi brevique oratione gratiarum actionem repetit, & cauſas edicti conventus graviſſimas ex promulganda propoſitione cognoſcere, ac quæ ad Reipub. ſalutem ſint neceſſaria, in medium conſulere velint, eosdem hortatur. Quo facto, Secretarius Cæſaris propoſitionem de ſcripto legit: eaque finitâ, Electores, Principes, Ordines & Legati conſurgunt, & paululum collocuti per Electorem Moguntinum in hanc ſententiam reſpondent: Cognoviſſe ſe ex recitata propoſitione cauſas coactorũ Comitiorum: agere ſe Imperatori gratias, quas poſſint animo concipere maximas, quòd à toto tẽpore ſuſcepti magiſtratus tantâ fide ac diligẽtiâ publici Imperii negotia ſibi cõmendata habeat: deferre ſe in omnibus, quæ ad ſalutem ac dignitatem Imperii pertinere videbũtur ſtudia ſua & officia uti debita, ita promptiſſima. petere ſe ſubmiſsè eâ, quâ decet reverentiâ, prælectæ propoſitionis copiam, ut de rebus propoſitis rectiùs deliberare, & ſententias ſuas in medium afferre poſſint. Ad quę pro delata operâ ac ſtudiis ſuis iterum gratias agit ipſe Cæſar, ac ut de ſingulis propoſitionis capitibus primo quoque die ſententias ſuas proferant, denuò monet, Principibus, Ordinibus, univerſis ac ſingulis gratiam & benevolentiam ſuam clementiſſimè pollicetur.

His peractis, è ſolio ſuo ſurgens Imperator, eâdem, quâ ingreſſus

gressus est pompâ, ad Palatium suum reducitur: Et Principes, Ordines ac Legati quisq; in sua diversoria discedunt. Indicitur deinde dies ab Electore Moguntino, quo status ad deliberandū conveniunt. Capita deliberationis eo ordine, quo proposita fuerunt, expedienda suscipiuntur, ita ut Ordines in suas quoque curias vel senatus, ut vocant, secedant, ubi secundum ordinē ac prærogativam singulorum suffragia ineunt, atque re expeditâ in Electorum consilio, ac exploratâ, quòd & in aliis classibus super articulo proposito sint dictæ sententiæ, rursus in curiam communem convocatæ tres classes, id quod ipsis in commune visum est, exponunt. Si itaq; classium omnium vel duarum major pars absque variatione consenserit, ex parte Ordinum sive Curiarum confecta res est. Si verò singulæ singulas tueantur, sententias, ulteriùs progredi non possunt; nec si plures ex omnibus classibus in idem consentiant: Non n. personarum vel Ordinum, sed Classium sive Curiarum vincit numerus. Ideoq; classium dissentientium suffragiorum ad Cæsareni nullius momenti est relatio. Si v. ita, ut dictum, in suffragiis incundis legitimus classium numerus expletus, commune Ordinum consultum per selectos quosdam Imperatori exponitur. Cui si idem quoq; placet, confecta res est. Sin minus, tam diu replicando, duplicando, quadruplicando, &c. inter se adductis hinc inde pro opinione sua argumentis idoneis à Cæsare & Ordinibus disceptatur, donec vel hi in illius, vel ille in horum sententiam sponte concedat, ac quod ita in commune placuerit, Decreti Comitialis ac Legis habet vigorem. Si a. inter Cæsarem & Ordines, vel majorem eorum partem res confici non potest, nihil actum judicatur; sed res in libera ac spontanea conventione posita est, ita ut nec Imperator ex plenitudine potestatis, ut loquuntur, nec Ordines invito illo, quicquā statuere possint. Etsi n. Carolus IV. in Aur. Bul. utitur clausula: *de Imperialis potestatis plenitudine. tit. 2. §. & quia*, quæ etiam passim Decretis Comitiorum adjicitur; perpetuo tamen & concinno longissimi temporis usu, nisi accedente disertò vel universorum, vel majoris eorundem partis non ex Personarum & Statuum singulorum, sed classium numero censitæ, ut dictum, Imperator statuere nihil potest, exceptis & reservatis Cæsareæ auctoritati iis, quæ ad jura majestatis pertinent. Unde

est solenne illud in Recessibus & singulis ferè capitibus, quæ in deliberationem venerunt: *Quod inter Cæsarem & Ordines ultrò citróq; ita conventum. Sic ille.* Cui de causæ tractatione & decisione adjungi potest. *Bertram. de comit. conclus.* 71. & 74. itemque *Auctor* des ausführlichen Berichts / wie es auff Reichstägen pflegt gehalten zu werden / *c.* 3. & *seqq.*

21. Viden' ergo summam † Imperii potestatem in duos semisses esse divisam, quorum unum Cæsar, alterum Ordines universi obtinent. potestatem dixi, non majestatem, contra quàm facit *Bodinus lib.* 2. *de Repub. c.* 6. *num.* 123. Statibus, Principibus ac legatis civitatum Imperialium jura majestatis in illo consessu tribuens, quem ob id rectissimè iniquum & imperitum rerum Germanicarum æstimatorem appellat *Paurmeister.*

22. Ratio ferendorum suffragiorum. V. Circa rationem ferendorum † suffragiorum hic notandum, quòd Electores viritim suffragia ineant, quorum colligendi jus Moguntino proprium est, qui votis reliquorum auditis, ipse ut sententiam suam exponat, quoque requiritur, id quod hodiernis moribus non ad collegarum omnium, sed solius Saxonis officium pertinet. *Buxdorff. ad Aur. Bull. th.* 50. *lit. d.* & *e. Bertram. de comit. conclus.* 69. *Auctor* des ausführlichen Berichts / wie es auff / etc. *cap.* 6.

23. In Senatu verò Principum † alia est ratio Principum propriè dictorum, alia Prælatorum, Comitum & Baronum suffragandi modus.

24. Ecclesiastici † Principes, quique iis annumerantur, ut Magister Ordinis Teutonici, & Magister Ordinis Joannitarum, Abbates, Abbatissæ, Præpositi, Principali auctoritate coruscantes, & à Prælatorum propriè sic dictorum ordine sejuncti sunt, in subselliis Ecclesiasticis, vulgò der Geistlichen Banck / singuli jus suffragiorum nacti sunt, & dicendæ sententiæ in solidum potestatem obtinent. *Paurmeist. num.* 24. 25. & *c.* 10. *nu.* 7. 9. *Sixtin. lib.* 1. *de Regal. c.* 4. *num.* 135.

25. Principum Politicorum † familiæ quædam unum, quædam respectu diversarum linearum duo, tria vel quatuor vota habent,

ut

ut ex Decretorum subscriptionibus intelligitur. *idem Paurmeister. ibid.*

Proponendi † & dirigendi prærogativam in secundo hoc senatu Archidux Austriæ, & Archiepiscopus Salisburgensis alternatim sibi vendicant. *Althus. in Polit. cap. 33. Bertram conclus. 70.* 26.

Ratione tamen temporis † aliquando ex Comitiorum permixtione ex Principibus constituitur delectus, qui rebus diligentissimè ponderatis, vota sua consignat, cæterisque Principibus perpendenda exhibet, ex annotatione *Ludorpij lib. 1. continuat. Sleid. fol. 7. idem ibid.* 27.

Prælati † verò omnes, tanquam unius Principis vicem sustinent, & unum tantùm suffragium simul habent. *Sixtin. nu. 136. Paurmeister. c. 10. num. 7.* 28.

Comites † & Barones omnes in duas classes, Wetteravienſium & Suevicorum, vulgò die **Wetterawische vnd Schwäbische Graffen vnd Banckverwandten** / divisi, duorum suffragiorum jure hoc tempore fruuntur: ita ut Comitibus quidem ac Baronibus omnibus ad Comitia vocatis, senatui Principum interesse liceat, ac in subselliis extraordinariis, vulgò **der Adjuncten Banck** / absque Ordinis discrimine, ficuti etiam in subscriptione fieri videmus, salvâ Principum & principi patium legatorum prærogativâ, sed ita, ut duo tantùm nomine omnium jus sessuræ ac suffragiorum obtineant, alternis vicibus, ut nimirum unâ die Wetteravii, quorum nomine Nassovienses, vel eorum legati præsideant, altero verò Suevicorum Deputatus prior sententiam dicat. *Paurmeist. d. c. 1 num. 27. Sixtin. d. c. 4. num. 46. Wehner. in observat. pract. verbo* **Graffschafft** *fol. 200. Auctor* **des außführlichen Berichts / wie es auff Reichstagen** *etc. c. 7.* 29.

De civitatibus liberis † Imperialibus, quæ itidem in duo distinguuntur latera sive subsellia, in Suevicum & Rhenanum, in **die Schwäbische vnd Rheinische Banck** / non levis est concertatio. 30.
Sunt enim qui jus quidem † consultandi, non verò votandi & suffragandi ipsis concedunt. Ita jus tantùm consulendi ipsis adscribit *Peucer, in complem. Chron. Carion. lib. 5.* Ita *Orator Reipub.* 31.

Venetæ de Aula & Regno Imperat. Rom. apud Philippum Honorium. Ita *Munsterus lib.* 3. *Cosmograph. c.* 21. in quorum castra novissimè transit *Paurmeist. d. c.* 2. *num.* 46. & *seq.* asserens, civitates Imperiales quoad possessionem ferendorum suffragiorum hoc tempore cum Electoribus & Principibus pari jure non uti: sed postquam capite aliquo proposito consentientia sint Electorum ac Principum suffragia, civitatum legatos ad illos vocari: id tamen non fieri ferendi ab ipsis suffragii, sed Decreti saltem duarum superiorum classium promulgandi causâ.

Sed plurimi contrà jus etiam suffragandi civitatibus attribuunt. *Auctor* der zween außführlichen Rathschläge/des H. Römischen Reichs erbaren Freyen vnd Reichsstädten Session/ Stand vnd Stimm betreffend. *Dn. Arumæ. discurs.* 1. *ad Aur. Bull. conclus.* 8. *Buxdorff. ad Aur. Bull. th.* 5. *ad lit. d. Sixtin. d. c.* 4. *nu.* 79. *Spring. de pace relig. c.* 1. *fol.* 111. *Reinkingk. lib.* 1. *de Regim. Secul. & Eccles. class.* 4. *c.* 20. *nu.* 21. & *seqq. Bertram. de comit. conclus.* 46. & 71. ubi jus duplicis voti ipsis attribuit, quamvis inter se singulæ sententiam dicant.

Pro civitatibus gravioris ponderis adducuntur argumenta.

32. 1. Quia Status† Imperii sunt. *Geilh. obs.* 57. *n.* 7. & *de pace public. c.* 6. *num.* 11. & æquè ac reliqui Status eminentiores fulcra† & columnæ sunt Imperii. *Auctor* des gründlichen Berichts des

33. H. Reichs Stadt Friedberg Stand/Regalien belangend/*c.* 15. *n.* 11. & scriptor Gallicus *Thuanus lib.* 1. & 4. *Hist.* non minimam partem roboris Germanici in civitatibus istis consistere indicat, idemque indicat *Politica Reformatio Sigismundi Imp. cap.* 10. *dicentis:* Da wurden die heiligen Reichs Städte geordnet vnd gefreyet/ darumb stehen sie geschrieben Heilig/ wenn jhnen ward entpfohlen alle gerechte vnnd göttliche Seligkeit/ vnd ward die Christenheit durch sie gestercket. Digniori certè nomine, quàm Heilig/ nominari

34. non potuissent. *Bertra. concl.* 45. Nobilia† quoq; membra Imperii in diplomatibus & privilegiis Cæsaris nonnunquam appellantur. *Sixtin. d. c.* 4. *n.* 80. ubi ejusmodi privilegia se vidisse affirmat.

35. 2. Quia liberæ & Imperiales civitates regalia† & jura principum habent. *Geil. d. num.* 7. *Rutger. Ruland. de commiss. l.* 5. *c.* 4. *num.*

n. 41. *Peregrin. de jure fisci lib.* 1. *c.* 2. *n.* 44. *& seq. Sixtin. d. c.* 4. *n.* 73. *&* 81. Si ergò Principes in Comitiis jus suffragandi habent, utique & civitates habebunt. *Dn. Arumæ. d. l fol.* 18.

3. Quia sub eadem † formula, ad Comitia vocantur, quâ 36.
Status reliqui. *Receß. Wormat. de An.* 1545. §. Dem allen nach / *ibi*: Also das Churfürsten / Fürsten vnd ander Stände des Reichs / vnd dann auch vnserer vnd des H. Reichs Frey vnd Reichsstädt / jhre vollmächtige Bottschafften vnnd Gewalthaber mit vollkommener Gewalt / ohn hinder sich bringen gewißlich schicken / vnd daselbst die gemeine / des H. Reichs Sachen / sonderlich aber die Puncten vnd Articul / so auff diesem Reichstag allhie erlediget / vñ verrichtet werden sollen / statlich berahtschlagen / schliessen vnd zu wircklicher Execution / Vollnziehung vñ Handhabung bringen helffen sollen. Hanc in rem testimonium etiam auctoritas est Friderici III. Imp. *in Reform. Francof. de An.* 1442. *in pr. ibi*: Vnd darumb durch anbringen / auch mit Beywesen vnd Rath vnserer / vnd des H. Reichs Churfürsten / vnd der Fürsten Geistlicher vnd Weltlicher / etc. vnd Städte / die wir dann durch sie selbst vnd jhre mechtige Sendboten darumb insonderheit her zu vns kommen / geboten vnd geheissen.

Adde, quòd in plurimis Imperii † Decretis, in calce non solùm scientiæ & consilii, sed expreßè etiam voluntatis fiat mentio. 37.
Receß. August. de An. 1551. *fol.* 392. *& de An.* 1559. *fol.* 529. *Receß. Spir. de An.* 1570. *fol.* 623. *& Ratisb. de An.* 1576. *fol.* 671. *& alibi*, Vnd wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen vnd Herrn / auch der Churfürsten / Fürsten / Prelaten / Graffen / vnd des H. Röm. Reichs Frey vnd Reichsstädte / Rähte / Gesandten / Botschafften vnd Gewalthaber bekennen offentlich mit diesem Abschied / dz alle vnd jede obgeschriebene Puncten vñ Articul mit vnserm guten Wissen / Willen vñ Rath fürgenommen vnd beschlossen sind / ꝛc. Quo quid ad rei comprobationẽ dici potest clarius? Nam si solùm earum consiliũ requiritur, velle & consensu opus non erit: quia ex doctrinâ *Bart. in l. in honor. ff. de admin. tut.* qui alicujus cõsilium requirit, debet ei credere, non tamẽ ejus consiliũ sequi tenetur. Unde vulgò dici solet: consiliũ non necessitat. *Arum. d. l. fol.* 19. Ex abundanti addimus etiam testimoniũ *Auctorũ* des ausführlichen Berichts / ꝛc. *fol.* 18. disertis verbis

ita

ita scribentis: Der dritte Ordinari Reichsrath ist der Frey vnd Reichsstädte Gesandte vnd Botschafften/welcher auch abgesondert in einer andern Rathsstuben gehalten wird/ darinnen sind zwo Bäncke/die Rheinische/darunter Cöln vnd Aach die fürnembsten seyn/ die andern die Schwäbische/ als Regenspurg/ Vlm/ Nürnberg/ Augspurg/inmassen denn auch die Städte in Ausschiessen alle mehr nicht als zwey Vota haben/ aber in jhrem Rahte votiret ein jeder vor sich selbst/ etc.

His ita stantibus, qui de sessionis votique jure civitatibus competente ampliùs dubitat, de sole eum dubitare est, ut sunt verba *Wehneri in observat. pract. verbo* freye Reichsstädte/ *fol.* 145.

Benè tamen observandum esse monet *Bertram. d. concluf.*
38. 46. inter † jus suffragii, quod Electoribus & Principibus competit, ac civitatum vota quandam esse differentiam. Illorum enim, inquit, præcipuè Electorum suffragia liberrima sunt, & auctoritatis magnæ: Harum non æquè: quoniam cùm Electores & Principes sententiam priùs dicant, evenit, ut *dicente Tacito* 4. *Annal. c.* 6. auctoritatem, quâ pollent, reliquis assentiendi necessitatem faciant. Quod & haud obscurè ita innuit *Auctor* des ausführlichen Berichts/wie es auff Reichstagen/ *αὐτόπτης* hujus rei testis, *cap.* II. Doch ist im Reich wenig erhöret/daß die Städte ein ander Bedencken haben/oder der zweyen andern Rähte Bedencken disputiren/ sondern lassen es gemeiniglich darbey bleiben. Imò, inquit *Bertram paulò post*, si superiorum collegiorum votis accedere civitatum legati renuant: Imperator pro auctoritate jubere potest, ut reliquorum sententiæ calculum suum adjiciant, quemadmodum *in Comitiis Ratisbon. de Anno* 1471. id factum constat ex actis, quæ *scripto cuidam sub titulo*, Kurtze Abfertigung/ Protestation/ Verantwortung/ Entschuldigung/ Oblation vnd Erbieten des Raths zu Braunschweig/ etc. inserta sunt, *fol.* 363. Tandem concludit: Verùm hæc auctoritatis prærogativa jus civitatum non lædit; & consequenter tria ex Statuum classibus consilia resultant: unum Electorum; alterum Principum, & civitatum Imperialium tertium.

Ul-

Ultimò notandum quòd poteſtas rogandi † vota competat communi ipſarum Syndico, qui ab illa civitate, in qua comitia celebrantur, conſtituitur, *poſt. Althuſ. in Polit. cap 33. Bertram. d. concluſ. 71.* 39

De ratione conſcribendi placita † comitialia, ut & ſignandi, quæ non ſemper eadem obſervata cernitur, videatur *Paurmeiſter. d. c. 2. num. 51.* 40

CAPUT XXVII.

DE CONVENTIBUS IMPERII particularibus, Electorum, Regimenti, Deputatorum ac Circulorum.

HActenus de Comitiis ſeu Conventibus Imperii generalibus fuit dictum: ſequuntur particulares, † quibus pars tantùm Ordinum coire ſolet, ex quorundam deſcriptione. quo tamen ipſo Cæſarem à conventu Deputatorum & Viſitatorum Cameræ excludere videntur *Bertramo de. comit. concluſ.* 10. Quare ipſe per aggregationem certæ ex corpore Reipub. partis tales Conventus deſcribit. Idque cuivis conventui particulari ita congruere putat, ut Cæſar vel ejus Commiſſarii nec incluſi ſemper, nec præteriti tamen videantur. 1

In quadruplici † autem differentia ponuntur à *Paurmeiſtero de juriſdict. Imp Rom. lib. 2. c. 2.* ut ſint vel Electorum, vel Regimenti, vel Deputatorum, vel Circulorum, ex variis Comitiorum Decretis, quibus *Bertram. concluſ.* 13. annumerat conventum Deputatorum ſeu Viſitatorum Cameræ, ubi vide. 2

Electorum conventus

Inter hos verò dignitate primus meritò habetur CONVENTUS ELECTORUM † ORDINARIUS, ad eligendum Regem vel 3

vel Imperatorem Romanorum. *Aur. Bull. Caroli IV. tit.2.* & vocatur ein Wahltag.

4 Talis conventus per Electorem † Moguntinum, tanquam Decanum Septemviralis Collegii edicitur. *eadem Constit. tit. 1. §. prætereà. tit. 4. §. cætera. tit. 18. per tot.*

5 Sed & alias † ob causas extra ordinem Electores conveniendi habent facultatem. *tit. 12. Aur. Bull.* quorum congressus

6 dicuntur Churfürstentåge. Et ex articulis † Carolo V. propositis, hic etiam est *apud Sleidan. lib. 1. fol. (mihi) 26. in fin. & seq. à pr.* Electoribus liceat, cùm erit opus, inter se convenire, deq; Repub. deliberare: Nullum autè ipse, quò minus id faciant, impedimentum eis inferat, nec in malam partem accipiat. Idem stipulatione solenni inter Ferdinandum I. Imperat. & Electores his verbis confirmatum est Anno 1558. & inter Ferdinandum II. *in sua Capitulatione, de Anno 1619. art. 4.* Wir lassen auch zu/daß die gedachte sechs Churfürsten/je zu zeiten/nach Vermög der güldenen Bull/ vnd Gelegenheit des H. Reichs/zu jhrer Notturfft/auch so sie beschwerliches Obligen haben/zusammen kommen mögen/dasselbe zu bedencken vnd zu berathschlagen. Daß wir auch nicht verhindern/ noch jrren/vnd derhalben kein Vngnad oder Wiederwillen gegen jhnen/sämptlich noch sonderlich/schöpffen vnd empfahen/sondern vns in denen vnd andern der güldenen Bull gemeß/gnädiglich vnd vnverweißlich halten sollen vnd wollen. Quod jugiter hactenus servatum, & fraternâ Electorum unione conservatum. *Goldast.* in Politischen Reichshåndeln/ *part. 8. c. 3.*

7 **Regimenti conventus.** REGIMENTI † CONVENTUS ex universo Ordinum erat Collegio, ut deducit *Paurmeist. d. c. 2. num. 111. & seqq* Tempore namque Maximiliani I in Comitiis Wormatiensibus de Anno 1495. decretum fuerat, ut universi Ordines Imperii quotannis, statis temporibus ac locis convenirent, & de iis, quæ ad salutem publicam spectarent, in commune deliberarent: Cùm verò sine magnis molestiis & sumptibus id fieri non posset, sæpeque talia occurrerent negotia, quæ moram non paterentur, placuit eidem Maximiliano & Ordinibus in Comitiis Augustanis Anno 1500. ut præter Imperatorem, vel ejus legatum, viginti Personæ ex Ordinibus

dinibus eligerentur, quæ essent loco Senatus Imperii. *tit 1. dicti Decreti Augustani*, von den Zwantzigen, so zu der Keyserlichen Majestat, vnd des heiligen Reichs Regiment geordnet, *& aliquot seqq.* His plena data erat potestas jus & justitiam administrandi, & de quibuscunque querelis cognoscendi ac statuendi, bella contra Turcas suscipiendi. Hæc Regimenti constitutio Caroli V. temporibus aliquot personis fuit aucta, posteà modificata, tandem prorsus in desuetudinem abiit. *idem Paurmeister. Schönborn. lib. 5. Polit. cap. 33.*

DEPUTATORUM † CONVENTUS, primùm institutus est Augustæ Anno 1555. In eo sunt Commissarius Cæsaris. *Receß. de Anno* 1559. §. Nach dem sich darneben, *ibi*: Die Sachen neben vnser Commissarien nothwendig zu gemeiner Wolfarth zu befördern vnnd zu berathschlagen. *Receß. Deputat. de Anno* 1571. §. Vnd folgends was sie sich vber etc. sex Electores: ex Principibus quatuor: Archidux Austriæ, Dux Bavariæ, Episcopus Herbipolensis & Monasteriensis: ex Prælatis duo: Abbas Weingartensis & Ochsenhusanus: ex Comitum Ordine, Comes Fürstenbergensis: ex Civitatibus liberis Imperialibus: Colonia Agrippina & Noriberga. Et cùm personale anteà esset horum munus, convenit inter Ferdinandum Cæsarem & Status, *in Comit. August. Anno* 1559. ut ad heredes esset transitorium. §. Nach sich darneben, *& seq.* quin prioribus adjuncti fuêre Dux Juliacensis, & Landgravius Hassiæ. §. Auff daß denn diß fals. His posteà accesßêre Episcopus Constantiensis, Dux Burgundiæ, Dux Brunsvicensis, & Duces Pomeraniæ. *Decreto Spirensi de Anno* 1570. §. Vnd damit solche wichtige Ding. 8

Deputatorum conventus.

Causa † hujus conventus ordinaria est, si motus graves in Imperio oriantur, quibus compescendis vires unius vel aliquot circulorum non sufficiant: Capitanei horum rem ad Electorem Moguntinum deferunt. Is tanquam Archicancellarius Imperii, nomine & loco Imperatoris deputatos Francofurtum ad Mœnum convocat. 9

In conventu eadem penè † solennitas observatur, quæ in Comitiis universalibus. Deputatorum vel Legatorum nomina 10

ac mandata eduntur apud Moguntinos: Commissarius Cæsaris, re cum Electoribus communicatâ, capita deliberationis scripto comprehensa Ordinibus plerunque ad curiam civitatis convocatis proponit, ac singulis exhibet describenda: Deinde universi in duas classes discedunt, Electorum ac Principum, & in singulis Classibus singuli viritim suffragia ferunt. Ut verò in universum quid statuatur, necesse est, ut duæ hæ classes sive curiæ Ordinum consentiant inter se, & cum ipsis Legatus sive Commissarius Cæsaris: Nec enim Cæsareani Ordinibus, nec hi illis præjudicant, nec si Cæsareanis una Ordinum curia, vel contrà illi sese alteri addant: sed inter sese omnes convenire, vel rem indefinitam manere necesse est. Id quod expressè sancitur *in dicto Decreto Augustano.* §. Vnd im Fall / & exinde *Paurmeister. d. c. 2. à num. 115. ad 121.*

11 CIRCULORUM † CONVENTUS die Kreißtäge / sunt vel universales vel particulares.

Circulorum conventus.

Illi, cùm omnes circuli; hi cùm quidam, vel unius saltem circuli status conveniunt. Dicuntur verò universales, † quatenus
12 ad se invicem respiciunt: alioquin ad particularia comitia referuntur intuitu & respectu Comitiorum universalium. *Bertram.*
13 *conclus.* 15. Duces, † Legatos & Consiliarios sibi circulus quisque arbitratu suo eligit, Kreisobersten / Zugeordnete vnd Räthe. Quod si Dux officium suum vel facere negligat, vel aliàs impediatur, tunc uni ex adjunctis in singulis circulis Legati munus defertur, qui vulgò vocatur ein Nachgeordneter / reliqui Zugeordnete / appellantur.

14 Negotia † ac causæ illorum sunt vel ordinariæ vel extraordinariæ.

15 Ad ordinarias † pertinet negotium de contributionibus, monetis probandis vel reprobandis, præsentatione Assessorum Cameræ, pacis publicæ conservatione, executionibus sententiarum ac reliquarum constitutionum, nec non mandatorum Imperialium. *Petrus Dennais in jur. Camer. tit. 212. verb. pacis publicæ conservatio, & trib seqq. & in verb. commercia. §. 7. & fin. verb. moderationum causæ. §. 1. verb. monetarum edictum. §. 13. 31. & 33.*

Matth.

Matth. Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 4. num. 48. Dn. Arum. discurs. 1. ad Aur. Bull. conclus. 8. à pr. Dn. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 28. ad lit. C.

Extraordinaria † causa est ob præsentem & subitaneam necessitatem circulis ab Imperio injuncta. *Paurmeist. nu. 66.* 16

Modum † & formam conventus ac deliberationis circularis quod attinet, Principes singulorum circulorum, qui edicendi conventus potestatem habent Ordines ad certum tempus per literas, vulgò Kreistags Ausschreiben/ in quandam circuli urbem convocant, in qua ubi conventum est, Legati Ordinum apud eundem nomina ac mandata sua edunt. Et die conventui indictâ Legatis in curia considentibus, capita consultationis Legatus ejus, penes quem indicendi conventus est, proponit: qui eo ordine, quo consident, singulorum sententias rogat, ultimo loco suam proponit, & quod majori parti, non ex partibus Collegii, sed Ordinum numero æstimatæ, placuerit, Decreti circularis habet vigorem. Quam formam ita describit usu & experientiâ confirmatissimus auctor *Paurmeister. num. 130. & seqq.* 17

CAPUT XXVIII.

DE CIRCULIS IMPERII Romano-Germanici.

PRoximum jam est, ut post doctrinam de Circulorum Conventibus, subjiciamus, quinam illi & quot sint.

Primitus autem sex circulis † & regionibus: Francico, Bavarico, Suevico, Rhenano, Westphalico-Belgico, usque ad Mosam, & Saxonico Imperiũ fuit circũscriptum sub Maximiliano I. in der Ordnung des Regiments zu Augspurg / Anno 1500 auffgericht/ tit. wie zwantzig Personen in das Regiment genommen sind. §. Die andern sechs Personen/ etc. postmodum sub Carolo V. No- 1

ribergæ diviso Saxonico & Rhenano, superadditi fuere qua-
2 tuor: † Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus, & superior Saxonicus, Anno 1522. in Erklärung des Landfriedens/ *tit.* Hernach folgen die zehen Kreiß/ wie vnd in welche Ort die in das Reich ausgetheilet. Atq; ita decē † constituti circuli, necessitate publicâ urgente, & de causis in præced. cap. à nobis assignatis. Quamvis Or-
4 dines † in singulis circulis relati quidam progressu temporis à potentioribus exempti, & quidam planè ab Imperio avulsi, & extincti sint. *Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. c. 2. n. 126.*

5 Quilibet verò circulus tres Status † complectitur. 1. Ecclesiasticorum Principum, Prælatorum, Abbatum scil. Abbatissarum, & Præpositorum 2. Principum Secularium, Comitum & Baronum. 3. Civitatum Imperialium. Series circulorum talis ponitur *in prædict. Constit. Noriberg. & apud Paurmeist. d. l. Cluten. d. l. Bertram. de comit. conclus. 14.*

6 Primus † est Austriacus, qui Episcopos habet: Trient/ Brixen/ Wien/ Seckaw/ Labach Principes: Ertzhertzogen von Osterreich. vnd sollen wir mit vnserm lieben Bruder/ Ertzhertzog Ferdinanden ꝛc. mit vnsern Erblanden zu Osterreich vnd Tirol ꝛc. einen Kreiß haben/ ut habent verba constitutionis. Comites: Hardeck/ Wolckenstein/ Losenstein/ Rogendorff.

Circulus Austriacus

7 Secundus † Circulus est Burgundicus, qui complectitur Regem Hispaniæ, ratione Burgundiæ, & Provinciarum Belgicarum. *Paurmeist. d. l.* Comites sub se habet: Egmund/ Nassaw in Breda/ Jarme/ Yselstein/ Bergen/ Walhen.

Burgundicus.

8 Tertius † Rhenanus superior Electoralis, sub quo sunt quatuor Electores Rhenani, Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis & Palatinus, Abbas: S. Maximin. Præpositi: Seltz & Landcommender zu Coblentz. Comes: Salm. Civitates: Cöln Gelnhausen.

Rhenanus superior Electoralis.

9 Quartus † Saxonicus superior, sub quo sunt Electores duo, Saxonicus & Brandeburgicus. Episcopi: Meissen / Merßburg/ Naumburg/ Brandenburg/ Havelburg/ Libus/ Chamin Abbates: Salveld/ Walckenried Abbatissæ: Quedlinburg/ Gerenrode. Principes: Hertzogen zu Sachsen/ Hertzogen von Pommern/ Fürst von Anhalt. Comites: Schwartzburg/ Mansfeld/ Stolberg/ Honstein/ Barby/ Gleichen, Barones: Schönburg/ Tautenberg. Quin-

Saxonicus superior.

Quintus†Francicus, quem ex Episcopis cõstituunt: Würtzburg/Bamberg/Eichstett. E Principibus: Großmeister des Teutschen Ordens / Marckgraffen von Brandenburg. E Præpositis: Kamberg. E Comitibus: Henneberg/Castel/Hohenlohe/Schwartzenberg/Erpach. E Baronibus: Schencken von Limpurg. E Civitatibus Imperialibus: Nürnberg / Rotenburg an der Tauber / Winßheim/Schweinfurt/ Weissenburg am Necker. 10 Franciscus.

Sextus†Bavaricus, cui ex Archiepiscopis subest: Saltzburg. ex Episcopis: Regenspurg/Passaw/Freysingen. E Principibus: Hertzog von Beyern/Landgraff zu Leuchtenberg. Ex Abbatibus: Kempten/ Roth/ S. Hanmeran zu Regenspurg/ Keysersheim/ Waldsachsen. Ex Abbatissis: Obermünster in Regenspurg/ Niedermünster in Regenspurg. E Præpositis: Berchtelsgaden. E Comitibus: Ortenburg. E Civitatibus Imp. Regenspurg. 11 Bavaricus.

Septimus†Suevicus, qui Episcopos habet: Augspurg / Costentz/Chur. Abbates: Weingarten/Weissenaw/Petershausen bey Costentz/ Schussenried / Roggenburg/ Ochsenhausen / Elchingen/ Münichsrot/ Gengebach/ Vrsperg/ Hirschaw/Schuttern/Dessen. Abbatissas: Lindaw/Rotenmünster. Præpositum: Wettenhausen. Principes: Hertzogen zu Würtenberg/Marckgraffen zu Baden. Comites: Hohenzollern/Helffenstein/Fürstenberg/Oettingen/Mondfort/ Eberstein/ Sultz/ Lupffen. Barones: Walpurg / Graveneck/ Paumgarten/ Fugger. Annumerãtur die Gesellschafft S. Georgen Schild/die Ritterschafft in Hegaw *Paurm. d. l.* Civ. Imp. Augspurg/ Vlm/ Schwäbische Hall/ Aelẽ Elbangẽ/ Dünckelspül/ Kauffbäurẽ/ Memmingen/ Kemptẽ/ Bieberach/ Isny/ Leutkirch/ Wangẽ/ Lindaw/ Ravenspurg/ Buchhorn/ Vberlingẽ/ Costentz/ Pfüllendorff/ Reutlingen/ Eßlingen/ Weil/ Wimpffen/ Heilbron/ Bopffingen/ Nördlingen/ Bucha am Federsee / Zell an Hammerspach/ Rotweil. 12 Suevicus.

Octavus†Rhenanus inf. ad quẽ referũtur Episcopi: Worms/ Speyer/ Straßburg/ Basel/ Lusan/ Metz/ Tull/ Verdun Abbates: Fulda/ Hirschfeld/ Murbach/ Münster in S. Gregorienthal. Abbatissa: Kauffingẽ. Præpositi: Weissenbach am vnter Elsaß. Odenheim. Principes: Meister des Johanniter Orden/ Hertzog von Lothringẽ/ Hertzog von Sophoy/ Pfaltzgraffe zu Spanheim/ Zweybrück vnd Simmern/ Landgraff zu Hessẽ. Comites: Nassaw Sarbrückẽ/ Wild vñ 13 Rhenanus inferior.

Rheingraffen/Falckenstein/Leyningen/Hanaw/Solms/Waldeck. Barones: Merßpurg/Befort/Kriechingen/Rappelstein Civitates: Keysersberg/Türckheim/Münster in S. Gregorienthal/Mülhausen in Elsaß/Colmar/Schletstatt/Roßheim/Offenburg/Straßburg/Hagenaw/Kronweissenburg/Landaw/Speyer/Wormbs/Franckfurt am Mayn/Friedberg/Wetzlar/& olim: Genff/Basel/Tull/Verdun/Metz.

14 Nonus † Westphalicus. Episcopos habet: Paderborn/Münster/Oßnabrück/Verden/Lüttich/Utrecht. Abbates: Stabel/Werden/S. Cornelii Münster. Abbatissas: Hervordt/Essen. Principes: Hertzogen zu Gülich/Cleve und Berge/Hertzogen zu Geldern. Comites: Nassaw Dillenburg/Nieder Eysenburg/Witgenstein/Sayn/Wied/Vietnberg/Manderscheid/Bentheim/Schaumburg/Ritberg/Lippe/Ostfrießland/Oldenburg/Brunchorst/Diessolt/Spiegelberg. Baronem: Winneberg. Civitates: Aach/Dortmünd/Süß/Hervord.

VVestphalicus.

15 Decimus † Saxonicus inferior, quem absolvunt Archiepiscopi: Magdeburgensis, Bremensis. Episcopi: Halberstat/Hildesheim/Minden/Ratzenburg/Werden/Suerin/Lübeck. Principes: Hertzoge von Braunschweig und Lüneburg/Hertzoge zu Meckelburg/Hertzoge zu Holstein und Schleßwig/ quibus annumeratur Rex Daniæ respectu ditionum ad Imperium pertinentium, Hertzoge zu Lawenburg. Civitates: Lübeck/Hamburg/Mülhausen/Northausen in Thüringen.

Saxonicus inferior.

Pro coronide notanter observandum monet *Rutger Ruland. de commiss. part. 1. lib. 5. c. 4. num. 54.* illos decem circulos,

16 quando in Comitiis circulariter † quid deliberandum, in sex tantùm contrahi. Quod ipsum & in præsentatione Assessorum Cameræ accidit. *Ordin. Camer. part. 1. tit. 2. Bertram. d. conclus. 14.*

CAPUT

CAPUT XXIX.

DE ELECTORIBUS, EORUM *Prærogativa, Potestate circa electionem & degradationem Cæsaris.*



HActenus de Statibus Imperii in genere à nobis fuit dictum, qui & quales illi sint: nunc in specie de illis erit differendum.

Inter Status verò Imperii, tanquam principales ejus columnæ, Electores † præcipuâ dignitate pollent, in tantum, 1
ut illorum dignitas regiæ † æquiparetur: *Petr. Heig. part. 1. q. 4.* 2
num. 15. Dan. Möller. lib. 1. semestr. c. 40. num. 1. Schrad. in tract. de orig. Elect. in pr. ubi ait: Sit sanè Principum aliorum ac Regum dignitas magna; hæc verò tantò major augustiorque est: quantò imperiali fastigio propior, ejusque quasi legitima & ordinata creatrix esse videtur. in quem modum extat etiam Decretum Cæsareum Rodolphi II. de dato 27. Julii Anno 1590. cui inter alia verba hæc inserta sunt: Daß der Churfürsten Hoheit vnd Authoritet mit eines Römischen Keysers Gewalt vnd Hoheit/ daher sie auch fleust/ dermassen verbunden/ daß eine ohne die ander nicht verschmehlert werden/ auch ohne die ander nicht bestehen kan/ ja daß die höchste Würde der Churfürsten/ damit sie vor andern Königen vnd Potentaten gezieret/ eben diese ist/ daß sie einen Römischen Keyser/ dessen Hoheit/ Authoritet vnd Gewalt alle andere vbertrifft/ von der auch alle andere herfleust/ zu wehlen haben. refert *Consultiß. Dn. Arumæus discurs. 4. ad Aur. Bull. conclus. 1. fol. 171. & Henric. Bruning. de var. univers. specieb. conclus. 10. ad lit. b.* Hinc est illud *Lutheri* in Tischreden/ c. 38. Die Churfürsten schrei-

Electorum dignitas regiæ similis.

den Königen Ewer Lieb/vnd nicht Ewer Gnaden/ denn sie sind Königen gleich geachtet. Quamvis verò Electores comparentur Regibus, Reges tamen non sunt. Comparatum enim comparato simile quidem, sed non idem est, vel ut habet tritum illud Logicorum: simile non est idem. Unde & nominibus & insigniis Regum carent. *Dn. Arumæ. discurs. 3. ad Aur. Bull. conclus. 11. fol. 130.* Sed ut Egnatius præfecturam prætorianam instar Imperatoriæ dignitatis haberi dixit, nisi quòd purpuræ trabeæque usu destituatur. *ex Francisc. Juret. epist. 11. lib. 1.* ita Electores regiæ dignitatis gradum obtinere citra nomen & insignia regia rectè statui poterit. *Heig. d. q. 4. num. 51.*

3 Dicuntur Electores ab † eligendo, quòd eligendi Imperatorem vel Regem Romanorum jus habeant. *Aur. Bull. Caroli IV. tit. 2. à pr. & c. venerabilem, extra de elect.*

4 Electores cap. 25. nu. 12. & 13. retulimus septem: † tres Ecclesiasticos: Archiepiscopum Moguntinum, Trevirensem & Coloniensem: & quatuor Seculares: Regem Bohemiæ, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandeburgensem.

5 Nihil † enim salubrius ad bella civilia declinanda excogitari potest, quàm ut non solùm multitudini populi, verùm & Optimatum pluralitati, Principis creandi potestas adimatur. *post P. Heig. illustr. quæst. 3. q. 1. num. 73. & Bodin. lib. 6. de Repub. c. 5. Theodor. Reinkingk lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. class. 3. c. 3. n. 2.* ideoque in Romano-Germanico Imperio saluberrimè ad septem Principes Electores eligendi Imper. Romanum jus & facultas translata. *num. 4.*

Cur septē Electores instituti.

6 Cur v. septem, † non plures, vel pauciores fuerint constituti, variæ à variis afferuntur rationes. Alii enim id factum respondent, quia sic placuit, uti de numero septem testium testamentis adhibendorum respondet *Herm. Vult. ad §. possunt. 5. Instit. de testam. num. 27.*

Alii ad numerum septenarium respiciunt, quem Hebræi *sacrum*: Galenus *perfectum* appellat: scilicet propter ejus præstantiam, dignitatem & efficaciam, quam vulgò ei tribuunt. Siquidem

dem magnæ in numero ſeptenario mutationes & operationes conſpiciuntur, de quibus præter alios agit *Benedictus Pererius in acroaſi Phyſic. Ariſtotel.* verùm cùm numero, quâ tali, per ſe nulla ſit efficacia, ut Philoſophorum docent Scholæ, hæc ratio ceſſabit. quin numeris quicquam velle efficaciæ tribuere, ad ſuperſtitionem quàm proximè accedere, judicat *Bertram. de comit. memb.* 3. numerumque ſeptenarium minimè eſſe perfectum, docet *Bodin.lib.4.de Repub.c.2.n.*419. *& ſeq.*

Alii ad imitationem Perſarum hoc inſtitutum referunt, ubi ſeptem Conſiliarii erant.

Scriptor Italicus *Onuphrius Panvinius de comitiis Imperatoriis cap. 9.* numerum hunc electioni accommodatum eſſe ſcribit, quòd tribus Electoribus à reliquis tribus diſſidentibus quartus alterutri parti accedens, diſcordiam componere poſſit. Verba ejus hæc ſunt: In univerſum VII. tantùm Electores ex utroque ordine Principum Germanorum, tam Eccleſiaſticorum, quàm Secularium, inſtituere placuit, quòd is numerus ſufficere viſus eſt, ut ſeditionum, ſchiſmatum & diviſionum tollerentur occaſiones, quæ in hiſce Imperii Comitiis (intellige particularibus) ob eligentium multitudinem aliquando ſubortæ erant. Maximè enim ad electionem is numerus accommodatus videtur. Tribus enim Electoribus, ab aliis tribus diſſidentibus, quartus omnem diſſenſionem & diſcordiam tollere poteſt, cujus unius ſuffragio Imperator vel Rex eligitur. Quatuor enim, & non pauciora ſuffragia, ex VII. Imperatorem vel Regem creant. *Sic ille.*

Sed & ea ratio, tanquam ad quemvis numerum imparem pertinens, nimis generalis dicitur *à Bertramo d. l.* Nec non *Dn. Arumæ. diſcurſ. 3. ad Aur. Bull. concluſ. 7. fol.* 124. tradit, quòd huic rationi numero ternario, vel etiam quinario ſatisfieri potuerit. Diſſidentibus enim, ait, duobus, tertius; vel duobus ab aliis duobus, quintus voto ſuo diſſenſionem tollere poteſt.

Quare ipsi hæc placet ratio, quatuor ideò Laicos tribus Ecclesiasticis additos esse: quia totidem Ordines eligere solebant Imperatores, ne ullus se præteritum queri posset, nec ordo Ecclesiasticus uno ex eorum consortio, propter summam eorum auctoritatem & potentiam in Comitiis contentus fuisset: duos verò propter votorum paritatem, quæ emergere poterat; hi enim quatuor Laicis additi numerum sexenarium æqualem constituissent, habere non poterunt. Tertius ergo addi debuit. Et *conclus.* 8. Ecclesiasticos non præteriri potuisse scribit, quia constat, eos à tempore Caroli Magni semper Comitiis interfuisse. Quod inter alios ostendit *Guntherus in Ligur. lib.* 1. de electione Friderici I. agens:

Hunc sacri celebresq; viri, quos laude serenâ
Infula, vel gladius mundo facit esse verendos,
Ex omni regione fluunt ad publica Regni
Commoda &c.

Et Guilhelm. Britto lib. 3. *Philippidos*:

Est etenim talis Dynastia Teutonicorum,
Ut nullus regnet super illos, ni prius illum
Eligat unanimis Cleri Procerumq; voluntas.

Quoad prius membrum ὁμόφυλος est *Panvin. d. c.* 9. *circa fin.* disputans, cur ex ordine Ecclesiastico tres tantùm, & ex Seculari quatuor electi fuerint. Ex Ecclesiasticis tres Archiepiscopos, & non plures in Ordinum Electorum fuisse cooptatos inculcat, quòd is numerus sufficere visus est: non unum, vel duos Archiepiscopos vel Episcopos, ne cæteris præjudicium fieret, quæ Moguntino, Coloniensi, & Treyirensi Archiepiscopis multa æquo animo propter eorum nobilitatem concessissent, quæ reliquis Collegis Archiepiscopis vel Episcopis negassent: cùm nulla deinceps esset ratio, cur unus Archiepiscopus alteri, vel Episcopus Episcopo præferendus esset. Specialiùs posteà id factum asserit,

eod.

bid. c. 9. & 6. primò, quòd vetustissimi & nobilissimi omnium Germanicorum Episcoporum essent. Moguntinus enim, ait, Metropolitanus est totius Germaniæ, à S. Bonifacio primo Archiepiscopo institutus: Coloniensis verò Archiepiscopus ideò Cancellarii dignitatem obtinuit, tùm propter antiquitatem, tùm etiam, quòd in ejus diœcesi Aquisgrani, Regis inauguratio celebretur. Omnium vetustissimus est Trevirensis Episcopatus à S. Petro Apostol. institutus in Galliis. Secundò: quia Archicancellarii essent Imperii, per hujus Provincias seu Regna, Germaniam scilicet, Italiam & Galliam. Quòd si enim Imperator concederet in Italiam, Archiepiscopus Coloniensis Privilegia vel Diplomata Imperialia signabat, & ejus interventu ac nomine edebantur. Si in Galliam, id munus obtinebat Trevirensis. Per Germaniam verò Moguntinus. Horum autem trium Cancellariorum (seu ut posteà usurparunt, Archicancellariorum) institutionem paulò ante, vel potiùs circa primi Ottonis Imp. tempora, exortam fuisse, ex ipsorum Imperatorum privilegiis, vel diplomatibus publicis se observasse, asseverat, quorum multa habeat exemplaria, ex ipsis archetypis, per varias terræ Italicæ urbes conquisitis. Moguntinum tamen Archicancellariatus dignitatem à Carolo Magno obtinuisse, & ostendere id diploma confirmationis Monasterii Gengebachensis, in quo interventu petitionis Lutwardi & Archicancellarii se ad eam permotum perhibet Carolus Magnus, *ex Crus. part. 1. lib. 11. c. 4. Annal. Suevic. & Knich. de Saxon. non provoc. jur. verb. Electorum, c. 1. num. 47.* refert *Dn. Arnmæ. discurs. 1. ad Aur. Bull. conclus. 23 fol. 56.*

Verùm postquam Aquila Imperii tot modis deplumari cœpit, Moguntino excepto, cæteris præter nomen nihil remansit. *Panvin. d. l. Bertram. conclus. 32.* ubi etiam notat *P. Gregor. lib. 6. de Repub. c. 13. num. 25.* quando Moguntinum Archipræsulem Germaniæ, Trevirensem Galliæ, Coloniensem Italiæ nomine eligere existimat: cùm non tam electionis, quàm muneris intuitu, diversâ Regnorum notâ signentur.

Atque hic numerus septenarius ad tam strictam † observantiam redactus est, ut cùm Maximilianus I. aliquando Electores 7

pertentaret,& efficere conaretur,ut præter alia privilegia Archiducibus Austriæ concessa, unà cum ipsis jus eligendi Imperatorem haberent, nihil effecerit. *Hartman. Maur. in histor. de coronat. Caroli V. fol.* 868. *Marquard. Freher. ad P. de Andlo lib.* 2. *c.* 1. *Sixtin. lib.* 1. *de Regal. c.* 4 *n.* 35.

8 Ad Ecclesiasticos † quod attinet,ad eos jus electionis non tanquam ad Ecclesiasticos,sed tanquam ad Principes Imperii spectare, vulgò creditur & asseritur. *Excellentiss. Dn. Arumæ. discurs.* 1. *ad Aur. Bull. conclus.* 23. *fol.* 56. *à pr. & discurs.* 3. *conclus.* 8. *fol.* 126. *Matth. Stephani de jurisdict. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 5. *n.* 58. per discursum in Aurea Bulla dicuntur Principes Electores. Quamvis sint, qui negant, Clericum simul Magistratus Secularis personam sustinere posse, propterea quòd non conveniat Psalterium cum Cythara. quæ quæstio non est hujus loci.

9 Facultas autem eligendi † Cæsarem, ad integrum Electorum Collegium pertinet, non ad singulos singulariter, quod quidem visum est *Hostiensi in d. c. venerab. §. verum. de lect.* à quo dissentiunt *Zabarell. Panormitan. Johann. de Imol. in d. §. verum.* & refutant *Ludolphus de Babenberg. in tractat. de juribus Regni & Imperij Roman. cap.* 6. *Petrus de Andlo lib.* 2. *de Imper. Rom. cap.* 3. *Henning. Gœden. consil.* 1. *quæst.* 2. *n.* 7. *Sim. Pistor. consil.* 1. *n.* 9. *vol.* 1. *inter consilia Modestini.* Ubi ad eos,tanquam ad corpus & universitatem, & sic collegialiter pertinere ostendunt, ac proinde habendam eorum electionem, ac si à tota universitate Principum & populi, à quibus in ipsos ea potestas translata est, facta esset. *argum. l. item eorum. §. si decuriones.* 1. *ff. quòd univers. nom. Fulvius Pacianus lib.* 1. *de probat. c.* 35. *num.* 30.

Jus eligendi Imp. ad Electores collegialiter pertinet.

Sufficit tamen in perficienda electione etiam majo-
10 ris † partis consensus. *Aur. Bull. tit.* 2. *§. præstito, & §. seq. postquam.* Universitatis enim major pars quod fecit, omnes de universitate fecisse censentur. *l. quod major.* 56. *ff. ad municip. c. licet.* 6. & 55. *extr. de elect. c.* 1. *de iis, quæ fi. à major. part. capit. Gœden.*
11 *d. n.* 7. cũ n. homines ex natura † sint faciles ad dissentiendũ. *l. Litë si* unius

unius. §. *principaliter. ff. de ambit.* nihil posset per universitates perfici vel finiri, si non staretur in factis universitatum majori parti. Disertè etiam hanc sententiam confirmat Constitutio † Carolina *d* §. *præstito. ibi: nisi priùs major pars ipsorum temporale caput mundi elegerit. &* §. *postquam. ibi: Posteaquam in eodem loco ipsi vel pars eorum major numero elegerit.* 12

An verò Elector aliquis Laicus † se ipsum eligere, suâque voce eligentium numerum augere possit, quæritur? quòd sic, rectè affirmant *Cardin. Zabarell. in d.* §. *verum. col.* 3. *de elect. Bald. in l. planè, in verb. elect. ff. quod cujusq. univers. nom. apud Dn. Goldast. in Pol. Imperial. part.* 2. *discurs.* 4. *fol.* 230. *Lancellot. in templ. omn. judic. lib.* 2. *c.* 1. §. 2. *q.* 4. *n.* 8. *& Marquard. Freher. in not. ad P. de Andlo, c.*2. Quod tum demum procedit, si tres elegerint quartũ ex numero Electorum, tunc enim electus in sui electionem consentire, & suâ voce numerum augere potest. *text. in Aur. Bull. tit.* 2. §. *fin. Excellentißim. Dn. Arumæ. discurs.* 2. *ad Aur. Bull. conclus.* 22. Hoc practicatum à Ruperto Palatino, qui cùm ab Electoribus Moguntinensi, Trevirensi & Coloniensi fuisset electus, se ipsum quarto voto sublevavit, & Imperator legitimè est creatus. 13

An quis se ipsum eligere possit.

Non solùm autem jus electionis, sed & degradationis, † justis atque gravissimis de causis, est penes Electores, nòn Pontificem Romanum, talem sibi degradandi licentiam vendicantem *in d. c. venerab. c. ad Apostolicæ, de sent. & re judic. in* 6. *c. alius.* 15. *q.* 6. quamque asserit *Lancellot. in templ. omn. jud. lib.* 1. *c.* 1. §. 6. *q.* 6. Ejus † enim est depositio, cujus est electio, per vulgaria jura. 14 15
Sic Collegium Electorale Adolphum † Imperatorem, ut indignum 16
Imperio dejecit, quia Principes Imperii neglexit, indignos extulit, publicè adulteria patravit: virgines, moniales, viduas, vi constupravit, fidem & literis & sigillo roboratam violavit. *Aventin. lib.* 7. *Cuspin. in ejus vita.* Sententia exauctorationis *à Dn. Goldasto* relata est *inter Constitutiones Imperiales tom.* 1. *fol.* 139. *& seqq.* Si-
milique auctoritate contra Wenceslaum † Bohemum, Caroli IV. 17
filium usi sunt Archymistæ. Cùm enim ille vino, ventri, veneri

dies

dies noctesque inserviret, majorem gulæ, quàm Regni curam haberet, salutemque publicam in extremum conjiceret discrimen; ab Electoribus post crebras, sed spretas monitiones Imperio exutus est, omniaque ipsius rescripta privilegiaque sunt cassata, *Æn. Sylv. in Histor. Bohem. Onuphrius Panvinius in tract. de Comit. Imperatoris c. 12. Peucer. lib. 5. Chron. Carion.* Dignus Wenceslaus, inquit *Cuspinianus in ejus vita*, qui non diadema in capite, sed laqueum in collo gestaret: nec inter Reges, vel Romanos, vel Bohemos, sed inter histriones, ac potiùs porcos numerandus. De hoc Wenceslao fertur, quòd fuerit auri contemptor, at vini amator. Cùm enim civitates Imperii, post illius dejectionem, novo Imperatori Ruperto, Bavariæ Duci, juramenta more majorum præstitissent, Norinbergenses protestati sunt, se vivente Rege suo, non juraturos alteri, nisi ab ipso Wenceslao essent juramento absoluti. Miserunt ergo Oratores suos ad Wenceslaum, qui ejus sententiam explorarent, oblatis viginti millibus aureorum, si eos absolveret. Ubi ille contempto auro, mox eos absolvit, jubens, ut vini Rhenani optimi plaustra aliquot sibi mitterent, referente *Bucholzero in sua Chronologia.*

CAPUT XXX.

DE ELECTIONIS OCCASIONE & tempore, antecedentibus seu præparatoriis, loco, modo, ordine votandi, effectibus & consequentibus.

DE Personis eligentibus & potestate electionis, progredimur ad ejus occasionem, præparatoria, locum, modum, ordinem votandi, effectus & consequentia.

Occasio

Occasio † verò electionis est vacatio Imperii, quæ contingit 1. morte † Imperatoris. *Aur. Bull. tit.* 1. §. *cùm autem.* 1

Occasio electionis.

2. Voluntariâ † resignatione, factâ in manus Electorum, non Pontificis. Siquidem ab illis, non ab hoc Imperium accipit Imperator, ut ostendimus supra cap. 18. ita Carolus V. licet à Pontifice consecratus, jus tamen Imperii ad manus Electorum, à quibus acceperat, resignaverat. *Paurmeist. de jurisdict. Imp. Rom. l.* 2. *c.* 3. *num.* 31. Et illa cessio, itemque abdicatio Regni dicitur, fitque ob senectutem, morbum, vel si aliam ob causam Imperator Imperio præesse vel nolit, vel non possit. An verò Imperator à se abdicare Imperium possit, controvertitur? Negativam tuetur *Bald. in l. Barbarius,* 3. *ff. de offic. Prætor.* & *Villalob. in com. opin. lit. p. num.* 222. *vers.* & *ultra illud.* Affirmativam verò *Vasquius lib.* 1. *controvers. illustr. c.* 11. *num.* 17. & *seqq.* & novissimè *Matthias Stephani de jurisdict. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 22. & *lib.* 2. *c.* 1. *num.* 145. quam confirmant exempla tùm antiquiora, ut Diocletiani & Maximiniani, itemque Lotharii I. monasterium ingredientis: tùm recentiora, ut Caroli V. *apud Sleidan. lib. ult. Comment. in fin. de Anno* 1556. cujus renunciationis tenorem vide *apud Wilhelm. Godelævum in Polit. Imperial. Nobilissimi Dn. Goldasti lib.* 7. *discurs.* 1. *fol.* 380. 2 3

3. Remotione † ab Imperio ob gravissimas causas factâ ab Electoribus, cujus rationes & exempla protulimus in cap. præced. nu. 14. & seqq. 4

Antecedentia & præparatoria † electionis spectant vel ad Archiepiscopum & Electorem Moguntinum solum, vel ad reliquos Electores omnes. 5

Antecedentia.

Ad Moguntinum † solum pertinet *convocatio seu intimatio.* Nam is auditur Decanus † Collegii Electoralis. *Henricus Monachus in Annal. Rebdorff. fol.* 427. *Æn. Sylvius in Germania c.* 30. *Restaur. Castald. de Imperat. quæst.* 8. *num.* 6. Unde caput Collegii dicitur. *Franciscus Marc. decis.* 923. *numer.* 2. & 10. & *decis.* 1365. *num.* 1. *p.* 1. Et quamvis Carolus Quartus *in Aurea* 6 7

Convocatio Electorum, quæ fit à Moguntino,

Bulla tit. 4. §. *cæterùm.* jus vocandi cæteros Electores ab antiquo competiisse dicat Archiepiscopo Moguntino: constat tamen ex
8 historiis, quòd Palatinus † Rheni istam potestatem convocandi habuerit. *Cuspinian. in vita Caroli IV.* dicens: Palatinus Rheni tum habuit convocare Electores, non Moguntinus, qui à parte Caroli vocationem fecerat. *Et in vita Ruperti* ait: In depositione Wenceslai Rupertus Comes Palatinus Rheni ex officio Imperii Principes ad publica convocavit Comitia: nondum enim Aurea Bulla Caroli firmata erat. Idemque testatur *Andr. Knich. de jur. Saxon. non provoc. verb. Electorum, num.* 245. Is tamen Rupertus post Carolum IV. vixit.

9 Alii vicissim jus convocandi ad Collegium † Electorum olim pertinuisse sentiunt. vide *Marquard. Freher. in not. ad Pet. de*
10 *Andlo lib. 2. cap. 2.* vel etiam ad Electores † alternativè. *Buxdorff. in*
11 *dissert. ad Aur. Bull. conclus.* 17. *ad lit. b.* vel commune cum † Moguntino Palatinum exercuisse. *idem Buxdorff. sub lit. c.* quod etiam vult *Auctor libri de jure Cæsareo & Regio, allegat. à Schardio de elect. c. 9.* in quo ille Moguntino Palatinum conjungit, ajens: Cùm electionem facere volent, conventum Francofurtum indicunto, Moguntinus sub pœna censuræ Ecclesiasticæ, Palatinus sub pœna proscriptionis. Eadem sunt verba Germanica im Sächs. Landrecht *c.* 27. §. 3. de conventu electionis indicendo: So sollen sie ein Gespreech gebieten zu Franckfurt/ das soll gebieten der Bischoff zu Meintz bey dem Bann/ und der Pfaltzgraff beym Rhein soll es gebieten bey der Acht.

12 Quòd verò hodiè † penes Moguntinum solum hoc jus sit,
13 omni caret controversia. Quare is à die † notitiæ obitus Imperatoris intra mensem continuò numerandum. *A. B. tit.* 1. §. *cùm autem.* reliquis Coelectoribus omnibus & singulis electionem per suos nuncios Legales patentibus literis intimat & denunciat, ut à die datarum literarum intra tres menses continuos, omnes & singuli Principes Electores Francofurti ad Mœnum, ad electionem Rom. Regis in Cæsarê promovendi, conveniant, vel Legales suos nuncios cum plena & omnimoda potestate, suisque patentibus

bus literis, majori cujuslibet eorum sigillo signatis, mittant. §. *præterea. eod. tit.*

14 Quod si Moguntinus elapso † menstruo spatio, in intimatione hujusmodi negligens aut remissus fortassis extiterit, tenentur Electores intra spatium trium mensium, motu proprio, Francofurtum non secus, ac si vocati essent, venire. *d. § cùm autem.* Nec enim socordia † Decani obesse debet, aut etiam Imperium custode destitutum detrimenti aliquid ob negligentiam unius sustinere. *Amplißim. Dn. Arumæ. discurs. 1. in Aur. Bull. conclus. 30. fol. 66.* 15

Si Elector legitimè † vocatus, nec in propria persona compareat, nec Legales suos nuncios cum libera & omnimoda potestate mittat, electionis voce & jure pro ista vice debet carere. *d. tit. 1. Aur. Bull. §. Princeps verò.* Absentium † siquidem legitimè vocatorum ratio non habetur, adeò ut præsentes electionis actum perficere possint. *arg. l. rescriptum. ff. de pact. Wesenbec. in paratit. quod cujusq. univers. nom. nu. 4. Reink. d. c. 3. num. 11.* Idem juris, si ab electionis † loco, antequam Rex Rom. legitimè electus est, non relicto procuratore legitimo, recedat. *eod. §. Princeps.* quia paria sunt non venire, vel non exspectare ad finem. *c. 1. extr. de judiciis. c. certum causa 11. q. 3.* 16 17 18

Quod si Elector aliquis tardiùs † adveniat, ante tamen finitam electionem, in eo statim admitti debet, in quo ipsa electio erat adventus sui tempore. *tit. 2. A.B. §. postquam.* 19

Si verò non unus, sed plures, † & fortè major Electorum pars emanserit, aut recesserit de loco, ante finitam electionem, an pars adhuc minor ad electionem procedere poterit? contra nonnullos id affirmat *Arumæus d. discurs. 1. conclus. 34. & discurs. 2. conclus. 18. Buxdorff. in dissert. ad Aur. Bull. conclus. 25. per d. §. Princeps.* qui vult, recedentem privari voto suo, privabitur ergo non unus saltem, sed & alter, tertius & quartus. Utrobique † enim, dicit *Arumæ.* contemptus, qui negotia publica impedire non debet, viget. 20 21

1. Quia jure Canonico † recedens, & vocem, quam in electione habebat, amittit. *c. licet. extr. de elect.* Quare si nonnul- 22

si de capitulo exierint, illi qui remanent, nihilominus illa, quæ perficienda sunt, implere poterunt. *Panormit. in c. cum vobis. eod. tit.* Atque ita de Cardinalibus è conclavi exeuntibus, *per d c. licet*, tradit *ibi Abbas*, & alii relati à *Buxdorff. sub lit. d.*

23 3. Ne illorum absentia vergat † in grave Reipub. detrimentum, contra *l. 45. C. de Decur.*

4. Quia juxta Ulpianum *in l. 7. §. 2. quod cujusq; univers.*
24 *nom.* jus Collegii † seu universitatis ad unum recidere, & apud eum manere potest, si reliqui vel inhabiles, vel absentes, vel mortui sint. ubi pulchrè ait *Glossa*: Licet unus non sit universitas, nec universi, nec universus, retinetur tamen per eum jus universitatis, licet per unum ab initio constitui universitas non possit, sed per tres. *l. Neratius ff. de verb. signif.*

25 5. Propter subsecutam † observantiam in electione Ruperti, ubi quatuor tantùm adfuisse, testatur *Trithem. in Chron. Spanheim. de Anno* 1400. *& Avent. lib. 7 Annal. Bojor.*

26 Quod si verò unus prætereatur, † nec ad electionem vocetur, electionis à reliquis factæ, retractandæ & annullandæ licentiam habet. *c. quod sicut. de elect. c. in genesi eod. tit. Lancellot. in templo omnium judicum lib. 1. c. 1. §. 2 q. 4. Petrus de Andlo lib. 2. de Imperio Romano c. 3. Præstantiss. Buxdorff. conclus. 18. lit. e. & f.* exemplis id comprobans. Plus enim unius non vocati contemptus, quàm multorum contradictio obstat *c. venerabilem. extr. de elect. & electi potest. Arum e. vol. 1. discurs. Acad. 4. fol. 37. à pr. & discurs. 1. ad Aur. Bull. conclus. 26. fol. 58.*

27 AnRex Bohemiæ sit vocandus. De Rege † Bohemiæ, an sit Elector, seu habeat votum, atque adeò necessariò sit citandus, diversæ sunt opiniones, diversa præjudicia.

28 Votum † ipsi simpliciter denegat Speculum Saxonicum *lib. 3. art. 57.* Der Schenck des Reichs (Rex Bohemiæ) hat kein Wahl / darumb daß er nicht Deutsch ist. *Et Abbas Stadensis in Annal. sub Anno* 1220. Bohemiæ Regem, ait, Pincernæ munere fungi, sed non eligere, quia non sit Teutonicus. Quod Auctor hic è Speculo Saxonico descripsisse, videtur *Herm. Kirchn. disp. 4. de Repub. act. 2. fol. 81*, cujus eadem cum eadem causa apposita verba sunt.

sunt. Qua de causa factum opinari licet, ut Sigismundus Rex Poloniæ, Ludovici Ungariæ & Bohemiæ Regis impuberis patruus, qui anno 1519. Legatos suos cum ingenti pompa Francofordiam ad conventum Electoralem miserat, ut administratorio nomine vices suas in electione Regis Romanorum gererent, tanquam extraneus & inhabilis à jure & potestate ferendi, suffragandi & eligendi exclusus fuerit, sicut ex actis electionis Caroli V. constat, & refertur *à Domino Arumæo discurs. 5. ad Aur. Bull. conclus. 2. fol.* 208.

Alii † verò, inter quos *Petr. de Andlo* (qui sub Friderico III. 29
vixit & scripsit) *lib. 3. cap. 2. Albert. Crantz lib. 8. Saxon. cap 5.* Votum quidem Regi Bohemiæ concedunt, sed tunc demum, cùm vota aliorum sint æqualia numero, ut ipse arbiter existat. Et sic votum ejus non tam erit electio, quàm Electorum dissentientium compositio, instar judicis partes componentis. Nec non *Dubravius*, diligens alioquin rerum Bohemicarum scriptor, & Regiæ Bohemicæ dignitatis sedulus assertor, *lib. 6.* ait: Additus tamen sex illis Principibus posteà Rex Bohemus fuit Elector septimus, ad tollendam discordiam, quæ inter pares numero pari suffragio concurrente, nonnunquam intercedebat. Quibus novissimè subscribit *Schönborn. lib. 5. Polit. c.* 33. existimans, quòd si consentientibus suffragiis tres Electores in unum conspirent, reliqui tres in alium, potestatem habeat Rex Bohemiæ, alterutrum ex illis eligendi, & ad Imperatoriam dignitatem evehendi. Quam sententiam jam antè etiam Legistæ & Canonistæ fuerunt amplexi. *Bald. in Margarita. Alberic. in l. benè à Zenone. C. de quadrienn. præscript. Hostiens. & Cardin. in c. venerabilem, de elect. Gloss. in c. ad Apostolicæ. de sentent. & re judic.*

Verùm ut ut illud ante † Rodolphi I. Imperiũ fuerit, inquit 30
Kirchner. d. auct. 2. fol. 82. (fuisse autem, probat Decretum Ottonis IV. Imp. de Anno 1209. quod extat *apud Nobiliss. & Magnificum Virum Dn. Melchiorem Goldastum Haiminsfeldium tomo 3. constit. fol.* 371. Imperatorum nullus hereditariam dignitatem vindicato. Principes sex, sacri ordinis tres: Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis. Seculares totidem, Comes Pal. Rheni, Dux Saxoniæ, &

 Mar-

sunt. Qua de causa factum opinari licet, ut Sigismundus Rex Poloniæ, Ludovici Ungariæ & Bohemiæ Regis impuberis patruus, qui anno 1519. Legatos suos cum ingenti pompa Francofordiam ad conventum Electoralem miserat, ut administratorio nomine vices suas in electione Regis Romanorum gererent, tanquam extraneus & inhabilis à jure & potestate ferendi, suffragandi & eligendi exclusus fuerit, sicut ex actis electionis Caroli V. constat, & refertur *à Domino Arumæo discurs. 5. ad Aur. Bull. conclus. 2. fol. 208.*

Alii † verò, inter quos *Petr. de Andlo* (qui sub Friderico III. 29
vixit & scripsit) *lib. 3. cap. 2. Albert. Crantz lib. 8. Saxon. cap 5.* Votum quidem Regi Bohemiæ concedunt, sed tunc demum, cùm vota aliorum sint æqualia numero, ut ipse arbiter existat. Et sic votum ejus non tam erit electio, quàm Electorum dissentientium compositio, instar judicis partes componentis. Nec non *Dubravius*, diligens alioquin rerum Bohemicarum scriptor, & Regiæ Bohemicæ dignitatis sedulus assertor, *lib. 6.* ait: Additus tamen sex illis Principibus posteà Rex Bohemus fuit Elector septimus, ad tollendam discordiam, quæ inter pares numero pari suffragio concurrente, nonnunquam intercedebat. Quibus novissimè subscribit *Schönborn. lib. 5. Polit. c. 33.* existimans, quòd si consentientibus suffragiis tres Electores in unum conspirent, reliqui tres in alium, potestatem habeat Rex Bohemiæ, alterutrum ex illis eligendi, & ad Imperatoriam dignitatem evehendi. Quam sententiam jam antè etiam Legistæ & Canonistæ fuerunt amplexi. *Bald. in Margarita. Alberic. in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscript. Hostiens. & Cardin. in c. venerabilem, de elect. Gloss. in c. ad Apostolicæ. de sentent. & re judic.*

Verùm ut ut illud ante † Rodolphi I. Imperiū fuerit, inquit 30
Kirchner. d. auct. 2. fol. 82. (fuisse autem, probat Decretum Ottonis IV. Imp. de Anno 1209. quod extat *apud Nobiliss. & Magnificum Virum Dn. Melchiorem Goldastum Haiminsfeldium tomo 3. constit. fol. 371.* Imperatorum nullus hereditariam dignitatem vindicato. Principes sex, sacri ordinis tres: Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis. Seculares totidem, Comes Pal. Rheni, Dux Saxoniæ, &

Marchio Brandeburgensis, eum deligunto. Hi si discordes fuerint, Bohemiæ Regem cooptanto.) certum est, Regem Bohemiæ Wenceslaum, Cæsaris generum, non modò Regis nomine & dignitate, sed etiam Pincernæ & Septemviri Imperialis honore, instar reliquorum, absolutè & omnibus numeris perfectè esse con-
31 decoratum, *ex Frehero*. Posteriore † verò Caroli IV. Imperio Bohemicum suffragium Aureæ Bullæ ita insertum, & lege Imperii haud aliter, quàm reliquorum creatorum sententia, confirmatum. *Aur. Bull. tit. 2. §. primò quidem.* ubi tertius in dicenda sententia locus attribuitur Regi Bohemiæ, qui inter Electores Laicos ex regiæ dignitatis fastigio jure & meritò ibi dicitur obtinere primatum. Quia igitur votum suum profert, antequam reliqui Seculares Electores suas sententias dixerint, nec ubi dissenserint, necesse est, ut sit Elector, & purum putum, ac ordinarium habeat votum. Et *tit. 7. §. 1.* asseritur: Sanè generaliter longè latéque & publicum quasi per totum orbem manifestum, illustres Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandeburgensem, virtute regni & principatuum suorum, in electione Regis Romanorum, in Cæsarem promovendi, cum cæteris Principibus Ecclesiasticis, jus, vocem & locum habere, & unà cum ipsis censeri & esse veros legitimos sacri Impe-
32 rii Principes Electores. Audin' etiam ante † Bullam votum illud
33 habuisse Bohemum? Posteà jura † Electoralia in Comitiis Mensibus ipsi confirmavit Rupertus Palatinus, Imperii Vicarius, vid. *Dn. Arumæ. d. discurs. 5. ad Aur. Bull. conclus. 2. fol. 211. à pr.* Et Rodolphus I. in acta publica referri jussit, quòd Rex Bohemiæ Electoribus Imperii sine ulla ambiguitate annumerari debeat.
34 *Dubrav. lib. 8. hist. Bohemicæ.* Quocirca cùm in electione † Maximiliani I. quòd fortè non satis conveniebat inter Fridericum Cæsarem & Regem, præteritus fuisset Ladislaus Bohemus, adeò non dissimulanter tulit, ut pœnam Aureæ Bullæ, in quam inciderant Principes, acerrimè interpellando postulare non cessaret, & arma minaretur: nec in gratiam redire vellet, nisi eâ conditione, ut remitteretur Regibus Bohemiæ jus illud Imperatorum, quo Imperatores in Italiam in personis euntes, comitari coguntur, aut

loco

loco ejus servitii liceret 800. Ducatos, quoties Imperatorem trans Alpes transcendere contigerit, exsolvere. Quod cum negatum, & recusatum esset ab Electoribus, tandem à Cæsare Friderico res fuit decisa, & pactio invicem inita, cujus tenor est *apud Nobilissim. Dn. Goldast. in tomo* 2. Reichssatzungen / *fol.* 178. ne Reges Bohemiæ sub pœna 500. marcar. auri puri in posterum excluderentur, & ita electionē Maximiliani ratam habuit, nec reliqui Electores alio obtentu, nisi quòd urgentibus de causis ad subitaneam illam electionem convolassent, usi sunt, *Hartman. Maur. in coronat. Caroli V.*

Adhæc: Electoratus † & munia, quibus funguntur Electores, nexu junguntur adamantino, nec à se invicem separari queunt. *Andreas Knich. de jur. Saxon. non provoc. verb. Electorum c.* 1. *nu.*216. Quia itaque Rex Bohemiæ insigni Electoratus (Archipincernæ Imperii) officio fungitur, jus quoque eligendi haud dubiè ei competit. *Bertram. de comit. concluf.* 31. ubi huic opinioni intrepidè accedit: itemque *Clariss. Arumæ. d. conclus.* 2. *Daniel Otto in jur. public. dict. cap.* 10. *fol.* 252. *in fin. & sequentib. edit. Anno* 1617. 35

Ratio quæ à Legislatore juris † Saxonici, & Alberto Stadensi in medium affertur, quòd Rex Bohemiæ non sit Teutonicus, nihil officit, ut ad oculum demonstrat *Dn. Arumæ. fol.*210. si enim ideò, inquit, quia Bohemus Teutonicus non est, non eligit, utique à contrario, si probetur, quòd Teutonicus sit, vel consentiente Stadensi, eligere poterit. Atqui Bohemos Germanis permixtos ipsam Germaniam inhabitare, fatetur *Dubrav. lib.* 9. *hist. Bohem.* sic & *Marquard. Freber in notis ad P. de Andlo d. c.* 2. tradit, quòd Stadensis & Speculi Saxonici ratio non usq; adeò liquida sit, cùm sub Germania magna, qualem quidem Geographi describunt, Bohemia Germanis populis undique circumdata & cincta sit, quin etiam *Æneas Sylvius c.* 1. *histor. Bohem.* Bohemiam Germaniæ portionem facit, quibus tamen nullo modo accedit *Bertram. conclus.* 24. si id de Germania, quatenus quâque ratione hodiè ab aliis Regnis ac Provinciis discernitur, intelligant: quia 36

Bohemi

Bohemi linguâ Germanicâ non utuntur, nec legibus aut institutis Germanorum regũtur. Verùm apud Bohemos in templis plebem sermone Teutonico doceri, testatur *Munsterus lib. 3. in descript. Regni Bohemici*, & ego hujus rei testis sum, quodque promiscuè linguâ Germanicâ utantur, præsens audivi.

Et hæc de convocatione Electorum, quæ ad solum Moguntinum pertinet.

37 Ad cæteros † Electores spectat *Comparitio*. Scilicet vel immediata in propria persona, vel mediata, per nuncios suos Legales, cum plena & omnimoda potestate.

Comparitio Electorum.

Et quia ordinatio Bullæ vult, ut tales nuncii habeant plenum & sufficiens mandatum, mit allem vollkommen Gewalt: hinc

38 quæritur: an idonea † censeatur instructio, si misso nuncio mandatum vel ad certam personam, vel familiam eligendam fuerit datum. Et licet aliàs procuratori mandatum ad certam personam eligendam, possit dari, *text. in c. si quis justo. §. porrò. de elect. in 6. & ibi Ph. Franc. Felin. in c. quamvis. de offic. deleg. P Belluga in Speculo Princ. rubric. 45. §. quamvis. n. 1. Dan. Otto d. c. 10. fol. 259.* exemplo Waldemari Marchionis Brandeburgensis, qui Legato suo in mandatis dedit, ut certam personam, nempè Fridericum Austriacum eligeret: cumque is neglecto Principis sui mandato, Ludovicum Bavarum elegisset, in carcerem eum detrusit & enecari fecit. *Crantz. lib. 9. Saxon. c. 8. Huld. Mut. lib. 24. Chron. in Princ.* Id tamen, nisi aliud consuetudine receptum, vix credit *Buxdorff. conclus.* 23. nec admittit *Reinkingk. lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. class. 3. c. 3. num. 8 & num. 9.* ait: Cùm electionis vota non sint particularia, sed collegialia, hoc est, collegialiter ferenda in ipso Electorum conventu, prævia diligenti deliberatione, ex deligantis arbitrio ita restringi non debent.

39 Electoribus autem vel ejus nunciis, abituris ad † electionis actum celebrandum, à Principibus, Comitibus & Civitatibus *salvus conductus* sub gravi pœna est præstandus. *d. tit. 1. §. quamvis.* Scilicet tanquam munus personale Imperio debitum, non ut est particula juris territorii, die Geleitsherrligkeit/ *Bort. part. 1. Jurisp. public. c. 2. th. 28.*

Salvus conductus.

Locus

40 Locus.

Locus † electionis celebrandæ olim fuit arbitrii Electorll. *Sleid. lib.7.* Nam Henricus II. Moguntiæ fuit electus. *Martin. Scot. in Chron. lib. 3. in vit. Henric.* item Henricus IV. *Abbas Ursperg. in Chron. de Anno M. C. VI.* Henricus III. Aquisgrani. *Crantzius in Metropoli, lib. 4. cap. 10.* Quintus, Wormatiæ. *Frisingens. lib. 7. c. 40.* Conradus Suevus Confluentiæ. *idem Frisingens. lib. 1. c. 2. de reb. gest. Frider. Imp.* Quanquam negari nequeat, plures Francofurti fuisse electos. *Dn. Arumæ. discurs. 1. ad Aur. Bull. conclus. 35. fol. 72.* ubi tradit ex *Munstero lib. 3. in descript. German.* quòd primus ibi Arnolphus electus fuerit Imperator. Ante Carolum IV. receptum fuisse, ut Regis Romani, futuri Imperatoris in civitate Francofurtensi celebraretur electio, ipse refert *tit. 28. A. B. §. invenimus*, & testatur *Wimpheling. in epit. rer. German. c. 44. Heinznerus in Itineraria, fol. 177.* unde disputatum de quorundam electionibus olim, quæ alibi peractæ. Quo nomine etiam ipsius Caroli IV. electio nonnullis Imperii Principibus improbatur, quòd non in loco debito, hoc est, Francofurti, electus esset. *Cuspin. in vita Caroli.* Et Hermannus Lotharingiæ Dux contemptim ob id appellatus Rex alliorum, quòd Islebiæ, quæ allii ferax, non legitimo in loco esset electus. *Rivan. in Chron. Thuring. Spangenb. in Chron. Mansfeld.* Verùm cùm pro arbitrio, nec ullâ interdum necessitate alio atque alio loco electio perageretur, à Carolo ad juris observantiam & necessitatem locus est redactus, ut electio peragatur in civitate Imperiali Francofurtensi ad Mœnum. *d. §. prætereà. cum seq. tit. 1. Aur. Bull. & alibi passim.* omnesque Impp. subsequentes à tempore promulgatæ Bullæ Francofurti electi sunt, ut demonstrat *Dn. Arumæ d. conclus. 35. fol. 72. circa fin.* Et quamvis, ait, Ferdinandus Coloniæ in Regem Rom. electus sit. *Sleid. lib. 7.* attamen abdicatio Imperii à Carolo Francofurti facta est, ibidemque ab Electoribus demum in Imperatorem electus est. *ex Godlev. de abdicat. Caroli V.* ubi hoc obiter noto, Electorem Saxoniæ contra electionem illam, ceu vitiosam, aliquot de causis fuisse protestatum. *Sleid. d. lib. 7. in fin. fol. 191. & lib. 8. fol. 196. 199. 206.* Rodolphus solus extra solitum locum Ratisbonæ in Comitiis electus est. *è Thuan. lib. 60. idem Arumæ. fol. seq. 73. à pr.* cujus electionem

& causæ & consensus excusare poterunt. *Bortius part. 1. Jursp. Rom. public. c. 2. th. 20. ad lit. a.*

41 Quia igitur publicâ † Legis anctoritate locus electionis est designatus, ab Electore Moguntino non nisi legitimo impedimento interveniente. *d. §. invenimus. in fin. tit. 28. Aur. Bull.* ut si locus non sit tutus propter pestem, aut bellum *Arumæ. d. conclus. 35. fol. 77. Fr. Marc. decis. 559. num. 4. & seq p. 2.* & de consensu collegarum *Reink. d. c. 3. n. 19.* mutari non debet.

42 Ad locum hunc solitum quilibet Elector certo † & præscripto comitatus numero venit, utpote 200. equitum, in quo 50. tantùm armati, vel pauciores, sed non plures. *A. B. tit. 1. §. Debet autem.* ne scilicet nimium civitas oneretur. *Bort. d. cap. 2. th. 27.* quod tamen nec ante Bullam usitatum, nec post, præsertim in electione Ferdinandi I. & Maximiliani II. forteque nunquam adeò rigorosè, ut Anno 1612. in electione Matthiæ I. servatum fuisse, scribit *Gerlacus Buxdorff. ad Aur. Bull. conclus. 24. ad lit. h.*

43 Civibus † verò Francofurtensibus hæc duo sunt injuncta & mandata à Carolo IV. 1. ut universos & singulos principes Electores ab invasione alterius, si quid inter eos adversitatis emergeret, & ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus, quos ipsi & eorum quilibet in præfato ducentorum equorum suorum numero ad præfatam duxerint civitatem, in virtute juramenti, quod super hoc præstare coguntur, fideli studio & solerti diligentiâ protegant, sub pœna perjurii, amissionis omnium privilegiorum, & banni Imperialis. *§. injungimus. d. tit. 1.* 2. Ne per omne illud tempus, quo super electione tractatur, præter prætaxatum Electorum Comitatum, quenquam in urbem, cujuscunque dignitatis, conditionis, vel status extiterit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant. Si verò post Principum Electorum introitum aliquem peregrinum reperiri contigerit, illum expellant absque mora, sub iisdem pœnis. *§. eod. ibi: cives autem.* Quam ob causam Franciscus I. Rex Galliæ, qui tempore electionis Caroli V. pro suis Legatis & Comitatu eorum recipiendis egit apud Senatum Francofurtensem, & ipsimet quoque Legati apud Electores,

ctores, repulsam tulit. Literæ hinc inde missæ extant *apud Dn. Goldast. in Polit. Imperial. part. 1. c. 6.* Quod cum in finem constitutum, ut libera essent Electorum suffragia, nec Principum aliorum præsentiâ tarderentur. *Dn. Arumæ. d. conclus. 35. fol. 79.* Et hoc juramentum in electione Matthiæ I. per ipsum Senatum, deinde per omnes ejus cives ante curiam Romanam præstitum fuit, Anno 1612. 16. Maii. *Arumæ. d. conclus. 35. fol. 79. in med. & seq. Buxd. conclus. 26. ad lit. a.*

Postquam verò Electores Francofurtum ingressi sunt, statim † sequenti die diluculo, ad invocationem nominis divini in æde D. Bartholomæi conveniunt, & Missam de S. Spiritu decantari faciunt. *Aur. Bull. tit. 2. à pr.* Antequam enim ad electionem Regis Rom. in Imperatorem promovendi, perveniant, Deus invocandus est ab Electoribus, ut corda ipsorum illustret, & suffragia dirigat ad nominis sui gloriam, & communem Reipub. salutem. Siquidem ex Justiniani † etiam monitu *in l. 2. in pr. C. de offic. Præfect. Prætor. Afric.* in nomine Domini nostri Jesu Christi ad omnia consilia omnesque actus semper progrediendum: tuncque benè & competenter universa geruntur, si principium fiat decens, & amabile Deo. *Novell. 6.* Et ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superædificium. *c. principatus. 1. q. 1.* 44 Invocatio nominis divini, & Missæ celebratio. 45

Quod verò de Missæ † decantatione adjicitur, id pro illius temporis moribus, sub Papatu factum fuit. Nam Pontificii justum piumq; arbitrati sunt electionis cujusq; initium à missæ decantatione facere. *P. Gregor. Tholozan. de election. c. 5. lib. 1. c. 29. partitionum juris civilis.* Hodiè † verò cùm Protestantes Electores ex verbo Dei cultum omnem extra verbum Dei, & sine verbo Dei, & quidem talem, cui tribuatur propitiatio pro peccatis, placatio offensæ Dei, & impetratio gratiæ aliorumque beneficiorum à Deo, vanum esse, talemque missæ actum cognoscere cœperunt, *Martin. Chemnit. in Exam. Concil. Trident. p. 2. in loc. de Missa Pontificia*, dum Pontificii more suo, & juxta præscriptum A. B. missam celebrant, in proximum conclave seu sacellum recedunt, donec illa peracta sit. Sic in electione Maximiliani II. instituen- 46 47

da, Anno 1562. 30. Novembr. cùm Wurtzburgicus Liturgiam de S. Spiritu peragere cœpisset, Palatinus, Saxo, Brandeburgicus ex choro in proximum conclave discesserunt, & ibi permanserunt, donec ad finem perducta esset missa: insequentibus eos Wilhelmo Landgravio Hassiæ juniore, Georgio Palatino, Francisco Lavenburgico, Anhaldino, aliisque compluribus, unà cum suis Consiliariis, Principibus & Ducibus. Finitâ verò Liturgiâ, cunctisque his ad suas denuò sessiones reversis, Ode illa: *Veni creator Spiritus &c.* decantata fuit, prout *ex Nicolao Heidenio in electione Maximiliani II. Thuano lib. 21. histor. fol. 413. & aliis*, refert *Dn. Arumæ. discurs. 2. ad Aut. Bull. conclus. 6. fol. 89. Buxdorff. conclus. 27. sub lit. f.* & in electione Matthiæ cùm Suffraganeus Moguntinus Missam celebrare inciperet, Administrator Palatin. Saxo & Legatus Brandeburgicus surgentes in sacellum, quod propè chorum est, cum Consiliariis aulicisque suis, dum ea perageretur, concesserunt. quâ finitâ, dum prodeuntes iterum loca sua occupassent, Hymnus: *Veni creator Spiritus &c.* cantari cœptus est, ex relatione illius electionis. *idem Arumæ. ibid.*

Peractis sacris, Electores seu nuncii ad Altare accedunt,
48 ubi Elector Moguntinus primus † jurat, quòd per fidem, quâ Deo & sacro Romano Imperio est astrictus, secundùm omnem discretionem & intellectum, Dei adjutus auxilio, velit eligere temporale caput populo Christiano, id est, Regem Romanorum, in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, & quòd vocem suam & votum dare velit absque omni pacto, stipendio, pretio, vel promisso, seu quocunque modo talia valeant appellari. *d. tit. 2. §. ego Archiepiscopus.*

Præstatio juramenti.

Hoc juramento præstito à Moguntino, (cui verba in electione Matthiæ perficienda prælegit Trevirensis. *Relator illius electionis*) sub eadem forma à reliquis Electoribus id exigit; secundùm tenorem Aureæ Bullæ *d. tit. 2.* quod remitti non potest.
49 Nam hoc † juramentum in A. B. pro forma requiritur. *Nicol. Cusani lib. 3. de concord. Cathol. c. 26.* At formâ legis non servatâ, actus nullus est, & totus ut corruat, necesse est. *l. 5. C. de Legib.*
50 Deinde, illud juramentũ cõcernit favorem † publicum, cui pri-

ra-

vatorũ pactis derogari nequit. *per Dd. in l. pen. C. de pact. Buxd. conc. 28. adlit. a.* Sanè Electores puras † debẽt habere manus, & illas ad pecuniã non cõferre. *per l. omnes. & l. sancimus. C. ad L. Jul. repetund. Henning. Gæden. consil. 1. q. 2. n.* 10. quin potestatem † eligendi pro ista vice amittit Elector, si pecuniam pro suffragio acceperit, ut placet *Simoni Pistor. lib. 1. consil. 1. n. 30. & seqq. inter consilia Modestini volum. 1.* Et is, qui prece, † aut pretio nititur usurpare Imperium, eo indignus fit, & crimen ambitus incidit. *per l. unic. ff. ad L. Jul. de ambit. gloss. in l. final. C. ad L. Jul. repetund. & in l. unic. C. ad L. Jul. de ambit. Gæden. num.* 10. confer *Arumæum d. discurs. 2. conclus. 9.* ubi talem electionem annullandam scribit *ex Sichardo in l. 5. n. 4. C. de his, quæ vi metuve.* 51 52 53

Præstito a. per Electores seu nuncios juramẽto, ait Carolus *d. tit. 2. §. præstito,* ad electionem † procedant, nec ex urbe Francofurtensi discedant, nisi priùs major pars ipsorum temporale caput Christiano populo elegerit, id est, Regem Romanorum, in Cæsarem promovendum. Quod si facere distulerint infra 30. dies à die præstiti juramenti continuò numerandos, ex tunc panem manducent, & aquam bibent, nisi priùs per ipsos, vel majorem eorum partem temporale Caput eligatur. Idque ad imitationem juris † Canonici, quod eandem pœnam Cardinalibus electionem protrahentibus infligit. *c. ubi periculum, de elect. in 6. Clem. Rom. eod. tit. Buxdorff. ad Aur. Bull. conclus.* 33. *ad lit. b.* quia scilicet mora in electionibus ejusmodi propter interregni incommoda est periculosa, ut dicit *Bartol. 1. tit. de Elect. num.* 1. 54 55

Actus electionis.

Ex his liquet, electionem debere † fieri. 1. actu continuo. 2. collegialiter. 3. pro majore votorum parte. de quibus posterioribus duobus modis diximus cap. præc. n. 9. & seqq. 56

Ordo votandi † talis est: Elector Moguntinus tanquam Electoralis Collegii Decanus & Caput, Coëlectorum suorum vota singulariter inquirit, sequenti ordine. 1. Ab Archiepiscopo Trevirensi. 2. ab Archiepiscopo Coloniensi. 3. à Rege Bohemiæ. 4. à Comite Palatino Rheni. 5. à Duce Saxoniæ. 6. à Marchione Brandeburgensi. *A. B. tit. 4. §. caterùm.* 57

Ordo votandi.

Exquisitis votis omnium Electorum à Moguntino, Principes sui consortes ipsum vice versâ requirent, ut & ipse aperiat votum suum. *eod.* §.

58 Hic tamen ordo votandi in persona † Moguntini hodiè ex consuetudine immutatus videtur *Dno Reink. lib. 1. claß. 3. regim. Secul. & Eccles. c. 5. n. 15.* ita ut Moguntinus in electione primum habeat suffragium, *ex Dn. Goldasto in replic. pro Imper. c. 13. fol.* 173. & in electione Caroli V. Moguntinus initium dicendi & votandi fecit, *teste Sleid. lib. 1. fol. (mihi)* 19. secundo loco Trevirensis sententiam dixit. *fol.* 21.

59 Vota † autem illa debent esse pura, non alternativa, incerta aut conditionalia, *vide Buxdorff. conclus.* 43.

60 An etiam per † literas vota transmittere liceat, quæritur? quod negat *Buxd. conclus.* 44. *Dan. Otto d. c. 10. fol.* 259. *in fin. & Reink. c. 5. n.* 16. his moti rationibus. 1. quia convocatis & congregatis in unum locum Electoribus, collegialiter vota sunt interponenda, & per Moguntinum exquirenda & colligenda. *Aur. Bull. tit. 4. §. cæterùm.* ut ita ponderatis omnium rationibus, ex diversis quodammodo animi motibus in eam facilius conspirare possint sententiam, quæ ad gloriam Dei & Reipub. salutem collimet. 2. quia de jure communi absentes de Capitulo, vota sua per literas dare non possunt. *c. si quis justo. 46. §. absens. de elect. in 6. P. Greg. Tholozan. lib. 17. syntag. jur. univers. c. 12. nu. 42. Nicol. Boër. decis. Burdegal. 1. nu. 41. & seq.* licet ita factum referat *Buxdorff. d. conclus. 44. lit. a.* in electione Richardi, *ex Aventin. lib. 7. annal. Bojor. fol.* 559. *ibi:* & adversus Anglum tabulis absentes suffragia ferebant: & Ludovici Bavari, *lit. b. è Cuspin. sub rubric. de divis. Imper. temp. Frid. & Ludov. fol.* 368. *ibi:* Principes non omnes in Francofurto convenerunt, sed alii per literas vota sua explicarunt.

De personæ eligendæ qualitatibus & requisitis diximus supr. c. 21. à n. 30. ad n. 50.

61 Prædictis † modis Romanorum, in Cæsarem promovendus, electus, peractâ statim electione dignitatem Imperialem, & summam potestatem consequitur, Imperii jura & bona admini- *Effectus electionis.*

strat,

ſtrat, univerſis & ſingulis PP. Electoribus, omnia ipſorum privilegia, jura, libertates, conceſſiones, antiquas conſuetudines, & quicquid ipſi ab Imperio, usque in diem electionis ſuæ obtinuerunt & poſſederunt, absque dilatione & contradictione confirmare debet, ipſisque præmiſſa omnia innovare, poſtquam Imperialibus fuerit infulis coronatus. §. *& quia. d. tit. 2.*

Electionem & commiſſionem Imperii ſequitur coronatio, † ſeu inauguratio, cujus uſus in V. T. etiam apud Reges fuit antiquiſſimus. *2. Sam. 12. v. 30. &c.* Illa ergo coronatio eſt ſymbolum † Regni tranſlati, non cauſa: nec enim Imperatorem facit, ſed factum publicè declarat. vide quæ diximus ſup. de coronatione Imp. c. 22. n. 55 & ſeqq. 62 Conſequentia coronat. 63

64 Coronationis ritus, † adjuncta ſeu connexa pro cujusque Regni arbitrio & conſuetudine apud diverſos diverſa fuerunt, de quibus *Alexand. ab Alex. lib. 1. gen. dier. c. 28. Chaſſanæ. in catal. glor. mund. p. 5. P. Gregor. Tholozan. lib. 6. c. 20.* plerunque tamen adminiſtratio Regni tradita repræſentabatur per inſignia, ſcilicet coronam, ſeu diadema, pileum, ſceptrum, gladium, falces, veſtitum purpureum, &c. *Halicarnaſſæ. in Antiq. Rom. Althuſ. in Polit. c. 19.* Ejusmodi inſignia, quæ & Regalia, Königliche Zier / appellantur, βασιλικὰ κειμήλια, κόσμια, διάσημα, & σύμβολα, quibus in poſſeſſionem quaſi Regni mittitur Imperator, *Dan. Otto d. cap. 10. fol.* 280. quinque referuntur. 1. Diadema. 2. Gladius. 3. Sceptrum. 4. Pomum aureum. 5. Amictus. *idem ibid. in fin. & à pr. pag.* ad inaugurationis actum etiam refert unctionem: cujus uſus itidem vetuſtiſſimus in ſacris. Sic enim David à Samuele unctus legitur *1. Sam. c. 16. v 13.* Inter unctionem autem & conſecrationem hanc differentiam tradit *è Gœden. q. 7. de electiòn.* quòd illa fiat oleo, quod ſacrum & ſanctiſſimum dicitur, hæc verò chriſmate. Adjuncta coronationis.

65 Poſtremò renunciationem ſequuntur fauſtæ † acclamationes, gratulationes, convivia publica, equitum creatio &c. De quibus ritibus, ſolennitatibus & acclamationibus videre licet apud *Melancht. in deſcript. electiòn. Caroli V.* nec non *Dn. Melchior. Goldaſtum ab Haiminsfeld. in Polit. Imperial. part. 1. fol. 123. & multis* Acclamatio, convivia publica, equitum creatio.

tis seqq. de Anno 1519. *& in historia de electione & coronatione Maximiliani II. à fol.* 141. *ad fol.* 151. *de Anno* 1562. *itemq; in actu electionis & coronationis Matthiæ I. hujusq; conjugis Annæ Austriacæ, à fol.* 170. *ad fol.* 181. *de Anno* 1612. *ex libello Hieronymi Balbi de coronat. Caroli V. P. Fab.* 1. *semestr. c.* 14. *Lips.* 2. *Elector. c.* 20. *Marquard. Freber. ad Petr. de Andlo lib.* 2. *cap.* 6. *Tholozan. dict. cap.* 20.

66 Coronatio Augustæ. Non solùm autem Rex Rom. sed & Regina,† si adsit, paulò post ungenda & coronanda venit, *post Bort. part.* 1. *Jurisp. pub. Rom. c.* 2. *th.* 27. *Petr. de Andlo lib.* 2. *c.* 7. *Daniel Otto d. c.* 10. *fol.* 298. Romani enim Imperatores, ait, serenissimam Augustam æquo per omnia jure secum esse voluerunt. *l.* 3. *C. de quadrien. præscript. & l.* 31. *ff. de Legib.*

CAPUT XXXI.

DE PRIVILEGIIS, JURIBUS & muniis Electorum extra electionem.

DE dignitate Collegii Electoralis hactenus sermonem fecimus circa electionem Cæsaris. Ne verò splendori hu-
1 jus † Collegii quicquam desit, extra electionis potestatem, aliis quoque insignibus fruuntur privilegiis, & muniis.

2 Privilegia † autem illa & jura Electorum considerantur vel respectu universorum, vel singulorum.

3 Universi,† prout collegium constituunt, hâc prærogativâ gaudent, ut absque specialis veniæ impetratione, pro salute & incolumitate Imperii in Germania extra ordinem conventus celebrare & indicere possint. *Aur. Bull. tit.* 12. *Sleidan. lib.* 1. *com.* & di-
4 ximus cap. præced. 27. n. 5. & 6. Quod aliis † Principibus & Ordinibus non est integrum. Unde Carolus V. acriter objurgavit Sta-
tus,

ctus, ob novum conventum Spiræ indictum, absque Imperatoris auctoritate & licentia. *Sleidan. lib.4. de stat. Relig.*

Jura † dicunt remotâ appellatione, ex constitutione *Aureæ* 5
Bullæ tit. 11. quæ inhibet appellationem ab Electorum sententiis ad aliud superius judicium. Cui tamen privilegio † Cameræ ju- 6
dicio per Maximilianum I. Wormatiæ, Anno 1495. constituto: & contrarium usum est derogatum; ut appellatio intra certam tantùm summam hodiè ab iis prohibeatur, præterquam ab Ele-
ctore † Saxonico & Brandeburgico: utriusque enim curia jus il- 7
lud integrum in hæc usque tempora retinuit. vide quæ diximus sup. c. 23. à n. 147. ad n. 158. ubi etiam summam referimus, infra quam non liceat appellare.

Quin hoc privilegio & prærogativâ eminent, ut si quis † 8
cum Principibus, militibus, vel privatis, & quibuscunq; personis plebeiis scelestam factionem, aut factionis ipsius inierit Sacramentum, vel dederit de nece Principum Electorum, tam Ecclesiasticorum, quàm Secularium, is majestatis reus, gladio feriatur, & omnia bona ejus fisco Imperiali addicantur. *A. B. tit.* 26. *à pr.*
ubi ratio hæc assignatur: Nam & ipsi pars † corporis nostri sunt. 9
& tit. 12. vocantur solidæ bases Imperii, fulcra, latera, & columnæ immobiles: nec non palmites Imperiales, septem Candelabra, Imperium Romanum illuminantia. *Aur. Bull. à pr.* propinquiora S. Imperii membra. *tit.* 2. §. *Et quia.* itemque *in Capitulatione Ferdinandi II. de Anno* 1619. *art.* 3. 14. *&* 41. Eodem modo Arca-
dius † & Honorius Impp. gravissimâ majestatis pœnâ, non 10
modò suam ipsorum, sed etiam suorum Consiliariorum virorum illustrium salutem muniunt. *l. quisquis.* 5. *Cod. ad L. Jul. majest.*

Insuper plurimorum necessitatibus † relevandis Cæsareæ 11
sublimitati assistunt, in partem solicitudinis constituti: utpote quorum consilio, auxilio & præsidio dextra Imperialis potentiæ corroboratur: operâque fideli Majestas Imperii in magnis motibus & tumultibus, à Pontificibus & aliis concitatis, sarta tecta conservata fuit. *Heig. part.* 1. *q.* 3. *num.* 2. *&* 7. Ea enim

 per-

peragunt,quæ ad tutandam Imperii majeſtatem faciunt: & ut loquitur Carolus IV. *d. tit.* 12. *A. B. à pr.* pro imperii orbisque ſalute,ſæpiſſimè ſalutaria conſilia ſuſcipiunt. Unde etiam frequentiſſimè ad eosdem pro oppreſſorum ſublevatione recurri, & querelas de violatione jurium Imperii deferri,exempla ſuperioris ætatis paſſim docent. *idem Heig. q.* 4. *num.* 5. veriſſimè ergo ſcribit *Dn. Arumæ. diſcurſ.* 3. *ad Aur. Bull. concluſ.* 10. *fol.* 128. quòd Collegii Electoralis dignitas & auctoritas tanta ſit, ut eidem Germania libertatem ſuam in hunc usque diem ſalvam & utcunque tectam extare,ſe debere facilè agnoſcat.

12 Habent etiam Electores jura † Archivi. *Rutger. Ruland. in tract. de commiſſar. & Commiſſionibus p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *nu.* 18. *Matth.*
13 *Stephani de jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 5. *num.* 76. jus creandi † Notarios, qui in eorum territoriis valent: aliàs ſolius Imperatoris eſt, creare Notarios, qui in toto Imperio Romano adhiberi poſſunt.
14 *idem Stephan. num.* 77. Habent inſuper jus fodinarum† & ſalinarum. *Aur. Bull. tit.* 9. *à pr.* jus cudendarum monetarum. *tit.* 10. *per tot.*

15 **Reſpectu Electorum ſingulorum † munia & officia rurſus ſunt vel in celebratione Curiæ Imperialis, vel extra eam.**

16 Eccleſiaſticorum ſinguli † ſingulos Archicancellariorum habent titulos,ut indicavimus cap. 25. nu. 12. & cap. præced. 29.
17 nu. 28. Et reſpectu Archicancellariatus Moguntini † per Germaniam,ipſe decreta Imperialia olim ſolus ſignavit. *Tob. Paurmeiſt. lib.* 2. *de jurisdict. Imp. Rom. c.* 2. *num.* 33. Archivum Imperii penes ſe ſervat. *Rutger. Ruland. d. c.* 4. *num.* 10. *& ſeq.* & Conſilium cum Cancellaria, quæ in aula Imperatoris habetur, juramento ei obſtringitur. *Thomas Michaël de jurisdict. concluſ.* 28. *ſub lit. a.* Sed & Cancellariæ ſeu Cameræ Imperialis inſpectionem habet, & ad eam pertinentes tabelliones,& alios in ea officio fungentes creat & recipit. *Ordinat. Camer. p.* 1. *tit.* 26. *in pr. Sixtin. lib.* 1. *de Regal. c.* 4. *num.* 129. ad viſitationem Cameræ reliquos Electores aliosq; Status Imperii Spiram convocat. *d. p.* 1. *tit.* 50. *in pr.* reviſionem ad petitionem partis gravatæ Cæſari,& ejus anni viſitatoribus denunciat.

nunciat. *d. ordin. p.* 3. *tit.* 53. *in princ.* nisi causa ad ipsummet Moguntinum spectet, quo casu Trevirensis in ea re proximus est, & revisionem denunciat. *Recess. de Anno* 1594. §. Als vns auch etc. *Sixtin. d. l.* Hoc etiam praecipuum & singulare habet, quòd ad electionem Regis vel Imperatoris Rom. reliquos Electores convocat, ut diximus cap. praeced. nu. 6. & seq.

Officia † in administrando Imperatori, seu celebratione solennis Curiae Imperialis, Wann ein Römischer Keyser in seiner Majestät zu Tisch sitzet / vnnd öffentlichen Hoff begehet / sunt talia: 18

Ecclesiasticorum † munus est, ut stantes ante mensam cum caeteris Praelatis, benedicant eandem. Et benedictione completâ, iidem Archiepiscopi omnes, si adsint, alioquin duo vel unus, sigilla & typaria Imperialia sive Regalia portant. *Aur. Bull. tit.* 27. §. *Ingresso.* 19

E Secularibus: † Marchio Brandeburgensis, Imperii Archicamerarius, aquam lavandis Imperatoris vel Regis Rom. manibus subministrat. 20

Rex Bohemiae, Imperii Archipincerna, primum potum Imperatori offert, qui tamen sub corona regali, nisi liberâ voluntate voluerit, non tenetur.

Palatinus Rheni, Imperii Archidapifer, primum cibum.

Dux Saxoniae, Archimarschalli officium exercet *d. tit.* 27. §. *deinde. cum seqq. & tit.* 4. §. *ult.*

Quo † peracto, ipsimet quoque Electores ad suam quisque mensam consident, & regio quoque prandio excipiuntur. *tit.* 28. *Aur. Bull.* §. *infra. & seq.* Si tamen Electorem aliquem abesse contigerit, Legatus † ipsius, cujuscunque etiam sit dignitatis vel status, ad mensam absentis non admittitur. §. *Quandocunq.* eodem *tit.* 21 22

Absentum † Electorum vices gerunt Vicarii & Subofficiarii eorum, non Legati. Ita enim in electione Caroli V. pro Pincerna fuit decisum. *Hartman. Maur. in coronatione Caroli V.* & observatum Anno 1612. in electione Matthiae, ubi Comes de Hohenzollern / 23

Hohenzollern/non verò Electoris Brandeburgici Legatus, subcamerarii officium sustinuit.

24 E Vicariis † VicePincerna auditur Baro de Limpurg.

ViceDapifer Baro de Walpurg.

ViceMareschallus Baro de Pappenheim.

ViceCamerarius, hodiè est Comes de Hohenzollern/*in Recess. Imp. de Anno* 1507. *&* 1546. *Sixtin. de Regal. d. c.* 4. *n.* 48. *Clute. in Sylloge rer. quotid. th.* 24. *sub lit. o.*

CAPUT XXXII.

DE VICARIATU ELECTORIS PALATINI ET Saxoniæ.

PRæter jura electionis aliaque munera & privilegia Electorum, à nobis modò enumerata, Principes Electores Palatinus † & Saxo hoc habent peculiare, ut vacante sede Imperii sint Vicarii, Administratores & Provisores in Imperio, donec novus Imperator eligatur, ne Respublica quid detrimenti pateretur, & ad instar navis in medio maris sine Rectore submersioni ad primum tempestatis subortæ impetum obnoxiæ, procellis tumultuum concuteretur. *Petr. Gregor. Tholozan. lib.* 7. *de Repub. c.* 4. *num.* 20.

2 Consideranda † hic veniunt septem membra seu partes. 1. Qui & quot sint constituti. 2. Quando constituti. 3. Tempus Vicariatus exercendi. 4. Locus, sive subjectum jurisdictionis. 5. Objectum. 6. Modus finiendi. 7. Ratihabitio & confirmatio gestorum.

3 Ad primum † membrum quod attinet, *Imperij Teutonici Provisores & Vicarij generales sunt constituti Palatinus Rheni, & Dux Saxoniæ*, ut æquali potestate præsint.

Qui & quot sint constituti.

Dico

Dico *Imperij* † *Teutonici*: ad differentiam Imperii Lombardici seu Italici, quale tunc Imperium Romanum in duo Regna erat divisum, Lombardicum & Teutonicum, quod κατ' ἐξοχὴν Imperium vocari solet. *Marquard. Freher. lib. 2. ad Petr. de Andlo c. 10.* Et in illo † Vicarii peculiares variique erant: Duces Mediolanenses, Mantuæ, Montisferrati, Rhegii, Mutinæ &c. quos refert *Excellentiß. Dn. Arumæus discurs. 3. ad Aur. Bull. conclus. 26. Gerlacus Buxdorffius in dissertat. ad Aur. Bull. conclus. 53.* Sic enim Ducibus Mediolanensibus ab Adolpho privilegium perpetui Vicariatus datum. *Carol. Sigon. lib. 20. de Regn. Ital.* & confirmatum à Carolo IV. *Cuspin. in vita Caroli.* 4 5

Deinde aio: *Generales*: † ad differentiam particularium, quales in suis Ducatibus & Provinciis se nonnulli venditant. Ita in terris Gallicanis ultra Rhenum, Burgundum Imperii Vicarium esse, putat *Æneas Sylvius epist.* 395. Ita Dux Sabaudiæ se perpetuum Imperii Vicarium vocat. *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 9. nu. 127. Jacobin. de S. Georgio de feud. in verb. Vicariusq; num.* 5. Idque privilegium à Sigismundo Imp. primùm ei concessum scribit *Antonin. Tessaurus in præfat. decis. Pedemont. num.* 14. confirmatumque fuit ab aliis omnibus subsequentibus Impp. *Dn. Arumæ. d. conclus. 26. fol. 144.* 6

Constituti autem sunt *Duo*: † Nam summæ potestates & dignitatum munera inter plures sunt dividenda, ut monet *Aristoteles lib. 5. Polit. c. 11. & Dn. Arnisæ. lib. 1. doctrin. Polit. cap.* 5. ne si uni committantur, eadem restituere nolit. *Arumæ. d. discurs. 3. conclus. 24. fol. 140. in fin.* cujus rei exempla apud Historicos passim occurrunt. 7

Non plures: † ne plurimorum dissensu & contrariâ voluntate administratio jurium Imperialium impediatur. Nam, ut inquit *Thucyd. lib.* 5. semper reperies plurimum nocere, & multitudinem imperantium, & regimen nullum, aut incertum. 8

Non ergo ad totũ Collegiũ † Electorale Vicariatus spectat, licet aliàs Capitulũ sede vacante in administratione & jurisdictio- 9

 ne

ne succedat. *c. his quæ. 11. c. cùm olim. 14. de major. & obed. c. 1. eod. in 6.*

10 Nec Papa † Romanus, qui tamen perpetuum Imperii Vicariatum perfrictâ fronte sibi arrogat, propterea, quòd Imperium immediatè ab Ecclesia dependeat, ac proinde eo vacante ad illius jurisdictionem redeat. *in c. si fratrum. ne sed. vacant. in Extravag. c. pastoralis. in fin. de sentent. & re judic. in Clement. 2. c. licet. 10. de foro compet. & ibi Canonistæ.*

Pro sanctissimo patre pugnat fidelis ipsius parastata, *Robertus Bellarminus in lib. de Pontifice Romano.* pugnant & alii. *Bald. in Margar. verb. Imperium. Marta Neapolitanus de jurisdict. part. 3. c. 28. num. 16. & part. 1. c. 26. num. 5. Corset. de potest. Reg. q. 12. num. 14. Anton. de Rosell. de potest. Pap. & Imp. §. Decimæ rationi, nu. 2. Restaurus Castald. de Imperat. q 90. Martin. Laudens. de Principe, q. 551.*

Pro libertate verò, dignitate & juribus Imperii qui dimicant, id jus Papale prætensum rectè relegant. *Petrus de Andlo de Imper. Rom. lib. 2. c. 10. Sigismund. Seld. in consil. ad Ferdinand. I. Imp. Dn. Arumæ. d. conclus. 24 fol. 141. 142. Buxdorff. conclus. 56. lit. a. & alii.*

11 Sed quâ ratione † Pontificem, quem aliàs supra Imperatorem extollere attentant, Vicarium Imperii nostri venditant, cùm omnis vicariatus præsupponat superioritatem ejus, cujus vices gerit? *Bodin. d. num. 127.*

12 Perveniamus ad membrum † secundum, in quo quæritur, *quando ad ipsos pervenerit illud jus?*

Quando constituti.

13 De Palatino † Rheni variæ variorum sunt opiniones. Siquidem non eâ, quâ maximè par erat, diligentiâ ubique annotatum extitit. Indeque factum, ut vix quicquam certi de ejus origine & progressu asseverari possit, ut sunt verba *doctissimi Buxdorffii conclus. 56.*

Marquardus Freberus lib. 2. ad Petr. de Andlo, existimat, vicariatum istum Imperii, quem Palatinus gerit, non aliunde, quàm vi & jure Præfecturæ Palatii veteris, sive majoratus domus sub Regno Francorum descendere. Unde sequeretur, Palatinum Comi-

Comitem ab eo tempore, quo nomen Comitis Palatii habuit, Vicarium fuisse, officiumque retinuisse. Id verò Frehero non conceditur *Dn. Arumæ. d. discurs. 3. conclus. 25. fol. 141.*

Andreas Knichen. de non provoc. jur. Sax. verb. Electorum, c. 1. num. 121. putat, ante Ottonem III. & institutionem Electorum, Comitibus Palatinis ad Rhenum hoc jus competiisse. Sed unde probet, non habet.

Vetustius exemplum, quàm Rudolphi Palatini, soceri Caroli IV. *Marq. Freher.* non adducit.

Sed *Gerlacus Buxdorffius d. conclus. 56. sub lit. a.* vetustius omnibus se invenire dicit, post mortem Rodolphi I. quod *ex Aventino lib. 7. Annal. Bojor. fol. 576. & Mart. Crusio lib. 3. Annal. Suevic. part. 3.* recitat: Solet in Germania, quamdiu orbata capite, Præfectus Prætorio Rheni, Dux Bojorum, Interrex esse, atque Imperii jura obire &c.

Quicquid sit, illud in confesso est, vacantis Imperii † administrationem, vicariatus jure, Comitibus Palatinis, ex antiqua & inveterata consuetudine, etiam ante Aur. Bull. competiisse, ut etiam constat ex confessione *apud Cuspin. in vit. Ludovici*, ubi Ludovicus IV. Imp. in Comitiis Francofurtensibus de Anno 1339. ante Constitutionem A. B. Caroli IV. ita loquitur: Longâ & approbatâ consuetudine inconcussè à majorum ordinatione hactenus observata, vacante Imperio, jus administrandi Imperii; jura feuda conferendi, & negotia cætera disponendi Palatino Rheni debetur. cujus privilegii verba extant quoq; *apud Nobiliss. Dn. Goldastum in Constit. Imperial. tom. 3. de Anno 1339. & Johan. Wolffium tom. 16. lect. memorabil. fol. 650.* privilegiumque hoc vicariatus confirmavit non solùm Carolus IV. in Aurea Bulla, sed etiam Maximilianus I. & Carolus V. quod integrè exhibet, *idem Dn. Goldast. in Constit. German.* quas inscribit Reichssatzung/ *tom. 2. fol. 241. & seq.* 14

Sed nũ Palatinus Rheni tale jus, & alia Electoratui annexa acquisiverit *ratione Comitatus † Palatinatus, an verò ratione Ducatus Bavarici*, acriter inter se disceptant *Marq. Freher. & Gewoldus, Consiliarius Bavaricus in scriptis de ea quæstione peculiariter editis* 15

tis: item *Anonymi in Germanicis discursib.* Reichs Vicariat betreffende etc. Posteriorem sententiam tuetur *Gewoldus*, in quam etiam inclinat *Buxdorff. conclus. 55. sub lit. d.* priorem Freherus, quòd scilicet hoc jus competat Comiti Palatino ratione Palatinatus, id est, vi & jure Præfecturæ Palatii veteris, sive Majoratus domus, sub Imperio Francorum, *ut ex lib. 1. ad Petr. de Andlo* ipsum modò loquentem audivimus, Als dem Obersten Richter und des Häuses Major. cui opinioni etiam accedit *Besold. de reg. success. lib. 3. dissert. 3. th. 5.* eamque confirmant Historici antiquissimi, qui tempore Friderici II. Imp. vixerunt, qui PP. Electores recensentes, Comites Palatinos, non Duces Bavariæ, nominant.

16 De Duce † quoq; Saxoniæ res non est expedita. *Marquard. Freher. de orig. Palat. l. 1. c. 15. fol. 100.* hunc quoque, quia & ipse antiquo Palatini titulo gaudet, ab eodem tempore, quo Palatinus Rheni, Vicariatus honorem obtinuisse tradit: A quo diversum statuit *Arumaeus d. conclus. 25. fol. 143. circa fin. & Buxdorff. d. conclus. 26. ad lit. b.* quia nullus historicus, nulla constitutio ea de re mentionem facit. Nec etiam Carolus IV. ab antiquo privilegium, observantiam, vel ante usitatem consuetudinem more suo profert, ut facit in allegatione privilegii Elect. Palatini. deinde propter verba suæ Bullæ, quibus dicit: Eodem jure provisionis Ducem Saxoniæ *frui volumus*, quod non rectè dixisset, si ante ipsum eo jure potitus fuisset. Per hanc ergo Bullam Palatino in Vicariatu Saxonem adæquatum fuisse, uterque sentit.

Vidimus personas, ad quas jus Vicariatus pertinet, & unde: dispiciamus jam *de tempore*, † quando & quoties Vicariatum exerceant.

17 Tempus Vicariatus

18 Primùm ergo: *Quoties sacrum † vacare continget Imperium*, ut indicat *tit. 5. A. B. in pr.* Wann und zu welcher zeit das heilige

19 Römische Reich vacirt. Id quod plurimis † modis, vel Imperatoris morte naturali, quæ omnia solvit. *Novell. 22. c. 20.* resignatione & remotione ob legitimas & graves causas fit. Idque verbum *Quoties*

Quoties evincit, quod tractum successivum, iteratum, & perpetuum denotat. *Buxd. concluf.* 54. *sub lit. a.*

Num verò aliis † etiam in casibus, quàm quibus Imperium vacare perhibetur, ut quando Imp. trans Alpes in Italiam, vel aliorsum, extra Germaniam peregrè abit, Serenissimi Vicarii hoc jus sibi vendicare queant, disceptatur. Plurimi constitutionem A. B. non nisi de casu vacantiæ loqui contendunt adeoque inclusionem unius, alterius exclusionem, *l. maritus. C. de procurat.* privilegiaque non extendenda scribunt extra casum, de quo loquuntur. Pro qua sententia stabilienda extant exempla ac præjudicia, quæ vid. *apud Buxd. concluf.* 54. *sub lit. c.* Pro contraria tamen opinione contraria præjudicia refert *idem sub lit. d.* inprimis quoad E. Palatinum, ad cujus privilegium Vicariatus expreßè se refert d. constitutio Carolina. Illo autem cautum est, **Wann das Römische Reich vaciret, oder ein Römischer Keyser oder König uber das Gebirg gezogen ist** / extat integrè *apud Præcellentißim. Dn. Goldaſt.* **in Reichssatzung** / *tom.* 2. *fol.* 141. *& seq.* Etsi igitur in Aur. Bull. casus vacantis Imperii tantùm, quoad literam exprimatur: Perinde tamen esse scribit, ac si uterque casus expressus esset, factâ mentione privilegii: cùm relatum insit referenti cum omnibus suis qualitatibus, modis & conditionibus, *l. ait.* §. 1. *ff. de re judic. l. in testamento. ff. de cond. & demonstr. Bero consil.* 12. *num.* 2. *volum.* 1. *Neviz. consil.* 40. *num.* 3. Et licet, inquit, nulla hîc ad illud privilegium relatio fieret, tamen Elect. Palat. ex solo privilegio tutus esset. Cùm tamen Duci Saxoniæ Vicariatus sub omnibus modis & conditionibus, quibus Palatino competit, concessus sit. *tit.* 5. *Aur. Bull.* §. *Et eodem.* adeoque in confirmatione Caroli V. **Uber das Stadthalter Ampt im heiligen Reich etc.** addatur: **Daß dem Churfürsten von Sachsen an seinem Vicariat Ampt nach laut der Gülden Bull / kein Abbruch oder Nachtheil bringen soll** / *apud Goldaſt. tom.* 1. **Reichssatzungen** / *fol.* 243.

Utique & ad ipsum in casu absentiæ cura Imperii in locis sibi assignatis recidet, ut sunt verba *Dn. Arumæi concluf.* 31. *fol.* 150, *in fin.*

21 Vicissim alii rem distinctione † explanandam putant, si Imp. peregrè proficiscens, vices suas demandaverit alii, cessare Vicariorum potestatem, quod si nullum post se reliquerit mandatum, ad Vicarios Imperii curam pertinere. Quæ distinctio, licet haud incongrua videatur, ei tamen alii non subscribunt, ex hoc
22 fundamento, quia jus † acquisitum (quale hic competit Vicariis privilegio quidem Cæsareo, maximè tamen vi & auctoritate legis Imperii publicæ) nulli sine facto ipsius auferri possit: nec sine consensu Sereniß. Vicariorum Imp. alteri vices suas delegare po-
23 terit, exemplo † Caroli V. qui Ferdinandum fratrem suum Imperii generalem Vicarium constituere volens, id cum consensu Palatini fecit. *ex Florentino à Venningen consil. 16. num. 196. inter consilij Claudij Cautiun. Buxd. sub dict. lit. d.* eique & Saxoni literis reversalibus datis, cavere coactus fuit, id ipsorum privilegio Vicariatus nullum præjudicium inferre debere, quæ Reversales extant
24 *apud Dn. Goldast. d. fol. 242.* Cumque Carolus † Burgundus à Friderico III. flagitaret, ut Imperii Vicarius constitueretur: Respondit Imperator: se sine assensu Principum Electorum super hac re nihil constituere posse, *Crantz. lib. 12. Sax. c. 11. Freber. tom. 2. fol. 157. & in Paralip. ad Abb. Ursperg.*
25 Quare in absentia † Imperatoris etiam Vicariatus officium ad EE. Palat. & Sax. pertinere, confirmant non quintæ classis auctores, *Marquard. Freher. d. c. 15. de orig. Pal. & in not. ad Petr. de Andlo c. 10. Bodin. de Republ. l. 1. c. 9. num. 128. Buxdorff. ad d. lit. d. Auctor* von des Römischen Reichs Vicariat / *fol. 11. Dn. Dan. Otto in jur. public. cap. 16. fol. 554.* qui contrariis exemplis non moventur, nec iis judicandum censent, sed legibus, *l. nemo. C. de sent. & interloc.*
26 Pro qua sententia luculenta etiam facit privilegii † confirmatio facta ab Impp. præsertim Electori Palatino, ut ostendunt diplomata prolata *à d. Auctore* von des Reichs Vicariat / quibus ipse Carolus V. perfectissimum robur accommodavit in diplomate quodam dato Wormatiæ de Anno 1521. 28. die Maii, exhibito *ab eodem auctore sub lit. r.* cujus inter alia hæc sunt verba: So ein Römischer Keyser oder König uber Berg zeucht / oder aus dem Reich

Reich ist/seiner Lieb vnd einem jeden Pfaltzgraffen/der Chnrfürst ist/die Versehung vnd Verwaltung desselben gebühret vnd zustehet/wie wir dann dasselbig/auch/sein hergebracht Freyheit vnd Privilegium hiervon confirmiret vnd bestetiget etc.

Vicariam autem administrationem Domini Vicarii *divisis* † *inter se limitibus meruerunt, ita ut E. Palat. in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico: E. verò Sax. in illis locis, ubi jura Saxonica servantur. d. tit. 5. Aur. Bull.* 27 **Locus & subjectum jurisdictionis.**

Et quia Palatino indefinitè † in partibus Rheni provisio attribuitur, sequitur, omnes à prima ejus origine usque ad finem & ostium sitas provincias sub ejus Vicariatu comprehensas esse. *Buxdorff. conclus. 57. ad lit. a.* 28

Deinde notandum, quòd non dicatur: *in Franconiæ*: † sed *in jure Franconico*, hoc est, ut versio Germanica habet, **in Fränckischen Rechten.** Iis enim verbis comprehendi videntur etiam aliæ Provinciæ extra Franconiam sitæ, quæ olim Franconico jure utebantur *Buxdorff. d. conclus. 57. sub lit. c.* Teutonicum † enim Imperium, inquit *Freher. d. c. 10. & l. 1. de orig. Palat. c. 15.* duplici jure regebatur, Franconico & Saxonico: quorum hoc gentem Saxonicam ad mare Balticum & Sarmatiam: illud tractum Rheni, Franconicum & Sueviam, sub qua etiam Bavariam, Austriamque ad Alpes usque complectebatur. Conveniens visum est, ut duo illi Palatini, ceu proximi à Cæsare, eo absente, vel mortuo, vice sacrâ Regnum totum Teutoniæ (quod κατ' ἐξοχὴν Imperium vocari solet) gubernarent. Quod à majoribus proculdubio ita institutum Carolus IV. Imp. in Comitiis Imperii apud Noribergam confirmavit, & Aureæ illi Bullæ nominatim inseruit: & alii etiam Cæsares tam ante, quàm post illum, peculiaribus diplomatis, ut & alia regalia Palatinis Principibus confirmare consueverunt. *Hactenus ille.* 29 30

Sic etiam *in Speculo Suevic. l. 2. c. 43.* dicitur: Absente Imperatore, Palatinum potestatem habere permittendi bannum, **biß für Metz ein Meil/vnd biß an die See/vnd in Flandern:** Saxonem verò in Thuringia, Hassia, usque ad fines Bohemiæ, & in ea Franconiæ parte, quæ ipsi subdita est.

31 Ex dictis liquet, antiquæ † Saxoniæ terminos, consequenter Juris Saxonici usum tunc temporis latius patuisse, veluti in Marchia Brandeburgensi, Ducatu Brunsvicensi, Luneburgensi, Megapolensi, Pomeraniæ, Archiepiscopatu Bremensi, & adjacentibus usu frequentatum fuisse. *Dn. Arumæ. conclus.* 28. *fol.* 146. *Auctor appendicis post consilium Cothmanni* 26 *num.* 133. *volum.* 1.

32 Quodque El. Sax. singularis defensor † Juris Saxonici sit constitutus, tradit *Albin. in histor. Misn. part.* 1. *tit.* 16. *Heig. part.* 1. *q.* 4. *num.* 35.

33 Quid autem de locis illis, ubi jus Saxonicum nunc † vel in desuetudinem abiit, vel expressè abrogatum extitit? Respondet *Buxdorff. d. conclus.* 57. *sub lit. d.* sufficiet, tempore latæ constitutionis ibi servatum fuisse. Neque enim illa abrogatio jus, per legem superiori tertio delatum, adimere potuit. verissimè! Non enim jus Saxonicum est causa privilegii Vicariatus Saxonici, sed demonstrationis gratiâ fuit adjectum. *Arumæ. conclus.* 29. *fol.* 147.

34 Sed & omnes Imperii † limites ac loca, quæ huic vel illi, Palatino vel Saxoni in constitutionibus ac diplomatibus specialiter & expressè non sunt assignata, horum Vicariatui subjacent. *Thom. Michael de jurisdict. conclus.* 29. *lit. a. Richard. Dieterus de summa summi Imperii potestate, conclus.* 21. qui dicunt, totius Imperii curam Vicariis demandatum asserit. *Freher. d. c.* 15. absurdum enim est, quem esse sub Imperio & Imperatore, non tamen sub ejus Vicariis. *Auctor* Rettung Pfaltz Vicariats Gerechtigkeit. *Buxdorff. conclus.* 58. his adductus rationibus: 1. ex ipsis verbis textus amplè acceptis. 2. ex verisimili disponentium mente, quæ omnibus Provinciis Imperii de Vicariis providere voluit. 3. ex ipso privilegio Vicariatus Palatinis dato, *apud Goldast. tom.* 2. Reichssatzung/ *fol.* 241. *& seq.* Ubi expressè dicitur, eos fuisse, & debere generales Imperii Vicarios cis montes. 4. ex præcedenti & subsequenti observantia, unde optima legum interpretatio desumitur. Ante Bullam autem Palatino totius Imperii Vicariatum competiisse, refert *conclus. praced.* 56. *lit. a* exemplo Cunradi Palatini Rheni, qui tempore Henrici Aucupis, Imperii Ro-

mani

mani in Germania Vicarius fuit, *ex Spangenberg. in Chron. Mans-*
feld. cap. 34. Et hæc accipe, nisi se exemptum † aliquis probet, & 35
particularis in suo territorio sit constitutus Vicarius, qualem su-
prà diximus esse Ducem Subaudiæ in suo Ducatu. transgredimur
ad membrum quintum.

Objectum, † circa quod occupatur potestas & jurisdictio 36
Vicariorum, consistit in personis, judiciis & rebus Imperii. Ita Objectum.
Petrus de Andlo de Imperat. Rom. omne officium Vicariorum con-
sistere scribit in administratione & defensione rerum & jurium
Imperii. Quæ officii descriptio est in genere.

Personæ,† sunt omnes Imperii subditi, immediatè vel me- 37
diatè eidem subjecti, cujuscunque etiam sint dignitatis, Electo-
ralis, Ducalis, &c. quamvis aliàs par in parem non habeat Im-
perium.

Judicia,† sunt ea, quæ ipse Imp. cujus vices & personam ge- 38
runt PP. Vicarii, exercere solebat, qualia secundùm hodiernam
Imperii faciem sunt duo: *Camera & Aula Imperialis.*

Asserimus itaque *cum Buxdorffio conclus. 59. lit. b.* & aliis,
quòd ipsa Augustissima † Imperialis Camera Sereniß. Vicariis sit 39
subjecta, ex his rationibus: 1. Quia horum potestas est univer-
salis & indefinita. 2. Quia Camera non est à Vicariorum pote-
state exempta. Manet ergo sub regula generali. 3. Quia Domi-
ni Vicarii succedunt in omnia jura Imp. defuncti: Atque ita
de Anno 1519. post mortem Maximiliani I. Imperat. & Anno
1612. post mortem Rodolphi Secundi observatum, expreßèque
à Carolo V. confirmatum extitit. *Magnific. Dn Goldast.* In Reichs-
satzung/ *fol.* 242. & recens Anno 1619. post obitum Matthiæ I. pra-
cticatum scimus.

Subjacet a. judicium Camerale non solùm † El. Palatino, 40
propterea quòd potestas exercendi judicia in partibus Rheni ipsi
competat, sed etiam El. Saxonico. Quamvis n. Anno 1519. Pala-
tinus solus in Camera, sciente Saxone, etiam contra Saxonico Vi-
cariatui subjectos, judicium exercuerit: Carolus V. cum omnium
PP. Electorum consensu confirmaverit. *Dn. Gold. d. fol.* 242. tamen
ad utrumq; Vicarium hodiè ut spectaret tandem obtinuit. *Buxd.*

conclus. 60. *lit. e.* Sic cùm Anno 1612. Rodolphus II. in fata concederet, & Anno 1619. Matthias I. processus sub utriusque Vicarii, tam Palatini quàm Saxonis nomine, & communi sigillo decreti sunt. *Dn. Arumaeus d. discurs.* 3. *conclus.* 33. *in fin. Buxdorff. dict. loc.*

41 Ex his etiam liquet, quòd jurisdictio † Cameræ cùm sit ordinaria, *Geil.* 1. *observ.* 41. *num.* 5. morte Imperatoris non exspiret, sed semper cum Imperio duret: adeoque Domini Camerales non exspectatâ. PP. Vicariorum confirmatione & jussione, in consueto judicandi munere & modo pergere, suumque munus obire possint. *Aruma. d. l.*

42 Judicandi † quoque illa potestas seu jurisdictio Vicariorum tùm à lege Imperii publica, tùm ab Imperatore concessa, ordinaria est. *argum. l.* 6. *ff. de jurisdict. Dd.* Et ita in specie de Vicariis à Principe institutis, consulendo & docendo tradunt *August. Bero consil.* 23. *num.* 5. *volum.* 1. *Schrad. consil.* 23. *num.* 182. *volum.* 2. *& in terminis Florent. à Venning. consil.* 24. *num.* 23. *inter consilia Claud. Cantiunc.*

43 De aula † Imperatoria idem ferè statuendum est. Est enim & hoc judicium Imperii: idque Archiepiscopus Moguntinus, ut Imperii Archicancellarius toti Imperio juramento obstringit. *Thomas Michaël de jurisdict. conclus.* 28. *sub lit. a.* sicut ergo aula Cæsaris in prima instantia, omisso judicio Cameræ Imperialis, adiri potest. *P. Heig. l.* 1. *quæst.* 9. *n.* 12. ita & Aulæ Vicariorum, durante Vicariatu, præteritâ Camerâ Imperiali, rectè compellari possunt. *Dn. Aruma. concl.* 32.

44 Utriusque † autem, tam Cameræ Imperialis, quàm Aulæ Cæsareæ judicia exercent remotâ appellatione. Ad quem enim provocatio fiet? num ad Imperatorem? At à Vicario non appellatur ad eum, cujus est Vicarius, cùm utriusque tribunal idem sit: nec ab eodem tribunali ad idem appellari queat. *text. in c. Roman. in pr. ubi gloss. & Canonistæ communiter, de Appell. & in c. non putamus, de consuet. in* 6. *l.* 1. *&* 2. *C. de offic. ejus, qui Vic. alie. jud. l. præcipimus. C. de Appell. l. Imperatores. ff. eod. Rob. Maranta de ord. jud. p.* 4. *dist.* 5. *num.* 12. *&* 15. *Scipio Gentilis lib.* 2. *de jurisdict. c.* 6.

con-

confugiendum itaque ad remedia † contra sententiam ipsius Imperatoris dari solita. Quod si tamen pendente Vicariatu, non ut † Vicarii, sed ut Electores vel Duces in suis Principatibus sententiam dicant, tunc enim scribente *Buxdorffio conclus.* 63. inspicienda esset persona, respectu cujus actus gestus est, appellatioque (modò qualitates appellabiles adsint) perinde locum haberet, ac si Vicarii non essent, *juxta Pacian. consil.* 149. *num.* 86. *& seq. H. Gabriel. consil.* 195. *num.* 9. *lib.* 2. *& Schrader. consil.* 39. *num.* 260. *volum.* 2. 45 46

Constitutis jam judiciis, perpendemus *causas*, † de quibus illa exerceant Vicarii & jus reddant. Cùm autem ipsis constitutione A. B. omnimoda † tributa sit jurisdictio, & indefinita potestas exercendi judicia, sequetur eosdem *de omnibus omninò causis regulariter posse judicare, de quibus Imp. cognoscere potest.* cui accedit, quòd Vicario † generali aliàs omnium causarum cognitio sit concessa, quarum prohibitio non est facta à principali. *c.* 2. *& ibi. gloss. de offic. vicar. in* 6. *Lancellot. in templ. omn. jud. lib.* 2. *c.* 6. *§.* 1 *num.* 15. 47 Causæ 48 49

De *causis criminalibus* † non est dubium, tùm ex generalitate textus. *A. B. tit.* 5. *& arg, l.* 1. *§.* 3. *&* 4. *ff. de legat.* 3. *l.* 2. *C. de eo, qui vic. al.* Unde *P. Denaie. in adsert. jurisdict. Cam. Imp.* 43. *& seq.* post Julium Clarum & Tapiam tradit, Vicario Imperii competere etiam merum Imperium de jure communi, veluti in impositionibus legum, & irrogatione aliarum pœnarum. 50

Nec *decernendi, cognoscendi de feudis* † ulli est dubium *ex d. tit.* 5. *& Ordin. Regiment. de Anno* 1521. §. Aber andere vnd geringere Lehen. Quod tamen intelligitur de iis † casibus, vel quando vasallus ante Imp. aliquot fortè mensibus vitâ functus est, ita ut annus petendæ investituræ, durante Interregno, præscriptus finiretur, vel quando Imperium per annum vacare contingeret. *Buxdorff. conclus.* 67. *sub lit. a. & Dn. Arumæ. argum. c. un. quo temp. mil. invest. pet. deb.* Nam, inquit, cùm per Regem Romanum postea electum, ea omnia suo tempore omnia innovari, & de novo juramenta ipsi præstari debeant, ut subjicitur in textu, nemo facilè tam prodigus temporis & pecuniæ reperietur, qui durante in- 51 52

vestituræ

vestituræ tempore ad Vicarios ire, cùm redire ad Regem Romanum necesse habeat, velit.

53 Excipiuntur † tamen feuda Regalia & majora, Principum scilicet, quæ Fahnlehen vulgò appellantur: Horum enim investitura ut & cognitio soli Imperatori, vel Regi Romanorum expressè est reservata. *d. tit.* 5. *Aur. Bull. ibi: feudis Principum duntaxat exceptis.* Eandem reservationem sibi fecit Carolus V. *in prædict. Regiment. Ordin.* §. Vnd behalten vns bevor. Quodque solus Imp. vel Rex Roman. de feudis Regalibus, sive vexilli, sit judex competens, est textus *in Ordinat. Cameræ, part.* 2. *tit.* 7. & tradunt Feudistæ communiter. *Schrad. de feud. p.* 10. *sect.* 2. *num.* 69. & in terminis *sect.* 3. *num.* 175. *sect.* 4. *nu.* 4. *Henricus Rosenthal. de feud. c.* 12. *concl.* 5. *num.* 2. *Sixtin. lib.* 1. *de Regal. c.* 3. *num.* 40. *& seqq. Bocer. de Regal. c.* 2. *num.* 61. *Dn. Vult. lib.* 2. *de feud. c.* 2. *num.* 9. *Borcholt.*
54 *de feud. c.* 10. *num.* 3. *&c.* Quod si tamen per lapsum anni † investituræ petendæ præscripti, periculum Imperio, aut etiam vasallis Principibus creetur, propter mortem Imperatoris, aut diutinam absentiam, puta si ultra anni vel biennii spatium abfuit, vel mortuus est, tunc tempore indulto præterlapso, investituram horum feudalium Dominis Vicariis permittendam scribit *Dn. Arumæ. conclus.* 39. *ex d.* §. Vnd behalten vns bevor. *ibi:* Daß der Stadthalter aus redlichen Vrsachen.

55 Vocantur † autem hæc feuda Fahnlehen/ quòd vasalli cum vexillis de illis investiantur. *in Specul. Saxon. lib.* 3. *art.* 59. *&* 60. *& in d.* §. vnd behalten vns bevor die Belehung der Lehen vnd Regalien der jenigen/die sie vnder den Fahnen offentlich mit solenniteten pflegen zu empfahen. *Bocer. de investit. c.* 3. *num.* 119. *& de Regal. c.* 2. *num.* 59. *Sixtin. d. c.* 3. *num.* 7. Sic cùm Mauritius Saxo, Elector renunciaretur à Carolo V. præferebantur ei decem vexilla cum totidem insignibus regionum, pro quibus inaugurationem petebat. *Sleidan. lib.* 20. *fol. (mihi)* 517. Hanc tamen solennitatem investiendi cum vexillis ante paucos annos in desuetudinem abiisse, scribit *Knichen. de Saxon. non provoc. jur. verb. Ducum. c.* 4. & eum secuti *Matth. Stephan. de jurisdict. l.* 2. *p.* 1. *c.* 6. *num.* 48. *& Gothofred. Anton. disp. feud.* 1. *th.* 6. *lit. d.* de qua desuetudine ta-

men

men valdè adhuc dubitat. *Buxdorffius conclus. 68. sub litera a.*

Sed cùm feuda etiam Comitum † & Baronum aliquando 56
cum vexillis investiantur, & Fahnlehen appellentur, ut multis probat *Buxdorff. d. conclus.* 68. ejusmodi quoque sub hoc feudorum vexilli prohibitione contineri asserit. Deinde ea excepta † censet propter hæc verba textus latiùs A B. Feudis Princi- 57
pum duntaxat exceptis, & ILLIS, QUÆ Fahnlehen appellantur. Ubi dictio ET conjungit cum feudis Principum, etiam adhuc alia vexilli feuda, præter Principum.

Quid verò de reliquis Regalibus feudis Archiepiscopo- 58
rum, † Episcoporum, Abbatum & Prælatorum, quæ non cum vexillis, sed cum sceptro investiri, & non Fahn: sed Scepterlehen vocari consueverunt, sit statuendum, variant in utramque partem Dd. ut videre est *apud eundem Buxdorffium conclus. 69.* quem vide. de consuetudine ipse hoc potentissimè decidendum scribit.

Potestati investiêdi de feudis annexa est *facultas recipiendi juramenta fidelitatis vice & nomine sacri Imperij*. Hæc tamen (in- 59
vestitura scil. de feudis & juramentum fidelitatis) per Regem † Ro- 60
manum posteà electum, suo tempore omnia innovari, & de novo juramenta ipsi præstari debebunt, ut sancitur *in d. tit. 5. Aur. Bull.* & suadet hæc ratio juris † feudalis: Quia fidelitas toties præstan- 61
da venit, quoties Domini vel Vasalli persona mutatur. *c. un. quæ fuit prima causa benefic. amit. c. un. quid sit investit.* Electione a novi Regis exspirat Vicariorum potestas, & mutatur persona Domini. *Clariss. Arumæ. d. conclus. 37. in fin.*

Præterea ad PP. Vicarios pertinet *potestas præsentandi † ad* 62
beneficia Ecclesiastica. text. express. in A. B. tit. 5. eaque ipsis competit eo modo, quo Imperatori. Primò ratione primarum † pre- 63
cum super beneficiis primò vacaturis. Quod ut ratio nominis *primarum precum* evincere videtur. Quamvis *Dn. Otto d. c. 16. fol. 558. cum Paurmeistero lib. 1. de jurisdict. Imp. Rom. c. 4. num. 42.* preces primarias ideò appellatas scribit, quòd consuetudo esset Imperatoribus, ut hilariter & promptè beneficia seu Ecclesias conferrent primò petentibus. eo autem jure Imperator, & ejus

 no-

nomine Domini Vicarii in qualibet Cathedrali Ecclesia, atque etiam monasteriis Germaniæ unum ad beneficium Ecclesiasticum, Canonicatus & præbendas præsentare, & ut præsentatus recipiatur, jubere possunt. *Speculat. in tit. de præbend. § restat. nu. 7. Restaur. Castald. de Imperat. q.* 100. *nu.* 14. *Lancellot. in templ. omn. judic. l.* 1. *c.* 2. §. 3. *num.* 16. *Sixtin. l.* 1. *de Regal. c.* 2. *num.* 56. *Thom. Michaël de jurisdict. conclus.* 13. *ad lit. a. Marq. Freher. in not. ad Pet. de Andlo lib.* 2. *c.* 6. *fol.* 179.

64 Hoc autem jus † primarum precum in usu fuisse, & competiisse Imperatoribus longo jam tempore ante Rodolphum I. colligit *Arumæ. conclus.* 34 ex diplomate Rodolphi, quod extat in vita ejusdem. *Paralipomen. rer. memorabil. ad Abbat. Ursperg. fol.* 362. Ubi dicitur: quod ex antiqua & approbata, ac à Divis Impp. & Regibus perducta consuetudine precum talium admitti

65 primitiæ soleant. Ubi notandum, quòd Impp. non ex † indultu aut privilegio Papali, ut sentit *Andr. Geil. lib.* 2. *observ.* 155. *num.* 7. sed ex jure primordiali & superioritatis præeminentia, adeoque jure proprio & regio illas preces conferant. *Arumæ. d. con-*

66 *clus.* 34. quo † præsentatio & nominatio Prælatorum competit etiam Regi Hispaniarum in Hispania, *text. in c. cum longè. dist.* 63. *& ibi gloss. Covarr. in c. quamvis. p.* 2. §. 10. *num.* 5. *de reg. jur. in* 6. *Borell. de præstant. Reg. Cathol. c.* 50. *num.* 4. In Regno Siciliæ & Neapolitano. *Matth. de Afflict. in constit. Regn. in prælud. q.* 18. Regi Galliæ in Gallia. *Choppin. de doman. Franc. lib.* 1. *cap.* 10. *per tot.* Regi Angliæ in Anglia. *Marta de jurisdict. p.* 2. *c.* 40. *num.* 4. *&* 8. Regi Ungariæ in Ungaria. *Oldrad. consil.* 1. & refert *Buxdorff. conclus.* 65 *ad lit. b.*

Secundò Imperatori, & proinde Vicariis jus præsentandi

67 competit *ratione juris* † *patronatus*, acquisiti vel ex constructione & fundatione. *c nobis.* 25. *de jur. patron. c. Abbatem.* 18. *q.* 2 *Petr. de Citadin. de jur. patron.* §. *prima causa. per tot. Wesenbec. consil.* 48. *num.* 9.

68 Tertiò, vel ex titulo donationis. *c nemo. de consecrat. dist.* 1. *P. Greg. de benef. Eccles. c.* 17.

69 Quartò, vel præscriptionis, † *c. querelam. de election. & elect.*

Corne-

Corne. consil. 47. *num.* 5. *volum.* 3. vel aliis modis. *Marta d. p.* 2. *c.* 41. *num.* 7.

Illæ autem præsentiones faciendæ † erunt fortè intra quatuor menses à die scientiæ *P. Gregor. de benefic. Eccles. c.* 9. *nu.* 30. *&* 32. *Buxdorff d. l.* quia patronus Laicus intra quatuor menses præsentare debet, aliàs devolvitur. *c. unic. de jur. patron. in* 6. *P. Frideric. Mindan. lib.* 3. *de continent. caus. c.* 19. *n.* 17. 70

An verò Imperator, vel nomine ejus Vicarii præsentare possint alium, † & diversæ religionis hominem, quàm recipientis? Quamvis id per *Constit. de pac. relig. de Anno* 1551. §. Und damit solcher Fried/ affirmet *Schönborn. lib.* 4. *Polit. c.* 6. tamen contrarium in aliis casibus passim receptum esse, tradit *Buxd. d. conclus.* 65. *sub lit. c.* Nec non *Dn. Arumæ. conclus.* 35. asserit, quòd Cæsareæ Majestati virtute primariarum precum in territorio Principis alicujus Augustanæ Confessioni addicti, beneficium vacans in alium conferre liceat, dummodò tamen is, qui à Cæsare offertur, religionis Pontificiæ non sit. 71

Tribuit etiam A. B. Vicariis *facultatem recolligendi* † *reditus & proventus Imperii,* des Reichs Ränkte und Gefälle ein zusamlen/ quos hodiè per exiguos dicit *Schneid. in Inst. ad tit. de hered. quæ ab intest. defer. vers. de success. fisci, num.* 5. adeò ut vix sufficiant alendis postis: cùm tempore Friderici I. sexaginta auri tonnas annuatim superarent. 72

Et quia Vicario † ac procuratorio nomine Imperium administrant: eisque colligendi datur facultas, retinendi, consumendi, & lucrandi jus adimitur. *arg. l. idemque.* 10. §. *idem Labeo.* 9. *l. si mandatu.* 59. §. 1. *ff. mandati.* quibus in locis procurator fructus recollectos, deductis impensis, restituere tenetur. Ad hujus ergo exemplum Vicarii, deductis impensis pro Imperio factis, residuum Imperatorii restituent. *Dn. Arumæ. conclus* 36. *Buxd. concl.* 66. *sub lit. b.* 73

Omne tamen genus alienationis, † seu obligationis rerum Imperialium hujusmodi provisionis tempore PP. Vicariis, expressè interdum est. *sæpè alleg. tit.* 5. *A. B.* Quod manifestis nititur rationibus juris. Nam 1. si ipse Imp. bona & jura Imperii alienare, 74

oppugnare, aut alio quovis modo deteriorare nequit, quod Capitulationibus omnium Imperatorum insertum est, & probavimus supra cap. 20. à num. 42. ad num. 52. & c. 23. à num. 46. ad nu. 54. Utique nec ipsi Vicarii poterunt. 2. Quia Vicariatus eis demandatus est, ut per eos Imperio consulatur. Quod non fieret, si dissiparetur. *argum. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emptore. l. bene à Zenone. vers. qui enim. C. de quadrien. præscript.* 3. Quia Vicarii se habent ut tutores & curatores, quibus omnis alienatio est indicta. *l. 1. §. 2. & tot. tit. ff. de reb. eor.* Et Procurator etiam cum libera potestate alienare nequit. *l. 1. ff. de Procur. Cæsar.* quæ lex in specie loquitur de procuratore Cæsaris. Quin magis cavere debent, ne per alios bona Imperii abalienentur, vel quolibet modo jura diminuantur, ut textus Germanicus satis clarè indicat, hisce verbis: Unnd hat aus Keyserlicher Güte zu verbieten alle Vereusserung unnd Verpfändung der Güter / so zum Reich gehören.

Et sic cognovimus, quænam lex publica A. B. PP. Vicariis
75 expreßè vel promittat, vel prohibeat. Quid ergo de aliis † nec prohibitis, nec permissis statuendum? Num & illa ipsis erunt concessa? qua de re eleganter in utramque partem disceptat *Buxd. conclus. 71.* aliorumque sententiâ relatâ, ipse pro fundamento po-
76 nit, quòd Vicarii † Impp. & aliorum Principum eandem potestatem habeant, omniaq; illa possint, quæ ipse Imp. vel is, cujus vices gerunt. *per text. in l. 1. §. à præfectis. 4. ibi: vel eo, qui vice præfecti. ff. de leg. 3. l. 1. C. de offic. vicar. l. 2. C. de offic. ejus, qui vic. alic. jud. vel præs. ob.* & tradiderunt scribendo *Bart. in l. observare. in pr. ff. de offic. proconf. Petrus Denais. in adsert. jurisdict. Cam. fol. 46. & Spirens. in Apolog. fol. 29. Rosenthal. de feud. c. 50. conclus. 39. num. 45. Petrus Anton. de Petra. de potestate Princ. c. 21. num. 142.* consulendo. *Bald. consil. 261. num. 1. volum. 1. Roland. à Valle consil. 86. num. 33. Menoch. consil. 17. num. 4. & consil. 676. num. 4.* decidendo. *Guido Papæ decis. 254. Octav. Cacheran. decis. 101. num. 3.* Proinde cùm Vicarii repræsentent personam Imperatoris, *Chassane. in catal. glor. mund.* eorum potestas in non prohibitis cum potestate ipsius Imperatoris æqualis erit; *Tiber. Decian. consil. 23.*

num.

num. 67. *volum.* 1. *Surd. consil.* 181. *num.* 1. *Aruma. conclus.* 32. Jam autem Imp. *quædam* † duntaxat prohibuit,& specialiter sibi reservarit,ut collationem & investituram feudorum Principum, & illorum, quæ Fahnlehen vulgò appellantur. Reliqua † igitur non prohibita, nec reservata, Vicariis permissa & relicta censentur, cùm prohibitio & exclusio unius,inducat permissionem & inclusionem aliorum. *Mynsing. consil.* 21. *num.* 19. *Hieron. Magon. decis. Lucens.* 43. *num.* 14. *Buxd. d. conclus.* 71. Ubi pluribus hanc sententiam confirmat,& in fine tradit,hanc opinionem Dd. limitare & restringere ad † ea,quæ ipse Imp. plerunque solitus erat facere, & verisimiliter nunc quoque faceret. *Rosenthal. de feud. c.* 9. *conclus.* 30. *num.* 8. *Hipp. Riminald. consil.* 5. *num.* 195. *Joh. Petr. Surd. consil.* 5. *num.* 75. nec extendere ad illa, quæ Princeps non nisi cum difficultate concedit. *Afflict. in c. Imperialem. de probib. feud. alien. per Frid. nu.* 46. *&* 47. *Rimihald. d. consil.* 5. *n.* 196. 77 78 79

Denique Vicariorum PP. potestatem ad gratiosa quoque extendit *idem Buxd. conclus.* 73. licet alii,quos ibi refert,Vicarium generalem ea duntaxat facere existiment, quæ justitiæ & necessitatis,non etiam quæ meræ gratiæ sunt. quam tamen sententiam limitat,si gratiosa ejusmodi † sint, quæ alienationem non contineant,secus verò,si ad damnum Imperii vergant,veluti si spurium natalibus restituant &c. verùm potestas † spurios, bastardos, & quoslibet de damnato & illicito coitu procreatos legitimandi,etjamsi forent filii illustrium, Principum, Ducum,Comitum & Baronum,eosque natalibus & omnibus legitimis juris restituendi, expressè etiam tributa est Vicariis in formula quadam concessi vicariatus, quam integram exhibet *Marquar. Freher. d. c.* 15. *de orig. Palat. & d. c.* 10. *ad Petr. de Andlo.* Vicariosque posse tales legitimare, per eam formam tenet *Dn. Otto d. c.* 16. *f.* 517. & decidit *Franc. Marc. decis.* 618. *num.* 7. quod tum demum procedere judico, si legitimatio illa non cedat in † præjudicium Imperii, vel tertii: cùm ne ipse Imp. quidem de ordinaria potestate in præjudicium agnatorum alios legitimare voluerit,quia intentio † Principis talis esse præsumitur,qualis est legis scripta,& rationis natura- 80 81 82 83 84

 lis,

Modus finiendi.

lis, qua de re vid. *Geil. 2. observ. 58. num. 4. observ. 76. num. 11. observ. 140. num. 20.*

85 Sexto loco perpendendus venit *modus † finiendi.*

86 Is autem est duplex. 1. Si novus † Imp. legitimè eligatur,
87 ubi tamen sola † electio non sufficit, sed insuper etiam acceptatio à parte electi requiritur: & si fortè electus extra fines Imperii constitutus esset, nec acceptatio quidem sufficeret, sed ejus etiam adventus in Imperium necessarius esset, prout contigit in Carolo V. Quamvis enim is Anno 1519. mense Junii electus esset, nec longè post electionem acceptasset, eo tamen non obstante PP. Vicarii munus Vicariatus sui usque ad ejus adventum in Imperium continuarunt Anno 1520. ut ex *Christ. Barth. sentent. Cam. Imp. tom. 1. fol. 546.* refert *Buxd. conclus. 75. ad lit. b.* sed & tùm, quando Imp.
88 ab Electoribus dissentientibus, † nec à majori parte fuerit electus, vel monstrum biceps fuerit propositum, eo casu cùm nihil actum censeatur: quippe idem est, non fieri, & non legitimè, vel malo ordine fieri: Sereniß. Vicarii in fluctibus & tempestatibus Imperii, hujus dignitatem, preeminentiam & opes contra omnes turbatores ac invasores fortiter conservabunt & defendent.

89 Alter modus finiendi est, si Imp. absens † & peregrè profectus revertatur. *argum. l. pen. C. de testam. milit. l. fin. C. de decur. c. si semper. 30. de præb. in 6.* Nam cessante causâ, cessat effectus.

Confirmatio gestorum.

90 Restat membrum ultimum, quod est *de ratihabitione † & confirmatione gestorum tempore Vicariatus.* Hoc ergo prædictis † modis finito, novus electus Imp. vel jam reversus, omnia per
91 PP. Vicarios gesta, acta & facta confirmare rataque habere tene-
92 tur. Ad quod etiam Impp. tenore † Capitulationis Imperatoriæ juratò astringuntur, ut inter alia *ex Capitulatione Caroli V. apud Sleidan. lib. 1. fol. 27.* constat. *Quod interregni tempore Palatinus atque Saxo publicè egerint, ratum habeat.* Cujus confirmationis formula extat quoque *apud Dn. Goldast.* in Reichssatzung/ *fol. 242.* & novissimè *ex Capitulatione gloriosissimi Imperatoris præsentis. Ferdinandi II. de Anno 1619. art. 36.* So sollen vnd wollen wir auch alles das/ so durch die zwey des heiligen Reichs Churfürsten vnd Vi-

carien

carien / in mitler weile / so das Vicariat / laut der Güldenen Bull / nach Vermüg des Reichs Ordnung gehandelt vnd verglichen / genehm halten / auch confirmirn vnd ratificirn in der aller beständigsten Form / wie sich dasselb wol geziemet vnd gebühret. Et de hac augustissima materia Vicariatus hactenus.

CAPUT XXXIII.

DE JURE SINGULARI *Electoris Palatini, quatenus sit judex Cæsaris.*

PRæter jus Vicariatus, quod hactenus delineavimus, & Electori Palatino commune est cum Electore Saxonico, singularius † adhuc jus, moribus & consuetudine introductum, & 1
constitutione *Aureæ Bullæ tit.* 5. § *ult.* confirmatum, habet Palatinus, ut Imp. vel Rex Rom. super causis, pro quibus impetitus fuerit, coram ipso conveniri possit. Quod à Palatina † Comitiva, 2
seu dignitate veteri originem duxisse autumat *Marquard. Freher. ad Petr. de Andlo lib.* 2. *c.* 10. Olim † quippe Præfectus Palatii in 3
aula regia, & Prætorio Francorum, omnes penitùs, nullo excepto, judicabat, ut ipse Princeps, si ab aliquo conveniri se pateretur, coram hoc Imperialis Palatii judice se sisteret, ejusque judicio sese voluntariè subjiceret. Id enim, inquit *Buxdorff. in dissert. ad Aur. Bull. conclus.* 79. postmodum longo temporis usu in consuetudinem, & demum necessitatem raptum fuit. Idem etiam dicitur *in Speculo Suevico lib.* 2. *c.* 43. §. 6. Wenn die Fürsten den König wollen beklagen / so er jhnen wieder Recht thut / das sollen sie thun vor dem Pfaltzgraffen *Item*: Der Pfaltzgraff vom Rhein ist zu recht Richter vber den König / vnnd davon hat die Pfaltz viel Ehr.

Illud

Illud tamen judicium non † alibi, præterquam in Imperiali Curia, ubi Imp. ſeu Rex Rom. præſens extiterit, ſeu alio quocunque loco, ubi Imperator præſens eſt, ſicut manifeſtè indicat verſio Germanica. *Beuſt. in l. admonendi. num.* 194. *ff. de jureju-*
5 *rand.* poterit exercere. Majeſtatis † tamen reverentiæque intuitu, inquit *Dn. Arumæ. diſcurſ.* 3. *ad Aur. Bull. concluſ.* 45 *fol.* 165. *in fin.* proceſſus non contra eum, ſed fiſcalem fieri debet. *l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript. l.* 1. *ff. de offic. procur.* & ita in practica ſervari, refert *ex Alciat. reſponſo* 28. *num.* 10. *lit. b. & Antonio Heringio de fidejuſſor. c.* 7. *num.* 288. Quò etiam trahit verba *Bodini lib.* 3. *c.* 6. ſcribentis, illud more quodam receptum eſſe, ut ſi Rex adverſus privatos in privatis judiciis reſtitui velit, Procurator Regius ſedem ac locum mutet, ne publicam, ſed privati cauſam agere videatur.

6 Exinde † autem minus rectè infert *Bodin. lib.* 2. *de Republ. c.* 6. *num.* 244. Imperatorem non eſſe Monarcham. Cui reſpondimus ſup. cap. 20. n. 131. & ſeqq.

Cùm verò textus Aureæ Bullæ indefinitè loquatur, ut ſuper cauſis, quibus impetitus fuerit Imperator, vel Rex Rom. coram Comite Palatino & Electore debeat reſpondere, hinc quæri-
7 tur: *An etiam in cauſis feudalibus,† quibus aliàs exortâ lite inter Dominum & Vaſallum, coram Paribus Curiæ controverſia definitur, locum habeat?* Affirmat *Sixtin. lib.* 1. *de Regal. c.* 8. *num* 52. 53. Negant Feudiſtæ communiter. *Dn. Vult. lib.* 2. *de feud. c.* 1. *num.* 24. *Roſenthal. de feud. c.* 12. *concluſ.* 3. *num.* 15. *Schrader. de feud. c.* 10. *num.* 6. *Borcholt. de feud. c.* 10. *num.* 26. quibus noviſſimè accedit *Dn. Reinkingk. lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccleſ. claß.* 4. *c.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.* nec ſine rationibus. 1. Quia juris feudalis deciſio ſpecialis eſt, & quidem antiqua, ut in lite feudali coram Paribus Curiæ Dominus conveniatur, *c.* 1. *§. ſi inter. de alien. feud. patron. c.* 1. *de feud. ſine culp. non amitt.* Aureæ Bullæ verò conſtitutio generalis & poſterior, quæ nunquam ſpeciali derogat. *l. in toto. & ibi Dd. ff. de reg. jur.* Deinde, quia cauſæ feudales inter Dominum & Vaſallum vertentes, ſpecialiter ad hæc ſunt privilegiatæ, ut eorum cognitio ad Pares Curiæ ſpectet, *dd. juribus.* In generali verò

diſpo-

dispositione non comprehenduntur isti casus, qui specialiter sunt privilegiati, *text. in l. decurionibus. 3. & ibi gloss. & Bart. C. de silentiar.*

Quid *in causa depositionis*,† ut si Imperator Imperium male 8
administret, & ob id removendus, ad cujus cognitionem res tunc spectabit? *Herman. Vultejus in l. 1. num. 6. & seq. C. ubi Senat. vel Clariss. & Anton. Hering. de fidejuss. c. 17, num.* 291. textum Aureæ Bullæ intelligunt, si Imp. conveniatur de causis civilibus & pecuniariis, non etiam de eo casu, quando criminum, vel malè administrati Imperii arguitur. Obstat tamen huic *text. in antiquo Speculo Suevico lib. 1. c. 30.* ubi dicitur: si Imperator accusatur de eo, quòd corruptione Imperium obtinuerit, id coràm Palatino faciendum est. Et constat, Electores etiam in casu depositionis cognitionem ad Rodolphum Palatinum detulisse, quod ex instituto judicio contra Albertum vel maximè constat, de cujus depositione cogitabant, quòd Dominum suum proprium Regem Adolphum occidisset, & ideò Rex esse non posset, de quo *Henricus Stero monachus de Anno* 1300. *Georg. Alt. Secret Noriberg. in Chron.* Bey diesen Zeiten machten etzliche des Reichs Fürsten / vnd besonder die Geistlichen Churfursten / wieder K. Albrecht Bündnis mit einander / den beschuldigten sie / daß er Adolffen seinen Herrn in einem Krieg vmbbracht hette / deßwegen er dann Königlicher Ehre vnwürdig were. Darumb setzen die anderen vornembsten Fürsten Deutscher Nation H. Rudolffen Pfaltzgraffen bey Rhein zu einem Richter des H. Reichs / also daß er hinfüro zu künfftigen Zeiten / aus seiner Dapfferkeit dasselb Ampt volnführen solte / auff daß die R. König bewegt würden nichts vbels oder schuldwürdiges im Reich für zu nehmen / dardurch sie der R. Königlichen Höhe vnwürdig geschetzet werden möchten / quem locum refert *Magnif. Dn. Goldast. tom. 1. Constit. fol.* 99. Sed hæc sub distinctione conciliat *Buxdorff. in dissert. ad Aur. Bull. conclus.* 81. *sub lit. b.* ut E. Palatinus in depositionibus quidem judex primarius sit, interim tamen alii non excludantur, & *Dn. Arumæ. d. conclus.* 45. *fol.* 162. Palatinum instituti judicii directorem constituit, in causæ verò cognitione sententiæque prolatione omnium Electorum consensum

Illud tamen judicium non † alibi, præterquam in Imperiali Curia, ubi Imp. ſeu Rex Rom. præſens extiterit, ſeu alio quocunque loco, ubi Imperator præſens eſt, ſicut manifeſtè indicat verſio Germanica. *Beuſt. in l. admonendi. num.* 194. *ff. de jureju-*
5 *rand.* poterit exercere. Majeſtatis † tamen reverentiæque intuitu, inquit *Dn. Arumæ. diſcurſ.* 3. *ad Aur. Bull. concluſ.* 45. *fol.* 165. *in fin.* proceſſus non contra eum, ſed fiſcalem fieri debet. *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript. l.* 1. *ff. de offic. procur.* & ita in practica ſervari, refert *ex Alciat. reſponſo* 28. *num.* 10. *lit. b. & Antonio Heringio de fidejuſſor. c.* 7. *num.* 288. Quò etiam trahit verba *Bodini lib.* 3. *c.* 6. ſcribentis, illud more quodam receptum eſſe, ut ſi Rex adverſus privatos in privatis judiciis reſtitui velit, Procurator Regius ſedem ac locum mutet, ne publicam, ſed privati cauſam agere videatur.

6 Exinde † autem minus rectè infert *Bodin. lib.* 2. *de Republ. c.* 6. *num.* 244. Imperatorem non eſſe Monarcham. Cui reſpondimus ſup. cap. 20. n. 131. & ſeqq.

Cùm verò textus Aureæ Bullæ indefinitè loquatur, ut ſuper cauſis, quibus impetitus fuerit Imperator, vel Rex Rom. coram Comite Palatino & Electore debeat reſpondere, hinc quæri-
7 tur: *An etiam in cauſis feudalibus,† quibus aliàs exortâ lite inter Dominum & Vaſallum, coram Paribus Curiæ controverſia definitur, locum habeat?* Affirmat *Sixtin. lib.* 1. *de Regal. c.* 8. *num* 52. 53. Negant Feudiſtæ communiter. *Dn. Vult. lib.* 2. *de feud. c.* 2. *num.* 24. *Roſenthal. de feud. c.* 12. *concluſ.* 3. *num.* 15. *Schrader. de feud. c.* 10. *num.* 6. *Borcholt. de feud. c.* 10. *num.* 26. quibus noviſſimè accedit *Dn. Reinkingk. lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccleſ. claß.* 4. *c.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.* nec ſine rationibus. 1. Quia juris feudalis deciſio ſpecialis eſt, & quidem antiqua, ut in lite feudali coram Paribus Curiæ Dominus conveniatur. *c.* 1. *§. ſi inter. de alien. feud. patron. c.* 1. *de feud. ſine culp. non amitt.* Aureæ Bullæ verò conſtitutio generalis & poſterior, quæ nunquam ſpeciali derogat. *l. in toto. & ibi Dd. ff. de reg. jur.* Deinde, quia cauſæ feudales inter Dominum & Vaſallum vertentes, ſpecialiter ad hæc ſunt privilegiatæ, ut eorum cognitio ad Pares Curiæ ſpectet, *dd. juribus.* In generali verò

diſpo-

dispositione non comprehenduntur isti casus, qui specialiter sunt privilegiati, *text. in l. decurionibus. 3. & ibi gloss. & Bart. C. de silentiar.*

Quid *in causa depositionis*, † ut si Imperator Imperium male 8
administret, & ob id removendus, ad cujus cognitionem res tunc spectabit? *Herman. Vultejus in l. 1. num. 6. & seq. C. ubi Senat. vel Clariss. & Anton. Hering. de fidejuss. c. 17. num.* 291. textum Aureæ Bullæ intelligunt, si Imp. conveniatur de causis civilibus & pecuniariis, non etiam de eo casu, quando crimen, vel malè administrati Imperii arguitur. Obstat tamen huic *text. in antiquo Speculo Suevico lib. 1. c.* 30. ubi dicitur: si Imperator accusatur de eo, quòd corruptione Imperium obtinuerit, id coràm Palatino faciendum est. Et constat, Electores etiam in casu depositionis cognitionem ad Rodolphum Palatinum detulisse, quod ex instituto judicio contra Albertum vel maximè constat, de cujus depositione cogitabant, quòd Dominum suum proprium Regem Adolphum occidisset, & ideò Rex esse non posset, de quo *Henricus Stero monachus de Anno* 1300. *Georg. Alt. Secret. Noriberg. in Chron.* Bey diesen Zeiten machten etzliche des Reichs Fürsten / vnd besonder die Geistlichen Churfursten / wieder K. Albrecht Bündnis mit einander / den beschuldigten sie / daß er Adolffen seinen Herrn in einem Krieg vmbbracht hette / deßwegen er dann Königlicher Ehre vnwürdig were. Darumb setzen die anderen vornembsten Fürsten Deutscher Nation H. Rudolffen Pfaltzgraffen bey Rhein zu einem Richter des H. Reichs / also daß er hinfüro zu künfftigen Zeiten / aus seiner Dapfferkeit dasselb Ampt volnführen solte / auff daß die R. König bewegt würden nichts vbels oder schuldwürdiges im Reich für zu nehmen / dardurch sie der R. Königlichen Höhe vnwürdig geschetzet werden möchten / quem locum refert *Magnif. Dn. Goldast. tom. 1. Constit. fol.* 99. Sed hæc sub distinctione conciliat *Buxdorff. in dissert. ad Aur. Bull. conclus.* 81. *sub lit. b.* ut E. Palatinus in depositionibus quidem judex primarius sit, interim tamen alii non excludantur, & *Dn. Arumæ. d. conclus.* 45. *fol.* 162. Palatinum instituti judicii directorem constituit, in causæ verò cognitione sententiæque prolatione omnium Electorum consensum

 opus

opus esse scribit. Rectissimè! Nam ut jus eligendi Imp. ad omnes & singulos Electores pertinet, ita & deponendi, ut ostendimus sup. c. 28. num. 9. 14. 15. 16. 17. & argumento sunt formulæ privationis & exauctorationis *apud Aventin. lib. 7. fol. 733. & Dn. Goldast. in Const. Imp. tom. 1. fol. 139. & seqq.*

9 Tandem *de causis appellationis* † quæritur, an ad Palatinum spectent? Id verò prohibet textus A. B. qui tantùm agit de causis simplicis querelæ, ubi ipse Imp. impetitur. *Buxd. sub lit. c.* atque ita de causis ipsius propriis, non verò aliorum negotiis aut gravaminibus. Deinde id juris ratio non admittit. Nec enim à superiore ad inferiorem fas est appellare. *l. 1. §. 3. ff. de appellat. & l. 1. §. 1. à quib. appell. non lic.* scribit Ulpian. Stultum est, illud admonere, à Principe appellare fas non esse: cùm ipse sit, qui provocatur. Majestatique contrarium foret, Cæsarem ad cujusvis placitum coram inferiore, eorum, quæ decrevit, rationem reddere cogi. *Arumæ. d. fol. 162. in fin.*

CAPUT XXXIV.

DE ORIGINE ELECTORUM.

DOctrinæ de Electorum præeminentia, dignitate, privilegiis & juribus, subjungimus dissertationem de eorundem origine & instituto.

1 Anceps † verò nimis & scrupulosa est hujus rei tractatio, propter varias variorum Historicorum, Politicorum & Jurisconsultorum opiniones & concertationes: operæ pretium tamen facturi videbimur, si conjecturam de incremento & auctoritate Collegii Septemviralis faciamus.

2 Alii † ergo, inter quos est *Jordanus in lib. de translat. Imper.* scribunt, à Carolo Magno Electores institutos: Alii, imò ferè omnes

omnes tam Germanici, quàm Italici Scriptores originem Electoralem communiter adscribunt Ottoni III. in quorum castra transeunt *Marsil. Patavin. de translat. Imper. c.* 11. *Ludolphus de Babenberg. de jurib. Regni & Imperij, c.* 3. *Cuspinian. in vit. Otton. III. Blond. decad.* 2. *lib.* 3. *Simon. Schard. in lib. singul. de Elect. orig. c.* 1. *Petr. Heig. quæst. jur. part.* 1. *q.* 3. *& Andr. Knichen. de jure Saxon. non provoc. verb. Electorum, c.* 1. quorum commentatio de sanctione Ottoniana opinabilis semper visa est *Tobiæ Paurmeistero lib.* 2. *de jurisdict. Imp. Rom. c.* 2. *num.* 102. cùm solis conjecturis nitatur.

Alii Friderico I. cognomento Barbarossæ: Alii Friderico II. Alii Rodolpho Habspurgensi: Alii Carolo IV. Alii Gregorio V. Pontifici Romano, sub Ottonis III. Principatu. Alii Gregorio X. Alii denique censent, tempus & auctorem hujus introductionis minimè liquere.

Communi † sententiâ, (quæ tot eruditissimorum Scriptorum auctoritate jam confirmata est, adeò ut si quis contra nunc reclamare audeat, piaculum facere videatur, ut ait *Onuphrius Panvinius in tract. de Comit. Imperat. c.* 6.) ejus rei omnem auctoritatem Ottoni III. asscribente, in medio relictâ, nobis placet † *Johannis Aventini, rerum Germanicarum Scriptoris diligentissimi, lib.* 5. *Annal. Bojor. & jam dicti Panvinij, Itali, citat. loc. & c.* 9. qui Friderici II. tempore Collegium Electorale, prout id hodiè est, demum invaluisse, & vires accepisse (licet ab Ottone institutio aliqua maximè fuerit attentata & suscepta: in quam tamen Ordines reliqui nondum consensêrunt, jurique suo cesserunt) sentiunt. Id quod ex historiarum argumentis non obscuris probandum videtur. Cùm enim neque Witichindus, neque Luitprandus, neque Lamberdus Schafnaburgensis, neque Rhegino Monachus & Abbas Prumiensis, neque Otto Episcopus Frisingensis, neque Abbas Urspergensis, neque Sigebertus Monachus Gemblacensis, aliique veteres Scriptores, tam Germani quàm Itali, qui tamen ante Friderici II. obitum scripserunt, ullum verbum hac de re scripserunt, nec vocis Electorum, nec officii aliquam mentionem fecerunt, cùm conventus Imperiales & Comitia particularia Imp.

vel Regis Rom. eligendi gratiâ instituta, describunt: profectò verisimile est, Senatum Electoralem nondum fuisse constitutum. Nam si nobis ob oculos ponamus omnes Imperatores ab Ottone III. usque ad Fridericum II. Henricum dicò, cognomento Sanctum & Claudum, Conradum II. Saliquum, Henricum III. IV. V. Lotharium Saxonem, Conradum III. Suevum, Fridericum I. Barbarossam, Henricum VI. Philippum, Ottonem IV. & Fridericum II. deprehendimus, hosce omnes tùm ab universis totius Imperii Principibus, Ecclesiasticis & Secularibus, tùm etiam à quibusdam populis, ut Suevis, Saxonibus, Bavaris, Bohemis, Coloniensibus & Argentinensibus, aliisque nonnullis esse electos. Hujus rei testes in scenam produci possunt Historici antiquissimi & probatissimi, ex quibus testimonia pro hujus rei confirmatione sat luculenta petierunt Aventin. & Onuphr. quæ cum antiquissimis exemplaribus, quæ mihi videre contigit in Bibliotheca instructissima Heidelbergensi conveniunt. Candidè ergo illa asscribam.

Sic itaque *Otto Frisingensis Abbas lib. 6. Chron. c. 27. à pr. in vit. Henrici Sancti:* Anno ab incarnatione Domini M. primo, mortuo sine herede Ottone, Henricus patre Hecilone, natione Noricus, ejusdem gentis Dux, *ab omnibus Regni primoribus electus*, Rex creatur.

Et cap. 28. in vita Conradi II. Anno ab incarnatione Domini M. XXV. defuncto sine filiis Henrico, Conradus natione Francus, consilio antecessoris sui, cujus tamen, dum adhuc viveret, gratiâ carebat, *ab omnibus electus*, Regnum sortitur. Addunt *Abbas Urspergensis in Chron. & Philipp. Melanchton. in ejus vit.* quòd Aribo Moguntinus Archiepiscopus, & Eberhardus Bambergensis Præsul rem promoverint.

Henricum III. ab Episcopis, ac Principibus Germaniæ fuisse electum, testatur *idem Abbas Urspergensis in Chronico Anni M. LIII.*

Pro electione Henrici IV. Moguntiæ quinquaginta & duos, vel eo amplius Imperii Romani Principes, tùm Ecclesiasticos, tùm Laicos, excepto Duce Saxoniæ Magno (quem jam gra-

vios

vior ætas impediebat) fuisse congregatos, refert *in Chron. An. M. C. VI.*

De Lothario Saxone ita scribit *Sigebertus in Chron.* Anno Domini M. C. XXV. mortuo Imperatore Henrico, corporeque ejus Spiræ sepulto, proximo mense Augusto, Legati Apostolicæ sedis, & Archiepiscopi cum Episcopis & Optimatibus Imperii, ex condicto convenientes Moguntiæ, consultant sibi, & toti Romano Imperio de substituendo Rege. Lotharius Dux Saxonum, vir sapiens & industrius, & Ecclesiastico juri devotus, præpotens divitiis, *omnium assensu* eligitur.

De electione Conradi III. hæc verba facit *Abbas Urspergensis l. 1. c. 22. de gestis Friderici Ænobarbi Imperatoris*: Defuncto Imp. Lothario, ac in monasterio Lutre, quod in ejus proprio fundo situm est, humato, *Principes Regni* apud Galliæ oppidum Confluentiam, ubi Mosella Rhenum influit, conveniunt; & de eligendo Principe consilium ineunt. Igitur Cunradus, Friderici Ducis frater, *ab omnibus, qui aderant*, exposcitur: ad Regnumque levatus, in Palatio Aquis coronatur, quod eò faciliùs fieri potuit, quòd Imp. Henrici odium in mentibus plurium jam deferbuerat, Albertusque Moguntinus Archiepiscopus jam recenter vivendi finem fecerat.

Comitia, quibus creatus fuit Rex Fridericus I. Ænobarbus, seu Barbarossa, ita describit *Otto Episcopus Frisingens.* qui iis interfuit, *lib. 2. c. 5. de reb. gest. Friderici.* Anno ab incarnatione Domini M. C. LII. decedente ab hac luce Vernali tempore Bambergæ piissimo Rege Conrado II. nonas Martii, in oppido Francofurt, de tam immensa Transalpini Regni latitudine universum (mirum dictu) Principum robur, non sine quibusdam ex Italia Baronibus, tanquam in unum corpus coadunari potuit: Ubi cùm de eligendo *Principes primates* consultarent (nam id juris Romani Imperii apex, videlicet non per sanguinis propaginem descendere, sed per Principum electionem Reges creare, sibi tanquam ex singulari vendicat prærogativa) tandem *ab omnibus* Fridericus Suevorum Dux, Friderici Ducis filius petitur, *cunctorumq; favore* in Regem sublimatur.

De electione Henrici VI. (vel secundùm Chronica Romanorum V. qui Henricum, patrem primi Ottonis, in numero Imperatorum non ponunt, *referente Onuphrio*) ita scribit *Abbas Urspergensis*, qui Henrici tempore vixit. Anno Domini M. C. XLI. Henricus hujus nominis VI. Friderici I. Imp. filius, Regnum accepit. Qui priùs à patre Friderico Rex designatus fuerat, *& de consensu Principum* coronam Aquisgrani acceperat &c.

Philippum à Suevis, & Saxonibus, & Bavaris, & Bohemis, & Principibus electum, testis *est Abbas in Chron.*

Ottonem IV. à Coloniensibus & Argentinensibus, aliisque nonnullis electum, refert *idem.* Hæc testimonia & argumenta nec ipse *Bellarmin. lib. 3. de translat. Imp. Rom. c. 1. in fin.* potest illudere, sed fatetur ea gravia esse, & nullo modo à viris prudentibus contemnenda.

Fridericum II. à præcipuis & potentissimis Germaniæ Principibus, Rege Bohemiæ, Duce Bavariæ, Austriæ, Saxoniæ, Landgravio Thuringiæ, & aliis, ex Sicilia fuisse vocatum, testatur *idem Auctor, & Phil. Melanchton. circa fin. lib. 4. in vit Otton. IV.*

Cui ergo ex his gravissimorum Auctorum testimoniis non facile est colligere illis temporibus VII. Electores, prout nostra ætate sunt, nondum fuisse constitutos, cùm jam ab Ottonis III. Imp. obitu CC. anni fuissent elapsi? sed longè plures, omnes videlicet Germaniæ, tam Ecclesiastici quàm Seculares Principes, qui hodiè dicuntur *Principes Imperij*, quos LIII vel eò amplius fuisse, constat ex verbis Abbatis Urspergensis, quibus electionem Henrici IV. describit.

Veritati igitur historicæ viciniorem esse putamus sententiam illorum, qui Electorale nomen & munus hodiernum tempore Friderici II. Imp. vel, ut placet *Aventino & Onuphrio Panvino*, post obitum Friderici, inauditum divinant. Et testatur *idem Melancht. in Otton. III.* quòd post Fridericum II. & numerus septenarius exprimatur, crebróque repetatur, & familiæ indicentur suffragantium. Quamvis ipse non habeat, quod certò affirmet, sed putet, sub Suevorum Imperio numerum suffragiorum in ele-

electione ad septenarium redactum esse. Nec non *Casparus Peucerus in complement. Chron. Carion. lib. 5. circa pr.* in hunc modum scribit: Senatus Septemvirorum quibus vel initiis, vel auctoribus, & quando cœperit, etsi certò non constat, nomen tamen inclaruisse, & invaluisse auctoritatem atque potentiam à Friderico II. ex Historiarum annotatis non est obscurum, ut videatur hic Senatus post longos intestinorum bellorum conflictus constitutus, & hâc potestate armatus esse ac circumseptus. Sic etiam fert sententia *Panvinij c. 9.* eo potissimùm tempore, quo res Imperii civilibus discordiis afflictissimæ erant, jus eligendi Imperatorem, à cæteris Principibus ad VII. Electores tantùm esse translatum, hancq; institutionem exortam. Mortuis inquit, *circ. pr. d. c.* Friderico II. Cunrado IV. ejus filio, Henrico Landgravio Thuringiæ, & Wilhelmo Comite Hollandiæ, qui in Imperii scissura Reges nunciati fuerant, hinc Richardus Anglus, hinc Alphonsus Hispanus, inanem magni nominis umbram retinent, Imperii interregnum ab obitu Friderici II. Imperatoris, in annos plus minùs XXIII. protractum est, quibus sine certo Principe Imperium Romanum fuit: quo interim temporis intervallo, cùm alia multa, tùm VII. Electorum institutio exorta sunt. Siquidem per hæc tempora, tam muneris Electorum, quàm etiam particularium eorundem actionum, apud horum, vel posteriorum temporum Scriptores speciatim mentio haberi cœpit: singulorumque nomina, cum dignitatis appellatione, recensentur. Imperatorum quoque deinceps habentur Comitia omnia, (intellige non universalia, sed particularia, quibus Imp. vel Rex Rom. creatur, quæ dicuntur Wahltäge) quæ tantùm ab his VII. viris, quos *Electores* vocant, habita fuisse manifestè liquet, cæteris Germaniæ Principibus exclusis. Rodolphus enim Habspurgensis, Adolphus, Albertus, Henricus VII. & cæteri Imperatores sequentes, tantùm VII. virorum Electorum suffragiis renunciati fuerunt. *Et paulò post*: Et si certè constet, hanc VII. Electorum institutionem inter annum Christi M. CC. L. & M. CC. XXC. exortam fuisse: tamen quo potissimùm anno, vel quibus de causis, aut à quo Pontifice, vel in quo Germanorum conventu, aut generali, vel provinciali

Con-

Concilio id factum fuerit, mihi adhuc incompertum est, quod ejam diu multumque me torsit, quòd tanta res, ita ab illorum temporum Scriptoribus silentio prætérita sit, ex qua re factum est, ut ejus primordia modò obliterata sint & obscurissima. Quare vel invitus aliquando queri cogor de tanta eorum hominum, qui superioribus seculis vixerunt, negligentia. Ut autem nonnullis conjecturis consequi potui, (nihil enim certi habeo, quod affirmem) hæc institutio exorta fuit sub Gregorio X. Placentino, circa tempora Comitiorum, quibus post longum Imperii interregnum Rodolphus Habspurgensis Rex appellatus fuit: & in magno Concilio Lugdunensi Secundo, quod ex auctoritate Gregorii Papæ X. anno post Rodolphi electionem celebratum fuit, recepta & confirmata. Cujus rei non parvum est argumentum, quòd ab eo deinceps tempore multa Electorum mentio haberi incipiat, atque singulorum Comitiorum, quæ ab his VII. Electoribus habita fuisse, illorum temporum auctores scribunt: præsertim cùm ante hæc tempora nulla omnino hujus vocis mentio sit. Hinc etiam ortam crediderim opinionem illam, hos septem Electores institutos fuisse à Gregorio Papa V. errorémque similitudine nominum subortum, nimirum V. pro X. ponentium, cujus rei maximum est argumentum, quòd hic Gregorius X. Papa, in eodem Concilio, electionemRomani Pontificis novam quandam instituerit, ut: Conclavis ingressionem, Novendialia, subtractionem ciborum, conclavis custodiam, rationem scrutinii, & similia, quæ anteà inaudita fuerant. Quare facilè fieri potuit, Papæ electione ordinatâ, idem ut de Imperialibus Comitiis faceret, cum Episcoporum Germaniæ, qui Concilio illi interfuerunt, consensu: præsertim quòd eo potissimùm procurante, interregnum Imperii, Rodolpho Habspurgense in Regem creato, sublatum sit, XXIII. anno interregni. *Sic ille.*

5 Cujus tamen conjecturæ † pro Pontificis institutione nihil militant, etsi sub tempore illius nomen & auctoritas Electoralis invaluerit. Quamvis & *Franciscus Zoanettus in tract. de Imp. Rom. num. 244. Wimphelingus in Epit. rer. German. c. 20. Nauclerus volum. 2. Chronograph. Bellarmin. tot. lib. de translat. Imp. Rom.*

Electo-

Electoralis Collegii institutionem, ejusque jus & potestatem Pontificis ordinationi tributam ferant. Et hic quidem c. 1. totam illam constitutionem soli † Pontifici Gregorio adscribit, & Ottonem Imp. planè ab ea removent: *in principio* verò *cap.* 3. summam 6
rei Pontifici quidem tribuit, consensum tamen Imperatoris adhibitum non negat. quod nunquam dixisset, nisi Historicorum multorum testimoniis sciret se refelli potuisse. Quamque sibi constet, ex his ipsius verbis apparet: Nos non multum laboramus, utrùm Gregorius V. an X. an alius aliquis jus eligendi Principem certis Electoribus dederit, modò qui id fecit, Romanus Pontifex fuerit. At certè multum de eo laborare debuit, si inscriptioni capitis 3. servire, eamque salvam omninò esse velit. Sic enim illud inscribit:

Electores Imperii non ab Ottone III. Imperatore, sed à Gregorio V. Pontifice Maximo institutos.

Et quid † Pontifex? tam indignè hanc Imperii constitutionem tulit, ut & ipse æmulatione & indignatione accensus, contra 7
Imperatoriam potestatem Cardinalium suorum collegium instituerit. *Melancht. in Otton. III. Herman. Kirchner. de Repub. disp.* 4. *Coronid.* 2. *ad lit. a.*

Alii ergo non certâ † aliquâ Imperatoris cujusdam, vel Imperii universi constitutione vel decreto, hanc prærogativæ septemviralis concessionem fuisse introductam existimant, sed tacito consensu Principum ac Ordinum paulatim irrepsisse, interveniente longi temporis cursu, quo titulo † nullus est validior. *c. super quibusdam.* §. *præterea, de verb. signific. gloss. ibid. in verb. non extat. l. fin. ff. de aqua pluv. arcend. l.* 3. §. 4. *de aqua quotid. & æstiv. Felin. in c. cùm nobis. num.* 7. *de præscript. Gail. lib.* 1. *observ.* 21. *nu.* 15. *de pignorat. observ.* 15. *num.* 13. *de arrest. Imper. c.* 7. *num.* 16. *Mynf. cent.* 1. *obs.* 30. *per tot.* Et huic sententiæ assensum suum præbet *Paurmeist. d. l.* & alii, vel moti constitutione Carolinæ, quæ nullâ 8 9

 san-

ſanctionis vel legis Anteceſſorum, ſed conſuetudinis tantùm vel uſus longævi, quo jus electionis introductum ſit, facit mentionem. *Aur. Bull. tit.* 1. *in pr. in verb. juxta antiquam & laudabilem conſuetudinem. & tit.* 2. §. *ult. in verb. & quia de antiqua, approbata & laudabili conſuetudine. & tit.* 4. §. *cæterùm. in verb. ſicut poteſtatem habuiſſe dignoſcitur ab antiquo. &* §. *primò. in verb. ſicut invenimus hactenus competiiſſe.* Innocentius quoque III. Pontifex, *in c. venerabilem, extra de elect.* aſſerit, jus eligendi Regem Romanorum, & poteſtatem in Imperatorem poſtmodum promovendum, Principibus competere de jure ac antiqua conſuetudine. In hanc quoque opinionem noviſſimè concedit *Excellentiſs. Dn. Arumæus diſcurſ.* 5. *ad Aur. Bull. concluſ.* 5. *fol.* 123. *in med.* ubi & ipſe nullius Imperatoris conſtitutione, ſed conſuetudine, quæ uſurpatione juris Electoralis orta eſt, Collegium Electorale ſenſim conſtitutum fuiſſe arbitratur. *& in proximè præced.* ait: Nihil addi detrahive illuſtriſſimi Electoralis Collegii dignitati poterit, acceptam feramus originem Carolo Magno, vel Ottoni III. aut etiam aliis. Sufficere quippe nobis debet, quòd origo ejusdem vetuſtiſſima ſit, Scriptorumque effugiat notitiam, & quòd in dignitatis tam ſplendidæ poſſeſſione, quæ nunc ante oculos eſt, nullo contradicente quietiſſimè benè longo tempore permanſerit.

10 Ex prædictis † etiam patet, conſtitutionem Electoralem non habere auctorem Fridericum I. Barbaroſſam, nec Carolum IV. nec Rodolphum Habſpurgenſem. ſucceſſit hic in Imperio Wilhelmo Comiti Hollando ſeu Batavo, cui Electores Imperium aſſignaſſe, anno milleſimo, ducenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, poſt alios refert *Peucer. d. lib.* 5. *Chron.* ubi agit de ſtatu poſt Fridericum II. de interregno, & de Friderici poteſtate: cùm per annos 17. vel, ut aliis placet 18. ſecundùm Panvinium annos plus minùs XXIII. duraſſet anarchia. Et de hac opinione, ſeu conjectura potiùs, hactenus.

CAPUT

CAPUT XXXV.

DE PRINCIPIBUS ECCLEsiasticis: Archiepiscopis & Episcopis.

INter Status Imperii præcipuum locum † ab Electoribus tenent Principes Ecclesiastici & Seculares. 1

Ecclesiastici † omnium mortalium habentur primi. §. 1. *in fin dist. 17. l. 1. §. 1. verb. pub. ibi: in Sacerdotibus & Magistratibus, de just. & jur. Novell. 6. à pr. Bodin. lib. 3. de Repub. c. 8. num. 353. Rittershus. in partit. feud. lib. 1. cap. 5. num. 6.* eamque præcedentiam comprobat stylus vulgaris, quo semper status Clericalis præponitur Laicali, Geistlicher vnd Weltlicher Standt/ quod specialiùs declarat jus Saxonicum *lib. 1.* Landrecht *art. 3.* Ubi Episcopi dicuntur habere secundum Hereschildum, Die Bischoffe haben den anderen Heerschild/ vnnd ist dieser Heerschild nichts anders/ dann ihr Geistlicher Fürstenstandt vnnd Recht/ das sie von ihren Fürstenthumen haben/ *sic explicante Summario, art. 26. num. 2. d. lib. 1.* & referente *Laurentio* Ohm *de jure Episcopali th. 19. ad lit. e.* cui plenioris intellectus gratiâ addit verba *glossæ ad d. art. 3. lit. b.* Bey den Heerschilden vernim alle Stände der Obrigkeit / von dem Adel aller Stände Obrist vnd Nidrist / also ist der König der Obrist vnd der Elteste / die Bischoffe sind nach jhm vnd weniger dann der König / die Leyenfürsten nach dem Bischoffen / die Freyherrn nach den Fürsten / etc. Vnd ist also aller Adel in sieben Schilden vnterschieden / deren jtzlicher einer höher ist dann der ander. Imò Pontificiorum † turbæ verbo divino verius est Evangelium, Monachos, Capucinos, maximis Principibus dexteros incedere debere, & vel infimum Parochum Imperatore in foro conscientiæ superiorem existere. *Dn. Lans. in consultat. de Principatu inter provin-* 2 3

tias Europæ, in orat. contra Italiam. Et ob istam præcellentiam di-
4 gnissimæ † functiones Imperatores & Reges orbis Christiani coronandi, ungendi & consecrandi Episcopis competunt. *Obm d. th. 19. lit. f.* quæ dignitas supremo ordini Sacerdotali & Prophetico, cui nunc Episcopalis æquipollet, quasi ipsius Dei manu antiquitùs tradita fuit. *1. Reg. 8. v. ult. c. 9 v. 16. c. 10. v. 1. c. 16. v. 12. 13. 1. Reg. 1. v. 45. 2. Reg. 11. v, 12. cum multis similibus.*

5 Ecclesiasticorum autem Principum † titulo gaudent Archiepiscopi & Episcopi.

6 **Episcopi unde.** Episcopi † nomen est à Græco verbo ἐπισκοπεῖν, quod inspicere & intendere significat. Vocabulum ἐπισκοπὴ significat visitationem, inspectionem, munus, curam, administrationem commissam, officium demandatum, ut exemplis declarat *Martinus Chemnitius in Examine Concilij Tridentini, de Sacramento Ordinis fol. 405. edit. Francofurt. de anno 1615.* Latinè speculator & inspector vitæ morumque populi dicitur. *c. 1. Cleros. dist. 21. Duaren. lib. 1. de sacrosanct. Eccles. minister. c. 7.* quique curam habet actuum sacrorum, disciplinæque Ecclesiasticæ. Et sic Episcopi
7 nomen † olim non tantùm honoris, sed etiam oneris, curæ & solicitudinis fuit, *teste Augustino in c. qui Episcopatum. 8. quæst. 1.* ubi dicit, qui præesse, & non prodesse desiderat, Episcopari non debet. *Ambrosius* reddidit superinspectorem: *Hieronymus* superattendentem. *Chemnit. d. l.* & hoc nomine insignitur *in d. c. 1. & 24. dist. 94.*

8 **Episcoporum ordo quadripartitus.** Episcoporum quatuor † sunt gradus & ordines: vel enim sunt Patriarchæ, vel Archiepiscopi, vel Metropolitani, vel Episcopi simpliciter ita dicti. *d. c. cleros. Tobias Paurmeister. l. 2. de jurisdict. Imp. Rom. c. 8. num. 2. & seqq. Malchias Steph. de jurisdict. l. 3. part. 1. c. 7. num. 7.* qui omnes uno eodemque vocabulo Episcopi nuncupantur. *Lancellot. in templo omnium iudicum, lib. 2. c. 2. num. 2.* Quin & ipse Pontifex in Episcoporum censu habetur, nimirum ratione ordinis. *Pet. Rebuff. in tract. concordatorum, Rubric. de approbat. convent. in verb. Episcopus.*

9 **Patriarchæ** Patriarchæ † integræ nationi, plures provincias complectenti præsident: qui non solùm in Episcopos, sed etiam in Archi-

Archiepiscopos imperium habent. *Paurmeist. num* 5. Dicitur† Patriarcha ἀπὸ τοῦ ἀρχὸς τῶν πατέρων, quasi summus, vel Princeps, sive honorabilior sit inter Patres. *d. c. cleros.* Est enim Patriarcha in sublimiori sede primus, qui sub se habet Archiepiscopos: hi rursus Metropolitanos: Metropolitani sub se Episcopos: Unde & Patriarcha primas Ecclesiæ dictus est: adeoque summo honore fungitur. *d. c. cleros. Matth. Stephan. de jurisdict. lib.* 3. *p.* 1. *c.* 6. *num.* 3. Et quamvis eorum præeminentia† sit maxima, ita ut omnibus aliis clericis anteferantur. *Tholozan. in syntagm. jur. univers. lib.* 15. *c.* 4. Cardinalibus† tamen sunt inferiores. *Felin. in rubric. de major. & obed. Tholozan. d. c.* 4. *num.* 1 *Paurmeist nu.* 8. & 14. licet nonnulli contrarium statuant, Patriarchas nimirum præcedere Cardinales, de quo *Lancellot. d. lib.* 2. *in templ. omn. judic. c.* 2. *num.* 2. & 3. 10 11 12

Cardinales† verò nomen acceperunt à cardine ostiorum, quòd scilicet inserviant Romanæ Ecclesiæ, quæ cardo & veluti axis censetur omnium aliarum Ecclesiarum. *c. sacrosanctæ. dist.* 22. *Paurmeist. num.* 13. *Schönborn. lib.* 5. *Polit. c.* 35. vel, ut *Matth. Stephan. d. lib* 3. *c.* 5. *num* 8. vult, quòd sint quasi Sacerdotes & Episcopi præcipui ac principales, qui de eorum origine & munere per tot cap. 5. disserit. 13 Cardinales.

Patriarcharum verò ordo† tempore Concilii primi Niceni est introductus. *Dn. Arumæ. in disp feud.* 3. *th.* 4. 14

Et quamvis interdum† Archiepiscopi dicantur. *c exegit. de censib. in* 6. diversi tamen ab his sunt. *c.* 1. *dist.* 99. Et quidem ut videtur *Matth. Stephan. d. c.* 6 *num.* 4. Patriarcha potest dici Archiepiscopus: at non omnes Archiepiscopi vocari possunt Patriarchæ. *c.* 2. *d. dist.* 99. Differtque in eo Patriarcha ab Archiepiscopo, quòd hic Provinciæ præsidet: at ille non uni, sed multis est præfectus, & in Archiepiscopos etiam potestatem habet, unde Patriarcha vocatur. 15

Patriarcharum nomine† Primates quoque veniunt *c.* 1. & 2 *dist.* 99. ubi Pontifex rescribit, Primatum & Patriarcharum diversum esse nomen, formam & officium idem, & *speculat. in tit. de dispensat. §. sunt quoq;* vocalem, non realem inter eos differen- 16 Primates.

Sss 3 tiam

tiam esse statuit. *Idem* tamen *Auctor in tit. de jurisdict. omn. jud.*
17 *versic. secundùm Canon. n.7.* hoc † verum esse dicit, quoad quædã: & Patriarchas majoris esse auctoritatis ac jurisdictionis, quod ipsum etiam asserit *Bertachin in Repertorio, verb. Patriarcha & Primas.* Sed & *Paurmeist. nu.* 8. & 140. non omnes Primates verè Patriarchas esse, concludit *ex c. nullus primas. q. 9.*

18 Tam verò Primas quàm Patriarcha dignitate † Archiepiscopos antecedit: & hi ab utroque provocantur. *d. c. 1. dist 99.*
19 Et quamvis Primates interdum † etiam Archiepiscopi dicantur. *Bald. in c. unic. num. 2. & ibi Alvarot. num. 3. de his, qui feud. dar.*
20 *poss.* discernuntur tamen ab † Archiepiscopis, & hi Primatibus reverentiam & obedientiam debent, uti Patriarchis. *Speculat. in tit. de offic. ordin. & de major. & obed. in pr.*

21 Patriarchæ principales, † generales, & sublimiores in Repub. Græca numerantur quatuor: Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolomytanus. *c. antiqua. 23. extr. de privileg. c. sacrosanctæ. 2. c. renovantes. 6. c. definimus. 7. dist. 22. Matth Steph. d. c. 6. n. 5.*

22 Inferioris † subsellii Patriarchæ itidem sunt quatuor: Aquileiensis, Cantuariensis, Bituricensis, & Grandiensis. *idem ibid. Duaren. d. lib. 1. de sacrosanct. Eccles. minister. c. 90.*

23 Primates † hi vulgò referuntur:

In Germania, Archiepiscopus Magdeburgensis, & quidem citra ullum dubium. *Ludolph. Schrader. volum. 1. consil. 4. n. 64. & 125.* etiamsi hoc negari ausus fuerit *Johannes Azorius Lorzitanus, Jesuita Hispanus, in Instit. moral. tom. 2. c.* 35. his verbis: In Germania olim erat Primus Magdeburgensis, nunc verò est Salisburgensis. Sed temerè absque ullo rationis fundamento, sive affectuum vitio, sive ob rerum Germanicarum imperitiam. *Laurent. Ohm de jure Episcopali th. 13. sub lit. e.* Vocatur etiam Patriarcha Germaniæ, quem reliqui omnes Episcopi respectent. *Matth. Steph. d. c. 7. n. 34. 35.*

In Italia est primas Aquileiensis.

In Gallia Orientali sive Imperiali Archiepiscopus Trevirensis:

rensis: in Gallia Celtica sive Occidentali, quæ per metonymiam partis simpliciter sic dicitur, Bituricensis, & Grandiensis.

In Anglia Cantuariensis.

In Hispania Toletanus.

In Sardinia Pisanus. *P. Greg. Tholozan. in syntag. jur. univers. lib. 15. c. 10. de primatibus.*

Cæterùm de jure Canonico ad Patriarchalis & Archiepiscopalis dignitatis privilegium ac confirmationem petitio † pallii à Romano Pontifice est necessaria, quod ita sanxit Innocentius III. *in c. nisi specialis, extr. de auctoritate & usu pallij. & in d. c. antiqua.* adeò ut sine insigni & usu pallii actus Archiepiscopales nulli queant expediri, sicut placet eidem Innocentio *extr. de elect. & electi potest. c. quod sicut. 28. circa fin.* 24

In secunda classe Episcoporum resident Archiepiscopi, † qui universæ provinciæ, plures civitates complectentis, Ecclesiæ inspectioni sunt præfecti. *Paurmeist. d. c. 8. n. 4.* 25 Archiepiscopi.

Dicitur † Archiepiscopus ἀπὸ τῆς ἀρχῆς καὶ σκοπεῖν, quasi Princeps & summus Episcoporum, nec non Metropolitanorum. 26

Vocantur sanè & Archiepiscopi † Metropolitani in jure tam Canonico, *per tot. ferè caus. 9. quæst. 3.* quàm Civili. *Novell. 5. & 7. Schönborn. lib. 5. Polit. c. 35* quòd in Metropoli, id est, matrice aliquâ civitate jam olim sint constituti. *Duaren. lib. 1. de sacrosanct. Eccles. minister. c. 9.* Sed tamen Metropolitani dignitas † inferior est, ut patet *ex d. c. cleros.* Quare *Matth. Stephan. d. c. 7. n. 6. & 7.* notat, hoc nomine venire illos, qui simpliciter vocantur Archiepiscopi, ut Mediolanensis, Ravennatensis: at non qui verè sunt Archiepiscopi. 27 28

Eliguntur † Archiepiscopi ab Episcopis convenientibus in Metropolitana Ecclesia, ex clericorum omnium atque civium voluntate & consensu. *c. 19. dist. 63. c. 5. dist. 51.* ordinantur † ab omnibus suæ provinciæ Episcopis, seu Suffraganeis. *c. 1. dist. 66.* Electi à † Primate vel Patriarcha confirmantur, vel, si is ab eorum ditione exemptus, à summo Pontifice. *c. 44. de elect.* Sed nullus in Archypresbyterum, nisi Presbyter eligendus. *c. 2. dist. 60.* 29 30 31

Legi-

32 Legitimè † constitutus Archiepiscopus nanciscitur jurisdictionem & potestatem ordinariam in sua diœcesi, quæ consistit in lege diœcesana, jurisdictionis & in ordine, ut dicemus paulò in-
33 fra. Subjectique sunt † Archiepiscopo, sui Episcopi & Suffraganei, lege Metropolitanâ. *c. pastoralis. c. scitote. 6. q. 3.*

34 In Germania septem † Metropoles, sive Archiepiscoporum primariæ sedes constitutæ sunt: Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis, Magdeburgensis, Saltzburgensis, Bremensis, & Rigensis. *Munster. lib. 3. Cosmogr. in descript. German. c. 25. Onuphr. Panvin. de comit. Imp. c. 6. & 13.*

35 Moguntinensi † subsunt duodecim Episcopi, tanquam Suffraganei: Argentinensis, Spirensis, Wormatiensis, Herbipolensis, Augustanus, Constantiensis ad Lacum podamicum, Curiensis Rhetorum, Eichstetensis, sive Dryopolis ad flumen Alemannum, Halberstadiensis, Hildesheimensis, Padebornensis, & Verdensis. *Onuphrius d. c. 6. Matth. Steph. d. c. 7. n. 23.*

36 Trevirensis † Archiepiscopatus Suffraganeos habet tres: Metensem, Dolanum, & Verdunensem. *Onuph. d. l.*

37 Archiepiscopatus Coloniensis † quinque: Monasteriensem, Osnabrugensem, Mindensem, Trajectensem, & Leodiensem. *Onuph. & Steph. dd. ll.*

38 Archiepiscopatus Magdeburgensis † Suffraganeos quatuor agnoscit: Mersburgensem, Naumburgensem, Brandeburgensem, & Havelbergensem. *Onuph. d. c. 6.*

39 Saltzburgensi † Archiepiscopatui olim paruisse hos refert *Stephanus*: Paraviensem ad confluentem Oeni & Danubii, Frisingensem, Tridentinum, Brixiensem, Chiemensem, Secoviensem, Lovantinum, & Viennensem. *num. 40.*

40 Archiepiscopatui Bremensi † subfuisse dicit, Lubecensem, Razeburgensem, Suerinensem, ac forrassè etiam Sleswicensem, Caminensem, & Lebusiensem. *num. 43. ex Chytr. in proœm. Metropol.*

41 Rigensi † Archiepiscopatui in Livonia, quatuor comprovinciales addit: Revaliensem, Curiensem, Osiliensem, & Derptensem. *num. 46.*

Episco-

Episcopatus in Germania, qui nulli subsint tanquam Suffraganei, inquit esse Bambergensem, Ratisbonensem, & Misnensem: eosque ex omni parte liberos existere, nec ullum præter Romanum Pontificem recognoscere superiorem. *num. 47. & sequentibus.* 42

In tertio ordine & dignitate Episcopali constituuntur Metropolitani, † in specie ita dicti, sine quibus nihil agere licet reliquis Episcopis. *d. c. cleros.* ipsi verò Archiepiscopis subsunt, ut anteà diximus. 43

Quartum gradum Episcopalem absolvunt Episcopi † simpliciter & absolutè ita dicti, qui & Diœcesani appellantur, & uni tantùm civitati, & vicis ei adjunctis præesse dicuntur *à Paurmeistero d. c. 8. num. 3.* Unde & *Panormitanus in c. 1. de privileg. & excess. prælat. num. 1. sub fin.* scribit, de consuetudine in † Italia receptum esse, ut pro civitate non habeatur locus aliquis, nisi Episcopum habeat. & *in l. 36. C. de Episc. & Cler.* dicitur: Unaquæque civitas proprium Episcopum habeto. 44 Episcopi. 45

In † Germania tamen Episcopos non uni tantùm civitati, sed integris etiam provinciis præesse, cujus notum est. Notum & illud: unum † Episcopum plures Episcopatus possedisse. (quamvis contraria sit constitutio *in c. dudum 54. de elect.* in quo habens plures dignitates, vel plura beneficia, eligi prohibetur) cujus rei exemplum est in Alberto Cardinale & Marchione Brandeburgico, qui simul Moguntinensem & Magdeburgensem Archidiœceses amplissimas unà cum Halberstadiensi tenuit, ut vel *ex subscriptione Decreti Imperialis Spirensis de Anno* 1544. videre est. Itemque in Ernesto Duce Bavarico, cui non modò Coloniensis & Monasteriensis, verùm etiam diœceses Leodiensis, Hildesheimensis, & Frisingensis fuère subjectæ. *Chytræ. in Metropol.* Et etiamnum Philippus Sigismundus Dux Brunswicensis & Luneburgensis, duobus Episcopatibus, Verdensi & Osnabrugensi, præsidet. 46 47

Olim † qui Episcopi dicebantur, iidem etiam vocabantur Presbyteri, & è diverso, sicut *Aërius, Wiclefus, Johannes Calvinus lib. 4. Instit. cap. 4. §. 2. & Martinus Chemnitius in Examine Concil. Trident. de Sacrament. Ord. fol. 405. in fin. & seq. edit. Francofurt.* 48 Olim qui Episcopus, idem & Presbyter.

de Anno 1615. post Hieronymum, Ambrosium, & Bedam nihil interesse scribunt inter Episcopos & Presbyteros; sed Apostolorum tempore eundem fuisse Presbyterum, qui & Episcopus: quorum hoc nomen sit officii & dignitatis, illud ætatis. quod expressè etjam dicitur *in c. cleros. 1. dist. 21. & c. legimus. 24. dist. 95. c. olim. 5. dist.* 95. & quidem ex fundamentis Apostolicis. idemque novissime docet *Dn. D. Mentzerus in Exeg. August. Confess. ad art. 14. fol. 431. in fin. & seq. Henricus Eckhard. de ord. Eccles. & Polit. part. 1. q. 4.* sic *Actor.* 20. *v.* 17. Lucas dicit, evocatos fuisse Presbyteros Ephesinæ Ecclesiæ, eosdem verò *v.* 28. nominat Episcopos, & *Tit. 1. v.* 5. ubi Paulus loquitur de constituendis per civitates Presbyteres, statim subjicit *v.* 7. qualis debeat Episcopus ordinari, ita inferens: oportet Episcopum irreprehensibilem esse &c. *Ad Timoth. 1. c. 4. v.* 14. dicit Apostolus: Noli negligere gratiam, quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteri. Audin' ipsam ordinationem communem, adeoque officium commune fuisse Presbyteris cum Episcopis? & *1. Petr. 5. v.* 1. Presbyteros, inquit, in vobis precor Compresbyter &c. ibidemque Presbyterorum officio tribuit τὸ ἐπισκοπεῖν. Sed
49 quid Concilium † Tridentinum? Id *sess. 24. c. 4. can. 4. 6. & 7.* anathema ei dicit, qui Episcopum Presbytero non agnoscit superiorem, quoad ordinis potestatem & jurisdictionem. Quid *Bellarminus in lib. 1. de cleric. c. 14?* ob id hæreseos arguit Doctores antea relatos. Sed tantane & tam temeraria Tridenti anathematum profusio? tam liberalis & frivola Bellarminiana accusatio, ob non agnitum discrimen, neque in Scripturis divinis, neque in sacris canonibus monstratum? Audiat ita respondentem *D. Meisnerum in Philosophia sobria, part. 2. sect. 1. q. 11. fol.* 473. non esse candidi Pontificii à jure Canonico discedere: viderit proinde, qui in gratiam redeat, & anathema papale juris Canonici transgressoribus dictum effugiat.

50 Posteà † sanè differentia facta est inter Episcopum & Presbyteros, sed ex qua causa, & quo fine, *ex Hieronymo ad cap. 1. Epistolæ ad Tit.* refertur *in d. c. 5. dist.* 95. Antequam Diaboli instinctu, studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego

ego Apollo, ego Cephæ, communi Presbyterorum Concilio Ecclesiæ gubernabantur: postquam verò unusquisque eos, quos baptizaverat suos putabat esse, nō Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus præponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & ut schismatum semina tollerentur. Et *in Epistola ad Evagrium* ita scribit, ut habetur *in d. c. 24. dist. 94.* Quòd posteà unus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam, rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Evangelista, usque ad Heraclam & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, & Archidiaconum vocent. Manifestum itaque, quod ex consuetudine Ecclesiæ, in remedium dissensionum, ordinis & concordiæ gratiâ Episcopus Presbyteris & inspectioni totius Ecclesiæ fuerit præpositus & præfectus. Peculiariter verò attributa tunc fuit Episcopis ordinatio, sicut *ex Hieronymo* docet *Chemnit. fol. 407.* & alia plura cœperunt Episcopis peculiaria officia, Chrismatio, consecratio, benedictio, unctio &c. attribui, quæ *ex constit. Leonis* recitat *idem ibid.* & addit: Tandem post abjectum verbi & sacramentorum ministerium, illa etiam officiola, ad suffraganeos rejecta esse, & conversos esse Episcopatus in dominationes: talesque nunc esse Episcopos, qui à Pontifice Romano creantur.

Antiquitùs etiam cùm Episcopi otio, ut verisimile est, indulgere vellent, vicarios quosdam Episcopos ordinare soliti fuêre, qui vulgò *Choriepiscopi* † dicebantur, quasi χωρικοὶ, id est, rustici Episcopi, quia non in civitate, sed per vicos, pagos & oppida vilem quandam vicariam operam obirent. Lectores enim saltem, Exorcistas & alios minorum gentium clericos, non verò Presbyteros aut Diaconos charactere clericali insignire & ordinare potuerunt, ut *ex consil. Ancyr. c. 3. consil. Neocæs. c. 3. Concil. Antioch. c. 8. & 10.* refert *Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. c. 8. nu. 16.* & patet *ex c. quamvis. 4. distinct. 68.* Ubi aliæ inter eos quoad of- 51 Chorepiscopi.

 ficia

ficia traduntur differentiæ, ut apud *Bellarmin. dict. lib. c.* 17. Illud tamen munus postmodum omninò sublatum atque antiquatum est, tam quia ab initio ejus institutionis bona ratio non fuit, quàm quia sub prætextu vicariæ istius operæ honorem Episcopalem sibi insolenter arrogarent. *c.* 5. *Chorepiscopi. d. dist.* 68. Et sic inter Episcopos hoc tempore locum sibi vindicare nequeunt. *Pet. Gregor. Tholoz. in syntag. jur. univers. lib.* 15. *c.* 12 *num.* 46. Quamvis id nomen nostro etiam tempore in primariis Germaniæ Ecclesiis auditum. Ex hoc titulo: Chorbischoff zu Trier/ usus fuit Philippus Christophorus à Sötern/ Legatus Georgii Episcopi Wormatiensis, & Eberhardi Episcopi Spirensis, *in subscriptione Decreti Imperialis Augustani, de Anno* 1582.

52 Circa electionem † Episcopi consideranda veniunt 1. Tempus. 2. Locus. 3. Modus. 4. Personæ eligentes. 4. Qualitates eligendi.

53 Quoad *tempus*, † electio facienda est intra tres menses à die vacationis. *c. postquam*: 11. *dist.* 50. Quod si intra prædictum tempus electio non fiat, jus eligendi amittitur, & superior, qui olim summus erat Pontifex. *c. dilectus.* 11. *de concess. præbend.* hodiè verò Archiepiscopus, vel primas. *c. ne pro defectu* 41. *de elect. c. nulla.* 2. *de concess. præbend.* jus illud sibi vendicat, nisi personæ quibus facultas eligendi competit, justas impedimenti causas allegare & probare queant. *d. c. ne pro defectu, gloss. in c. benè novit. dist.* 61. Non statim autem à die mortis, vel depositionis, de alio successore tractare convenit, sed demum post diem tertium. *c.* 7. *dist.* 79.

Tempus electionis.

54 *Locus* † *ordinarius* electionis celebrandæ est Ecclesia cathedralis. *c. quod sicut.* 28. *de elect. c. fronte.* 25. *de appellat.* quia hujusmodi spiritualia in Ecclesia, sive capitulis ad hoc deputatis fieri debent. *c.* 1. *dist.* 23.

Locus.

55 *Modus* † *seu forma* eligendi triplex proponitur *in d. c. quia propter.* primus est *per scrutinium*, quando tres de collegio fide digni, secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & in scriptis redacta mox publicant in communi: nullo prorsus appellationis obstaculo interjecto, ut is collatione habitâ eligatur, in quem omnes, vel major & sanior pars Capituli consentit. Secundus,

Modus.

cundus, *per modum compromissi*, quando eligendi potestas aliquibus viris idoneis committitur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ provideant de pastore. Tertius est, *quasi per inspirationem divinam*, quando quis ab omnibus sine vitio eligitur. Sed tamen ex his modis aliqui sunt rarissimi, alii in desuetudinem abierunt: proinde sufficit hodiè majoris partis consensus, ut jam subjiciemus.

Electio fit à † Capitularibus, seu Ecclesiæ Cathedralis Canonicis. *c. Cumana.* 50. *c. in Genesi.* 55. *c. Ecclesia.* 57. *Ext. de elect. Novell.* 137. *c. 2. circa pr.* iisque omnibus, vel majori ac saniori parti. *c. quia propter.* 42. *eod. tit. de elect. c. bonæ.* 3. *de postulat. prælat.* & *c. si quis justo.* 46. *de elect. in 6.* 56 Personæ eligentes.

Ad electionis autem actum † omnes citari debent, ad quos jus eligendi spectat, & quidem citatione duplici: primâ, ut adsint certo loco ad electionem faciendam: alterâ, ut ad electionem veniant. *P. Greg. Tholoz. lib. 15. syntag. jur. univers. c. 12. nu. 19. Matt. Steph. lib. 3. de jurisdict. p. 1. c. 9. n. 26.* Proinde & absentis † erit habenda ratio. *d. c. quod sicut.* & *c. cùm inter universas.* 18. *de elect.* qui alii de Capitulo vires suas potest committere. *c. si quis justo.* 46. *de elect. in 6.* 57 58

Electio itaque non competit laicis, † neque Principibus Secularibus, quibus de jure Canonico facultas eligendi, & sese electioni immiscendi, est adempta. *c.* 1. 2. 3. 4. 5. & 7. *dist.* 63. ne quidem ex † consuetudine. *c. sacrosancta.* 51. *c. Massana.* 56. *ext. de elect.* ut quæ est contra libertatem Ecclesiasticam. *d. c. sacrosancta. Julius Pflugius Episcopus Naumburgensis in supplicatione exhibita Statibus Imperij in Comitijs Spirensibus, Anno* 1542. *adversus Johannem Fridericum Electorem Saxoniæ, apud Amplissim. Dn. Hordlederum in Opere,* Von Ursachen des Deutschen Krieges / *lib.* 5. *c.* 14. *nu.* 4. & 18. & *in replica in Comitiis Noribergensibus, Anno* 42. *adversus Electoris responsionem, eod. lib.* 5. *c.* 16. *n.* 24. & 27. Unde nulla † penitus longinquitate defenditur. *Panormit. in d. c. sacrosancta. Modestin. Pistor. consil.* 44. *n.* 530. & *seqq.* 59 60 61

Per † consuetudinem tamen fieri potest, ut factâ electione in Ecclesia, requiratur consensus Principis. *c. cum terra.* 14. consue- 62

tudine item, vel etiam statuto induci potest, ut patronus interponat partes suas in electionis tractatu, ut si in ipsa fundatione hoc sibi specialiter reservaverit. *c. nobis. 3. de jur. patron. Matth. Steph. d. c. 9. num. 8. & num. 9. cum seqq.* docet, sic adhuc in Episcopa-
63 tu † Caminensi servari, ut neque Episcopus, neque alius Prælatus, vel Canonicus, à Capitulo eligi possit absque consensu & nominatione, sive præsentatione Ducum Pomeraniæ, à quibus Episcopatus est fundatus, eorumque territorio circumscriptus: idque jus in fundatione illos sibi reservasse. Imò ipse Episcopus omnem jurisdictionem ab ipsis Ducibus habet, ideoque non modò in ipsa fundatione hoc sibi reservarunt, verùm etiam tenetur Episcopus ad consilia vocatus, instar aliorum subditorum & Statuum Pomeraniæ, propter præstitum homagium, compárere. *Idem Stephan. nu. 11. & 13. Schurff. cent. 1. consil. 72. nu. 16. & seqq.*

Easdem penè ob causas Marchiones Brandeburgenses in
64 Episcopatum † Havelbergensem:

65 Archiduces Austriæ in † Brixiensem idem jus sibi vendicant:

66 Nec non Electores & Duces Saxoniæ in tres † illos Episcopatus, Misnensem, Mersburgensem, & Naumburgensem, ut apparet ex *Electoris & Ducum Saxoniæ* Sampt schrifft *ad Cæsaream Majestatem & Status Imperij, in Comitijs Ratisbon. 27. Julij, Anno* 1541. *apud Hordleder. d. lib. 5. c. 11.* nec non Verantwortung *Johannis Friderici Electoris* wieder *Julij Pflugij* Verunglimpffung vnd vermeindte Klagen / *in Comitijs Spirensibus, Anno* 1542 *c. 15.* item Duplicenschrifft *Electoris Sax.* wieder *Julij Pflugij* publicierte Replicen / *in Comitijs Spirens. Anno* 1544. *c. 18. num. 12. 13. 14. 15. 21. 22. & 41.*

67 *Qualitates* † quod attinet Alexander III. Pontifex in Concilio Lateranensi sanxit, ut eligeretur, qui jam tricesimum annum ætatis excesserit, & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vitâ & scientiâ sit commendabilis, ut videre est *in c. cùm in cunctis. 7. de elect.*

Qualitates eligendi

68 Prima ergo qualitas est *in ætate.* † Nam & jus civile minorem 35. annis Episcopum fieri prohibet, *Authent. Presbyterum C. de sacro-*

sacrosanct. Eccles. Novell. 123. *c.* 13. scilicet propter lubricam ætatem, & nondum satis firmam ac constantem, quâ propriis rebus non satis commodè præesse & consulere præsumuntur, multo minùs ergo Diœcesi, seu Episcopatui. *P. Greg. Tholozan. in syntagm. jur. univers. lib.* 17. *c.* 6. *num.* 14. Quin tamen pactis † conventis 69
constitui possit, ut & minorennis eligi possit Episcopus, dubium non est, quo casu durante ætate minoris, habili alicui Episcopatus administratio committitur, ut maximè si id fiat consentiente, vel constituente Capitulo. *Matt. Steph. n.* 25.

Secunda habilitas est *in nativitate*. † Nam etiam in lege 70
Domini præceptum fuit: Non ingredietur Manzer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini, usque ad decimam generationem. *Deut.* 23. *v.* 2. Vulgò enim illegitimè nati seu spurii, mali præsumuntur, talesque, quales sunt parentes. Nam ut dicitur: *Mali corvi, malum ovum.* Et infamiâ facti laborare scribuntur à Jureconsultis, ob quam à testimoniis dicendis & honoribus civilibus capiendis, maximè arcentur: multo ergo magis ad dignitatem Episcopalem aditus eis præcludetur.

Quin in quibusdam locis etiam illustris † nativitas & stem- 71
ma in Episcopali dignitate deferenda spectatur. Ita Episcopatui Argentoratensi nemo præficitur, nisi Princeps, vel Comes, vel Baro. Unde Nobilissimus etiam appellatur. *Matth. Stephan. lib.* 3. *p.* 1. *c.* 10. *num.* 1. sicut Basiliensis dicitur amœnissimus, Moguntinus dignissimus, Trevirensis vetustissimus, Coloniensis ditissimus, Constantiensis amplissimus, *idem ibid. è Dresser. p.* 2. *millenario secundi, fol.* 170.

Tertia qualitas est *in vitæ* † *& scientiæ* commendatione, à 72
qua etiam Divus Paulus 1. *Tim.* 3. *à pr. usq. ad vers.* 8. *& ad Tit.* 1. *v.* 5. 6. 7. 8. Episcopum describit. Sanè ordinationes Sacerdotum cum omni diligentia & rigore fieri oportere, docet etiam *Divus Gregorius in magno Apologetico, his verbis:* Quis secundùm Pauli canones & definitiones seipsum dirigens, quas de Episcopis & Presbyteris constituit, ut sicci sive sobrii sint, modesti, non vinolenti, non percussores, ad docendum idonei, irreprehensibiles in omnibus, non conversantes malis: non multum aberrare se inve-

niet

niet ab illa canonum rectitudine? *Et rursus*: Mundari oportet primùm, ac deinde mundare: sapere, ac deinde sapientiam docere: lucem fieri,& posteà illuminare: propinquari Deo, tum alios adducere,sanctificari,tum sanctificare: manu ducere cum manibus, consultare eum consilio. *Item*: Quis instar figuli uno ipso die fictilia sua tornantis,ita repentè fingat veri cultus Antistitem, cum Angelicis stantem,& cum Archangelis laudes canentem, & Christo consacrificantem? De his autem,qui ordinantur indigni, ita scribit in eodem loco: Qui cùm mihi ad sacrum Dei altare & sacerdotium attulerint, nec in virtute & pulchro priùs insudarint & elaborarint, simul discipuli & præceptores pietatis ostenduntur,& priusquam purgati sint,purgant,heri sacrilegi,hodiè sacerdotes: heri extra sacra, hodiè præsules mysteriorum: veteratores malitiâ,novitii pietate: qui sunt opus atque fabrica humanæ gratiæ,non verò Spiritus Sancti. His pulchrè consonant illa verba *Hieronymi ad Ocean.* Heri Catechumenus, hodiè Pontifex, heri in Amphiteatro, hodiè in Ecclesia, vespere in circo, mane in altari, dudum fautor histrionum, nunc virginum consecrator. Sacris & Patrum constitutionibus circa ordinationes Episcoporum & Clericorum,superaddimus & illam Justiniani Imperatoris *in Novell.* 123. *c.* 12. quæ ita habet: Clericos non aliter ordinari permittimus, nisi literas sciant, & rectam fidem, vitamque habeant honestam: & neque concubinam,aut naturales habuerint aut habeant filios, sed castè viventes, aut uxorem legitimam, & ipsam unam & primam habentes, neque viduam, neque separatam à viro,neque aliter legibus aut sacris canonibus interdictam. Et *Novell.* 6. *c.* 4. Literas ignorantes, omninò nolumus, neque unum ordinem suscipere,Clericorum videlicet, Presbyterorum & Diaconorum, tam sacras orationes docentium,quàm Ecclesiarum & Canonum legentium libros: ordinationem sine querela, & inculpabilem, & sine aliqua contradictione, & datione pecuniarum aut rerum suscipientes. Et *l. si quenquam.* 31. *C. de Episcop. & Cleric. & d. Novell.* 137. *c. Osius.* 2. *& c. pen. de elect.* eligendus jubetur absque omni ambitu,absque precibus & pretio; absque

amici-

amicitia, omnique alia affectione. Potiùs communi utilitati in electione prospici debet. *c. ult. caus.* 8. *q.* 2.

Arcendus itaque reprehensibilis. *c. obitum.* 16. *dist.* 61. qui non est hospitalis. *c.* 1. *dist.* 85. avaritia enim promotionem impedit. *c.* 1. *dist.* 41. excommunicatus. *c. ult. vers. si tamen. de cler. excomm.* de crimine aliquo accusatus, vel denunciatus. *c. omnipotens.* 4. *de accusat.* quod etiam de jure civili in dignitatibus secularibus observandum. *l.* 29. *ff. de liberal. caus.*

Quoad *ordinem*: † eligi debet Episcopus de gremio Ecclesiæ. *c. nullus.* 13. *dist.* 61. *c. cùm singula.* 32. § *prohibemus. de præbend.* nisi fortè in Ecclesia vacante idoneus reperiri nequeat. *gloss. in d. c.* 32. aut loci consuetudo sit contraria. *c. cùm dilecti.* 8. *de consuet.* & quidem absque omni ambitu, absque precibus & pretio: absque amicitia, omnique alia affectione. *l. si quenquam.* 31. *C. de Episcop. & Cler. d. Novell.* 137. *c.* 2. *c. pen. de elect.* 73

In subsidium electionis introducta est *postulatio*, † ut scilicet ea persona, quæ ad munus Episcopi aliquo defectu non est idonea, saltem postulationis subsidio juvetur: quippe quòd per eam à superiore petitur gratia impedimenti Canonici remittendi, quod eligendo obstat. *c.* 3. *c. pen. ext. de postul. prælat. Everhard. Speckhan. in exeges. jur. Pontific.* puta si de ætate minori. *c. unic. eod. in extravag. comm.* vel illegitimo nato. *c. innotuit.* 20. *ext. de elect.* vel de Laico in Episcopum assumendo agatur *c. Osius.* §. *econtra. dist.* 61. Cùm enim ejusmodi personæ sint ad Episcopatum inhabiles, adeoque eligi non possint, postulationis ope sublevantur. *c. cum in cunctis. extr. de elect.* quod ita tradit *Matth. Stephan. c.* 10. *num.* 2. 74 Postulatio Episcopi.

Postulant † verò illi, qui eligere possunt, omnes vel major eorum pars & sanior. *d. c.* 3. *de postulat. prælat.* 75

Cæterùm electus Episcopus ante † confirmationem administrationem Ecclesiæ non habet. *Petr. Gregor. Tholozan. in syntagm. jur. univers. lib.* 17. *c.* 7. *n.* 7. exceptâ Abbatissâ, quæ administrare aliquando potest etiam ante confirmationem. *c. indemnitatibus.* 48. *de elect. in* 6. Quin Episcopus non † confirmatus administrationi se ingerens, jus quæsitum amittit, ut statuit Pon- 76 Electus Episcopus est confirmandus. 77

Vuu tifex

tifex. *in c. qualiter.* 17. *de elect. c. avaritiæ.* 5. *de elect. in* 6. Quare à superiore suo est confirmandus, puta Archiepiscopo, vel Pontifice Romano. *c. fin. dist.* 64. *c. cum venerabilis.* 7. *extr. de consuet. c. dilectus.* 32. *& c. nihil.* 44. *de elect. c.* 2. *de translat. Episcop.*

78 Postulatus tamen non † eget confirmatione superioris. *c. bonæ.* 2. *§. fin. de postul. Prælat.*

79 Electus Episcopus & confirmatus, etiam consecrandus † est. *c. licet. de translat. Episcop. c. tua. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. capit.* Nam per confirmationem consequitur ea tantùm, quæ sunt ordinis, jurisdictionis & muneris sui, veluti judicare, administrare, corrigere, & quæ sunt alia. Post consecrationem verò nanciscitur jus territorii, hoc est, non solùm imperium & jurisdictionem, sed & superioritatem & jura Regalia. *Matth. Stephan. de jurisdict. lib.* 1. *c.* 14.

Consecrandus.

80 Consecratur autem Episcopus † exemptus, ab Episcopo,
81 vel ejus mandato: Non † exemptus, ab Archiepiscopo, cum duobus Episcopis provincialibus, aut per tres comprovinciales Episcopos requisitos ab Archiepiscopo per literas. *tot. caus.* 64. *& dist.* 64. 65. *& c. quod sedem. de offic. ordin.* ipse verò Archiepiscopus
82 † consecratur ab omnibus suis suffraganeis, cum consensu Primatis, ad Ecclesiam matricem vocatis. *c. final. distinct.* 51. Inungitur
83 † autem sacro chrismate in capite & manibus. *c.* 1. *in pr. de sacr. unct.* quod unguentum conficitur ex oleo olivarum & Balsamo, ac dicitur sacrum chrisma. *Matth. Steph. lib.* 3. *p.* 1. *c.* 11. *n.* 6. Hæc ta-
84 men constitutio in † Germania nō est in viridi observantia. Nam & Episcopi Pontificii, maximè ex familiis illustrissimis nati, consecrati non sunt, neque consecrari ex politica quadam observatione voluerunt, & tamen nomen titulumque suæ dignitatis Archiepiscopalis & Episcopalis usurparunt. *Laurent. Ohm de jure Episcopali, th.* 13. *ad lit. e.*

Post confirmationem (quamvis & hujus ἀκρίβεια & stri-
85 cta observatio hodiè non sit apud eosdem Episcopos, sed sufficit electio Capituli) fieri debet ordinatio † intra tres menses, nisi ju-

Ordinandus.

stum

stum obstet impedimentum. *c. 2. quoniam quidam. 2. dist. 75.* per quam ordo confertur Episcopo. *not. in proœm. 6. Matth. Steph. d. c. 12. n. 2.*

Deniq; Episcopi sive electi sive postulati, si jugum Pontificium adhuc recognoscant, infeudationem † Episcopatuum à Pontifice ut petant & habeant, necesse est. Unde ab illis etiam magno pretio tenentur redimere pallium. *Matth. Steph. n. 12.* quia hodie nimis quàm care solet Pontifex vendere suum Linum, ut *ex Schleidan. lib. 13.* loquitur *Laurentius* Ohm *de jure Episcopali, thes. 14. sub. lit. e.* Ubi paulò post addit: Sed olim non erat sic. Nam veteres Pontifices pro pallio dari vel accipi aliquid tanquam incongruum sub districta interdictione vetuisse constat, *ex c. novit. dist. 100.* Nec enim fas † Episcopis est, antecessoris pallio uti, sed quilibet Romæ tenetur illud comparare. Etsi forte permutatione, vel aliâ quâvis ratione Ecclesiæ quis fieret Metropolitanus, de novo ut emat, necesse habet, cùm aliàs nulla ab ipso possit fieri inauguratio.

86 Pontificium jugum recognoscens, infeudandus.

87

Sedes Moguntina † quondam dedit decem millia florenorum, posteà viginti quinque millia, propter nova officia, & novos Pontificum familiares, tandem excrevit summa usque ad viginti septem millia. Sicque in vita unius hominis septies viginti quinque millia, hoc est, 175000. floren. pro confirmatione Archiepiscopi Romam pervenerunt, magno cum gravamine & dispendio subditorum, qui eo nomine collectantur. In beschwerden deutscher Nation vnd deß H. Römischen Reichs wieder deß Bapsts Geitzigkeit vnd Tyranney mit jhren Remedien vnd Avisen an die Keyserliche Maiestet Maximil. I. *Anno* 1505. *art. 3. & 4.* extant ea gravamina *apud Dn. Goldastum* in Reichssatzungen/ *fol. 215. & in polit. Imperial. part. 23. fol. 140. & seq.* Adde die stattliche Außführung Statuum Augustanæ confessionis wieder deß Bapsts Pii IV. Tridentinische Concilium *apud Dn. Hordlederum in opere* Von Vrsachen deß deutschen Kriegs/ *lib. 1. c. 47. num. 44. & 45.* Non ergo sine causa Jacobus † Archiepiscopus Moguntinus jam ferè moriens dixit: *se de morte sua non adeò dolere, quàm*

88

89

ob id, quòd subditi sui pauperes iterum pro pallio gravem exactionem dare cogerentur. in dict. gravam. art. 7.

Est autem, ut describit *Matth. Steph. lib. 3. p. 1. c. 2. num. 12.*
90 pallium † vestis genus, candidâ lanâ contextum, humeros constringens, à quo duæ lineæ ante & retrò pendent, cui intextæ sunt quatuor cruces, duæ purpureæ ante & retrò, & à dextris & à sinistris: infixi quoque sunt eidem tres acus. Quæ omnia ad cultum seu lyturgiam necessaria mysticè ab interpretibus explicantur, de quo *apud Stephanum Durantum lib. 2. de ritib. Eccles. Roman. cap. 9.*

91 Episcopus jam ritè electus & constitutus alligatus † est Ec-
92 clesiæ suæ, spirituali conjugio. Inter Episcopum † enim & Ecclesiam spirituale fœdus & conjugium contrahitur. *c. 2. 3. & 4. extr.*
93 *de translat. Episc.* Quocirca ut † conjuges, ita & Episcopus & Ecclesia, non nisi ex certis causis debent separari. *dd. capitib. Matth. Stephan. lib. 3. p. 1. c. 13. num. 1.* & Episcopus qui sponte & propriâ auctoritate de sua Ecclesia migrat ad aliam, ex constitutione juris Canonici carebit utrâque. *c. si quis Episcopus. 7. q. 1. & c. 3. ext. de translat. Episc.* Ubi prædictâ pœnâ animadversum legitur ab Innocentio III. in Episcopum Hildesiensem, quòd propriâ auctoritate ad Ecclesiam Herbipolensem se transtulisset.

Episcopus alligatus suæ Ecclesiæ.

94 Causæ † renuntiandi, & ob quas Episcopus ad aliam Ecclesiam poterit transire, præcedente consensu & auctoritate Pontificis, hisce versibus comprehenduntur *in c. nisi. 10. extr. de renunciat.*

Debilis, ignarus, malè conscius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit.

Hactenus de constitutione Episcopi diximus, sequitur ut de jure & potestate, quam ex illa consequitur, dicamus.

95 Omnis ergò † potestas & jus Episcopale consistit in tribus. Quædam enim ad Episcopum spectant jure ordinis, quædam lege jurisdictionis, quædam lege diœcesana. *c. conquerente. c. dilectus.* &

Potestas Episcopalis in quibus consistat.

& ibi gloss. de offic. ordin. Matth. Stephan. lib. 3. de jurisdict. c. 14. num. 95. licet *Paurmeist. lib. 1. de jurisdict. c. 8. num. 2.* Episcopalis potestatis duo summa capita asserat: legem Jurisdictionis, & Dioecesanam, quamvis *Panormitanus & Hostiensis ibi relati* hanc distinctionem, ut ineptam rejiciant. Et licet etiam priorem quidam infringant, & alias substituant, antiquam tamen & communem, quam vocat & ponit *Matthias Stephan.* vindicat *ad numer. 99.*

Ratione ordinis † Episcopo competit potestas publicè docendi & prædicandi verbum Dei, administrandi Sacramenta, peccatores in Ecclesia ligandi & absolvendi. *Matth. 18. v. 18. Joh. 20. v. 22 23. caus. 16. c. pervenit. 9. q. 1. c. quia quorundam. 8. §. clavis. extravag. de verb. signif.* 96

Etsi autem hæc munia † principalia & propria sint Episcopi, cùm tamen in sua Dioecesi non ubique illa exercere possit, aliis, præmissâ tamen omninò inquisitione vitæ, morumque, & exploratione doctrinæ ac donorum. *c. quando Episcopus. 5. tot. tit. de temp. ordin. & qual. ordin. c. unic. de scrutin. in ordin. faciend.* præviâ item ordinatione & institutione. *c. quod Dei timorem. 5. de stat. monach.* hanc provinciam demandat. *d. c. cùm inter cætera. 15. de offic. ordin.* Quare præcipuam partem ordinis esse dicit *Matth. Stephan. num. 139.* collationem ordinis Clericalis, sive ordinationem clericorum, quâ Episcopus clericum electum, vel à Patronis præsentatum, ministerio peragendo per impositionem manuum consecrat. 97

Ad legem *jurisdictionis* † pertinet cognitio causarum, ex qua lege fundatam habet jurisdictionem in tota Dioecesi, & qualibet ejus parte, quoad Clericos omnes, in causis spiritualibus, civilibus, & criminalibus. *l. cum clericis. 25. Authent. statuimus C. de Episcop. & Cleric. c. si quis clericus. 1. & ibi Abb. & Fel. c. significasti. c. si diligenti. de for. compet. Novell. 123. c. 21. Geil. l. 1. observ. 33. num. 1. Tholozan. syntagm. jur. univers. lib. 15. c. 12. num. 35. Tob. Paurmeister. lib. 2. de jurisdict. c. 8. num. 35.* quoad Laicos verò in spiritualibus. *c. decernimus. 2. de judic.* & in iis quæ hisce sunt annexa. *Paurmeist. num. 70.* 98

Etsi autem Episcopus de crimine seu delicto, ob quod cle-
99 ricus † vitâ privandus est, cognoscere & jus dicere possit, execu-
tionem tamen per Officiales sive Vicarios suos expediri curat:
at si clericus ob crimen commissum, duntaxat pœnam afflicti-
100 vam † corporis, puta, fustigationem vel virgarum cæsionem pro-
meritus sit, tunc convictus & damnatus privatur officio clericali,
& verberibus publicè castigatus, in exilium deportandus est ab
Episcopo, *secundùm c. cùm fortius. de calumn. Matth. Steph. d. c 14. num. 131. & 132.*

101 Ad executionem † sententiæ latæ Episcopus, vel judex Ec-
clesiasticus potest etiam implorare brachium seculare. *c. nec li-
cuit. 4. dist. 17. c. principes. c. administratores. 26. caus. 23. q. 5. c. 1. §.
fin. & c. quoniam. 14. in fin. de offic. jud. ord. c. statuimus. 2. de ma-
ledict. ibi: per temporalem. c. si quis. 2. in fin. de cler. & excomm. c.
dilecto. 6. in fin. de sentent. excomm. in 6.* Ubi dicitur, quòd jurisdi-
ctio Ecclesiastica & Secularis, suadente necessitate, sibi ad invicem
suffragari, & in juvamen alterius subventione mutuâ frequentiùs
102 exerceri debeat. Quòdque judex † Laicus sententiam judicis Ec-
clesiastici, ad requisitionem executioni mandare teneatur, tradit
*Geil. 1. observ. 115. Mynsing. respons. 6. num. 4. Covarruv. pract.
quæst c. 10. Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 452. num. 4. & de re-
tinend. poss. remed. 3. num. 359.* aliique plurimi citati *à Matth. Ste-
phano d. c. 14. num. 135.* sed & jura civilia statuunt, quòd magistra-
103 tus † sibi invicem mutuam operam præstare, manumque suppedi-
tare debeant. *l. 2. C. de his, qui latrones vel aliis criminib. reos oc-
cult.* ne elusoria sententia reddatur. *l. si prætor. 75. ff. de judic. c. com-
missa. §. porrò. de elect. in 6.*

104 Et sic ex lege jurisdictionis est † correctio & coërcitio,
quin etiam depositio, vel dimissio, vel suspensio clerici ab officio.
c. degradatio. 2. de pœn. in 6. licet institutio sit ordinis Episcopalis.
Matth. Steph. num. 137. itemque excommunicatio. *c. transmissam.
15. de elect.* Ut & alia censuræ Ecclesiasticæ, de quibus *in c. quærenti. 20. de verb. signific.*

Quoad

Quoad Laicos, † Episcopus est judex in spiritualibus, hisque annexis. *Paurmeist. d. c. 8. nu. 70.* & absolvit à juramento, *c. fin. de foro compet. in 6.* 105

Quin tamen & Imperator † à juramento absolvere possit, patet *ex l. fin. ff. qui satisd. cog. l. adigere. §. ff. de jure patron. l. fin. ff. ad municip. Dn. Arnisæ. lib. 2. de jure majest. c. 6. n. 8.* 106

Ex Imperatoris & Statuũ permissione etiam Cameræ † Imperiali competit facultas absolvendi à juramento ad effectum agendi. *part. 2. Ordinat. tit. 24. Mynſ. 3. obſ. 99. Gcil. 1. obſ. 25. num. 3. & obſ. 38. nu. 5.* 107

Sed & ad Electorem † Saxoniæ relaxatio juramenti pertinet, *ex Constit. Saxon. p. 2. c. 36. Matt. Steph. n. 38.* 108

Sic etiam in gradibus † prohibitis dispensandi potestas primitùs Imperatori competebat. *l. si senatori. 31. ff. de rit. nupt.* & facit *l. qui in provinciæ. 57. §. 1. eod.* Ex Canonibus tamen propria est † Episcoporum. *Matth. Steph. n. 69.* At cùm ex Decreto † Passaviensi ad alios Principes & Status Imperii jura Episcopalia translata sint, illis quoque dispensatio graduum in conjunctione matrimonii competit, inquit *idem num. seq.* 109 110 111

Ex *lege Diœcesana* † est inprimis perceptio Cathedralis, sive Synodatici, ut vulgò dici consuevit, quod solvitur à Clericis in Synodo Episcopali ob honorem cathedræ, seu dignitatem & onus Episcopale, sive ad conservationem cathedræ, cujus ratione statutum est, exigi tantummodò oportere annuatim duos solidos à singulis. *c. conquerente. de offic. ordin. c. 1. & fin. c. 10. q. 3.* & quidem ab omnibus, nisi specialiter ab eo exemptum se quis doceat. *c. inter. 11. q. 3.* Dicitur † Synodaticum à Synodo sive Concilio Episcopali, ad quod clerici ab Episcopis singulis annis in suis Diœcesibus bis convocantur, ut nimirum quæ ad mores & lites pertinent, determinentur, causæque Ecclesiasticæ tractentur & judicentur. *c. 2. & 4. dist. 18. idem Steph. n. 102.* Perceptio † item Enthroniastici, honorarii scilicet, quod Episcopis munus suum auspicantibus Ecclesiæ subjectæ largiuntur. *Duaren. de benefic. Eccles. lib. 8. c. 5.* 112 113 114

Ad hanc legem etiã referunt Hospitia † & victum, quem Ecclesia- 115

clesiarum vel Monasteriorũ Antistites, Episcopis Ecclesias solenni more inspicientibus præbere coguntur. *Paurmeister. lib. 1. de jurisdict.*
116 *risdict. c. 7 num. 4.* Canonicam † item portionem, id est, quartam
117 decimarum, nec non quartam † mortuariorum, quæ est de legatis, quæ à mortuis Ecclesijs sunt relicta. *c. conquerente. de offic. ordin. c. de quarta. de præscript. c. officiis. c. requisisti. de testament.* quæ tamen quarta secundùm locorum consuetudines variat. *d. c.*
118 *requisisti. c. certificans. de sepult.* Jus extraordinariæ † collectionis, quod quia non muneris necessitate, sed precibus ac persuasionibus impleri consuevit, Charisterium sive Charitativum subsidium, quasi sponte oblatum magis, quàm coactione ac imperio expressum nominatur. *Paurmeist. d. l. Joach. Stephan. lib. 4. de jurisdict. Eccles. c. 15. num. 40. & seqq.* Hinc à *Matth. Steph. d. c. 14.*
119 *num. 128.* ita definitur: † quòd sit jus Episcopale dioecesanum, quo Ecclesiæ Episcopus tempore necessitatis tributum edicit & imperat: ut si Episcopus emat terram aut locum pro sustentatione, aut defensione, modò publica id suadeat utilitas, & is ex suo non sit sufficiens. item, pro redemptione sua ab hostibus, à quibus sine sua culpa captus est. *Rosenthal. de feud. c. 5. conclus. 76. num. 5.* Eo etiam casu, quando Imperator aut Rex apud Episcopum divertit, quod dicitur Keyserlich oder Königlich Ablager halten/ Episcopus clericos suos collectare potest. *d. c. conquerente. Rosenth. d. concl. 76. nu. 2. Matth. Steph. d. l.*

120 Legis Dioecesianæ etiam est visitatio. † *c. cleros. §. Episcopatus autem. dist. 41.* competit enim Episcopo in sua Dioeces. *d. c.*
121 *conquerente.* Visitationis autem præcipuus † scopus est, sanam orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, cætera, prout locus, tempus & occasio feret, ex visitantium prudentia, ad fidelium fructum constituere, ut ex *Concil. Trident. sess. 24. c. 3. de reformat.* & pluribus textibus juris Canonici pro-
122 bat *Matth. Steph. num. 114.* Annua † vero visitatio est necessaria. *c. cùm Apostolus. de censib.* in qua cùm Episcopus cunctas parochias pertranseat, ex eodem jure administrationem & gubernationem

tionem bonorum Ecclesiasticorum spectabit. *c. decernimus.* 10. *c. Episcopum.* 11. *caus.* 10. *q.* 1. Ministris etiam Ecclesiarum & Scholarum, qui ob ætatem ampliùs præesse non possunt, de subsidiis vitæ prospicere debet, ut monet *idem Stephan. num.* 124. *& num.* 125. inprimis convenire scribit Episcopo, & cæteris Prælatis, pauperum inopiam suis copiis sublevare, *ex l.* 2. *vers. si quid enim parsimonia. C. de Episc. & Cler. c.* 1. *dist.* 82. *c.* 12. *q.* 2. cùm bona Ecclesiarum sint bona pauperum. *c. ult. q.* 1. *Clement. quia contingit.* §. *ut autem præmissa. versic. & eorum proventus de religios. domib.* quod procere scribit in iis bonis, quæ post clericorum sustentationem supersunt. ex præbendis enim ante omnia debentur clericis alimenta. *c. Episcopus.* 23. *vers. participet. caus.* 12. *q.* 1. *Martin. Coler. de aliment. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 158. *& seqq. & num.* 62. *cum seqq.* Et quia nemo† cogitur suis militare stipendiis. *c. cùm ex officys.* 10. *de præscript.* hinc procuratio sumptuum debebitur Episcopo, vel alii ejus loco & nomine visitanti, à clero totius Ordinis & Ecclesiæ in 123
communi. Ubi tamen præcavebit, † ne nimis Ecclesias graves, sed 124
sumptus faciat secundùm impensarum modum præscriptum *in c. cùm Apostolatus.* 6. *c. procurationes.* 23. *de censib. & in c. unic. de censib. exaction. & procuration. lib.* 3. *Extravag. com.* ac juxta facultates Ecclesiæ. *c. sopitæ.* 14. *de censib. c. cùm olim.* 19. *& c.* 17. *eod. Matth. Steph. n.* 126. *&* 127. Hinc *in d. c. cùm Apostolus*, cautum est, ne Episcopus in visitatione provinciæ pluribus, quàm quinque equis utatur.

Ampliùs: ad legē Diœcesianam referunt extructionem† Ecclesiarum. Nam Episcopi auctoritate hæ sunt erigendæ, dedicandæ, consecrandæ, & inaugurandæ. *c. nemo Ecclesiam.* 9. *de consecr. dist.* 1. *c. cùm olim.* 14. §. *insuper. de privileg. & excess. c. aqua.* 9. *de consecrat. Eccles. vel altar. Novell.* 67. *c.* 1. *Novell.* 131. *c.* 3. duæ uniendæ. *c. sicut unire.* 8. *de Excess. Prælat.* atq; una in duas dividenda. *c. ad audientiā.* 3. *in fi. de Eccles. ædif. & repar.* Itē administrationē, † dispositionem & gubernationem bonorū Ecclesiasticorum. *tota causa* 12. *q.* 1. visitationem. *c. cleros.* §. *Episcopatus autem dist.* 41. 125 126

De jure† Canonico soli quoq; Pontifici vel Episcopo conceditur potestas faciēdi locū religiosū. *c. de Xenod.* 3. *c. adhæc* 4. *de relig. dom.* 127

dom. Joachim.Mynsing. ad §. *religiosum n. Inst. de rer. divis. n.* 4.
128 *Matth. Steph. d. c.* 14. *n.* 91. cùm aliàs de jure † civili religiosum locum unusquisque facere possit, dum mortuum infert in locum suum. *d.* §. *religiosum.* 9. *l. locum.* 2. §. *sepulcbrum.* 5. *ff. de Religios.*
129 *& sumpt. funer. l.* 2. *C. eod.* Imò per † benedictionem aut consecrationem Pontificis, vel Episcopi jure Canonico locus non solùm religiosus, sed & sacer quoque fit: certis tamen & solennibus præfatis verbis, ac ritu quodam singulari, quem Pontificia lex præscripsit. *d. c. nemo. & tot. tit. de consecrat. dist.* 1. *Myns. ad* §. *sacra.* 8. *Inst. de rer. divis. n.* 5.
130 Sed & religiosarum † domorum inspectio & provisio Episcopi est. *c.* 3. *& c.* 4. *extr. de religos. dom.* Unde earum Rectores de bonis pauperum ritè & bonâ fide administratis rationem Episcopo reddere tenentur. *Clem.* 2. *de relig. dom.* nec habent patroni fundatores de iis disponendi facultatem. *c. monasteria.* 18. *quæst.* 1. Quod ut maximè in hospitalibus religiosis, sive spiritualibus & Ecclesiasticis obtinere, tradit *Matth. Steph. n.* 92. *& n.* 93. ait, esse & hospitalia non religiosa, sive secularia, quæ sine Episcopi auctoritate extructa, & pauperibus destinata sint: & hæc ad patronorum curam pertinere. *d. clement.* 2. *de relig. dom. c. irrefragabili. de offic. ordin.* & non ad Episcopum. *Petr. Greg. lib.* 1. *partit. jur. canon. tit.* 16. *c.* 2. *n.* 2. vid. etiam *n.* 116. *& seqq.*
131 Sed & beneficium † asyli adscribitur Episcopo, ut illo quis in Ecclesiis, monasteriis, ac aliis locis sacris ac religiosis frui possit. Daß sich einer des Gottesfrieden / oder Kirchen / Clöster / Kirchhoff / Hospital / Capellen / und dergleichen gebrauchen möge *Laurent. Ohm d. disp. de jure Episcop. th.* 16. *lit. t.* Quare confugien-
132 tes † ad ista loca, tanquam ad sacrum refugium, non possunt ab iis, invito Episcopo, abstrahi. *c. rerum.* 17. *quæst.* 1. sed opus est, ut ab hoc, vel ejus vicario sacri asyli concessio impetretur. *c. inter alia.* 17. *de immun. Eccles.* sed de jure asyli, an & quatenus concedendum, à nobis disputatum fuit supr. cap. 3. à num. 90. ad numer. 100.
133 Insuper ad hanc legem referunt functionem † Cancellariatus in Academiis, Diœcesi Episcopi insitis, vel vicinis, etiam in terris

teris Ecclesiæ, hoc est, Doctores, Magistros & Baccalaureos creandi & promovendi licentiam. *Laurent.* Ohm *de jure Episcop. th. 17. lit. r*, Idque officium Episcopi est singulare, regulare, & nobile, ut vocatur *à Matth. Steph. nu. 66.* Unde & ad eosdem † ex Academiarum Consistoriis appellationes plerumque deferuntur, ibidemque recipiuntur. *num. 67.* & latè *part. 2. c. 14. nu. 28.* Ubi addit, hinc etiam in aliquot Synodis sancitum esse, ut Episcopi dent † operam, quò in Academiis Doctores idonei constituantur. *c. de quibusdam. distinct.* 37. Et notorium est, adhuc hodiè † in multis diversis locis etiam reformatæ religionis Episcopos Academiarum Cancellarios esse. Sic enim Basiliensis Cancellarium agit Episcopus ejusdem loci, ut & Academiæ Friburgicæ in Brisgoia, Heidelbergensis Episcopus Wormatiensis, Rostochiensis Episcopus Suerinensis, Gripswaldicæ Episcopus Caminensis, Lipsicæ Episcopus Mersburgensis. 134 135 136

Hæc de potestate Episcopi.

Archiepiscopi † potestas & jurisdictio latiùs se extendit, quæ ei competit ex lege Metropolitana in suos Suffraganeos. *c. pastoralis.* 11. *de offic. ordin.* ex qua cùm intentionem fundatam habeat, non spatio unius Diœceseos, ut Episcopi, sed latiori circumscribitur. *Lancellot. in templ. omn. judic. lib. 1. cap. 2. 3. 4. & 5.* 137

Episcoporum Germaniæ † dignitas est maxima. *Fulv. Pacian. lib. 2. de probat. c. 28 nu. 36.* amplissima, *Scot. respons. 28. n. 35. lib. 6.* excelsa, *Menoch. consil. 201. n. 132.* imò inter Ecclesiasticas dignitates ea, quæ Episcopis competit, non simpliciter dignitas, sed dignitatis honorumque culmen, apex & fastigium dicitur. *c. venerabilis. extr. de præbend. c. si per ordinationem. 5. dist. 63. Laurent.* Ohm *de jure Episcop. th. 19. in pr.* & tanta † est, ut illa quoque regulariter præ secularium principatuum dignitate emineat, & hæc illi in titulis Episcoporum postponatur, idque etiam fit in Secularibus Principibus ad Episcopalem dignitatem evectis, nisi sit Archiducalis dignitas, quæ Episcopali in titulis præponi solet. Quod si verò Comites vel Barones Episcopi sint, per Episcopalem eorum dignitas adeò obscuratur, ut nulla in titulis Comitatus vel 138 139

Episcoporum Germaniæ dignitas maxima.

Baronatus fiat mentio, atque est hæc singularis differentia inter Principes Seculares, & Comites Boronesque. *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num. 118.*

140 Potestas insignis. Est item potestas † insignis, utpote cùm habeant jus regale & territoriale in sua Diœcesi, hoc est, non solùm imperium & jurisdictionem, sed etiam superioritatem, & jura regalia, quæ territoriis, ut accidentia inseparabilia insunt. *Peregrin. de jur. fisci, lib. 1. tit. 2 num. 104. Dn. Hilliger. in Donell. Enucl. lib. 17. c. 10. not. 10. Matth. Stephan. lib. 3. p. 1. c. 14. num. 9.* Unde amplissimarum rerum domini sunt effecti *Hillig. d. c. 10. not. 8.* Nec ullibi Episcopi majoribus feudis & amplioribus vigent justitiis, ut ait *Waltram. Ep. Naumburg. in tr. de invest. Episcop.*

141 Personæ † quidem Ecclesiasticæ ex constitutionibus canonum propriè territorium non habent, cui inhæret jurisdictio civilis. *Clement. Ne Romani. §. sanè. de elect. P. Belluga in Speculo Princip. Rubric. 22. de jurisdict. & utroq. Imper. §. Et quia quotidiè. n. 46. & seq. Duaren. lib. 1. c. 4. de minister. ac benefic. Ecclesiastic. Andr. Knichen. de jur. Saxon. non provocand. in verb. Ducum Saxoniæ. c. 4. n. 69.* vel districtum continuum. *Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. c. 8. n. 30.* sed Diœceses. *c. cùm contingat. de for. compet.* hoc est, dispersas multorum habitationes. *idem Paurmeist. ibid.* quæ Diœceses jurisdictioni ac potestati Episcopali exercendæ sunt assignatæ, in sacris scilicet. *l. omnes basilicæ. 16. quæst. 7. Tholoz. in syntagm. jur. u-*
142 *nivers. lib. 15. c. 12.* Nec enim in primitiva † Ecclesia Episcopi judicia exercebant, sed sacra administrabant, curabant. Ut ergo ter-
143 ritorium † dicitur, quatenus judex jus terrendi: sic Diœcesis † dici-
144 tur, quatenus Episcopus jus administrandi sacra habet. *Simone Schard. in lex. jurid. in verb. Diœcesis.* Et hoc est, quod *Matth. Steph. d. c. 14. num. 17.* tradit: Episcopus, quatenus Episcopus est, duntaxat cathedram habet, non tribunal.

145 Quemadmodum † verò ex concessione Principis Secularis, Ecclesiastici alia temporalia habere possunt. *Bart. & Dd. in l. si quando. C. de appellat. Canonistæ. in c. Romana. §. debet. eod. in 6.* sic & regalia iis ita competere possunt. *Pruckman. ad rubric. quæ sint regal. c. 4. num. 39.* Hinc Doctores tradunt, Episcopos duplicem

dem † personam repræsentare & sustinere, Secularem & Ecclesiasticam: adeoque duplicem habere jurisdictionem, Ecclesiasticam & Secularem. *Gail. 1. observ. 30. n.2. & in tract. de arrest. Imp. c. 6. num. 14. & seqq. Sixtin. num. 122. Matth. Stephan. d. c. 14. num. 30.* 146
quibusdam tamen difficile † videtur, ut utraque qualitas in eadem persona concurrat, sitque persona duarum vice. *l. 9. ff. de pact. l. 13. §. 4. ff. ad Trebel. Becht. de salvo conductu. c. 5. class. 3.* 147
Quatenus ergo † Ecclesiastici sunt, eatenus regalia, imperia & jurisdictiones eis non competunt, sed quatenus sunt Principes & Status Imperii Romani, & jure territorii concessi. *Dn. Vult. l. 1. de feud. c. 5. n. 7. & ibi relati. Dn. Arumæ. discurs. 3. ad Aur. Bull. conclus. 8. fol. 126. & 127. Sixtin. d. c. 4. num. 123. Gail. d. observ. 30. num. 1. 4. 5. & 6. Pruckman. d. num. 39. Kirchner. disput. 5. auct. 4. ad lit. a.* 148

149 Quando † tamen Episcopus & Princeps in unam personam recidunt, tunc opera danda est, ut dignitas Episcopalis in eadem persona emineat, reique sacræ major, quàm profanæ habeatur ratio. *Matth. Steph. de jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 1.* ne meritò audiatur illud, quod ingeminat *Auctor Antonomiæ Franc. Burckhardi part. 5. c. 32. fol. 432.* **Es ist dahin kommen/daß man den Bischoff vnd Prelaten auff dem Roßgar nicht kennen/in der Kirchen aber selten finden kan.**

150 Cooptati † v. sunt Episcopi in numerum Principum Imperii à Ludovico Pio Imper. *teste Helmodio in Chron. Slavon. lib. 1. c. 4.* Ubi ait: Ludovicum Pium liberalitate maximâ erga Dei cultum usum, in tantum, ut Episcopos, qui propter animarum regimen Principes sunt cœli, ipse eosdem nihilominùs Principes effecerit Regni. refert *Sixtin. n. 125.* Tanta † enim veterum fuit in religione devotio, ut sine Sacerdotibus & Episcopis nihil magnum feliciter se absolvere posse sperarent, & ita demum rectè omnia processura crederent, si Antistites suis consiliis præsentes haberent. *Pet. Heig. part 1. q. 4 n. 61.* Sic quoque Electores Ecclesiastici ab Impp. in sacrum Concilium sunt adsciti, & Imperatrici pro Cancellario Abbas Fuldensis destinatus. *Munster. in Cosmogr.* 151

Quod dictũ est, Episcopos in Imperio regalia habere, id in-

152 tantùm verum eſt, ut non ſolùm regalibus † expreſſè inveſtiri ſoleant, ſed & nonnunquam Epiſcopatus eorum in inveſtitura vocentur principatus, cujusmodi inveſtituras ſe vidiſſe teſtatur *Sixtinus d. c. 4. num. 126. & num. 127.* addit. Sunt etiam ex his, qui præter regalia, quæ iis occaſione Epiſcopatus tanquam Principibus competunt, peculiares titulos & dignitates ſeculares Ducatuum & Comitatuum habent. Sic Colonienſis, vocatur Dux Weſtphaliæ & Angariæ, Herbipolenſis, Dux Franconiæ, Argentinenſis, Landgravius Alſatiæ, Verodunenſis, Comes Verodunenſis, Leodienſis, Dux Bullionenſis, Cameracenſis, Dux Cameracenſis.

153 Quin & in tantum † dignitas & poteſtas Epiſcoporum pedetentim crevit in iis, quæ regalia jura regalesque dignitates, & alia temporalia concernunt, ut non ſolùm Nobiles, ſed & Comites ac Barones ab iis feuda recognoſcant: & non deſunt Principes, qui à nonnullis eorum de integris etiam Comitatibus, & Baronatibus inveſtiti ſint. Talis eſt inter alios Epiſcopus Herbipolenſis, qui præter Comites & Barones aliquot Principes Seculares habet vaſallos, ex quibus etiam ſunt, qui Comitatus ab eo in feudum tenent. *num. 128.* idem aſſerit de Abbatibus & Abbatiſſis principali dignitate decoratis, quòd nonnulli ex iis etiam non tantùm Nobiles, ſed & Comites & Barones, atque adeò etiam Principes vaſallos habeant, experientiâ teſte, *num. 193. & 144.* Et ſic patet, quòd Epiſcopi & Abbates ejusmodi feuda dare poſſint, & textus eſt *in c. unic. in princ. de his, qui feud. dar. poſſ. Borcholt. de feud. c. 5. nu. 12.* tam propria bona, quàm Eccleſiæ, ſi ab antiquo infeudari ſint ſolita. *d. c. qui feud. dar. poſſ. & ibi gloſſ. Roſenthal. de feud. c. 4. concluſ. 25. num. 8.* id autem faciunt non ut Epiſcopi, ſed ut Principes Seculares. *Matth. Stephan. d. c. 14. nu. 31.*

CAPUT

CAPUT XXXVI.

DE PRINCIPIBUS SECULARIBUS: *Archiducibus, Ducibus, Comitibus Palatinis, Marchionibus, Landgraviis & Burggraviis.*

PErvenimus nunc ad Status & Principes † Politicos, Archiduces scilicet, Duces, Comites, Palatinos, Marchiones, Landgravios & Burggravios. Ubi de horum nominum significationibus & originibus dicendum. 1

PRINCEPS † Latinis dictus est, ex eo, quòd sit rerum primus. *Tacit. 1. annal.* seu, qui primum dignitatis locum obtinet, & reliquos dignitate antecellit. *Tob. Paurmeister. lib. 2. de jurisdict. c. 9. num. 1. Cicer. pro domo sua.* Civitatis longè Princeps Pompejus. Et sic juxta veram nominis Etymologiam significat aliquam præeminentiam, quasi primas partes capiens. *Dn. Cluten. in Syllog. rer. quotid. th. 9. sub lit. a.* Germanica vox Fürst / est quasi Fürstehet / *Spangenberg. in Speculo Nobilitatis lib. 10. c. 8. in pr.* Græcis Princeps dicitur ἄρχων, quâ voce omnis major, etiam Rex & Imperator venit. *Andreas Knichen. de jure territ. cap. 1. nummer. 297.* 2 Significationes vocis Principis.

Deinde id vocabulum generaliter † accipitur pro auctore alicujus rei. Sic Paulus JCtus delicti Principem pro auctore dixit *in l. 10. ff. de serv. corrupt.* 3

In speciali † appellatione apud nationes quasdam primò accipitur pro primogenitis Regum. *Lancellot. in templ. omn. judic. lib 1. c. 3. Paurmeist. d. num. 1.* Ita Ferdinandus I. antequam in Regem Romanorum esset electus, Principis Hispaniæ, & Archiducis Austriæ titulo usus fuit. *Recess. Imp. de Anno 1525. in pr. ibi:* Prinz in Hispanien / *& de Anno 1525. ibi:* Prinz und Infant in Hispanien. 4

Itali

Itali Principem appellant primogenitum Ducis vivente patre. *Pet. Calefatus de equestri dignitate, concl.* 106.

Galli Principis nomen nulli tribuunt, nisi iis, qui per mares à Regibus originem repetunt. *Thuan. lib.* 25. *hist.* Et Petrus Lizetus Curiæ Princeps, dum publicè jus diceret, patrono Guisianorum, qui eos Principes nominabat, palàm dixit: Actis publicis nomen Principis non nisi Regiæ prosapiæ Principibus tribui moris esse, refert *Cluten. th.* 26. *sub lit. a.* Hinc cùm Franciscus Borbonius, Guisium seipsum Principem appellantem indignabundus audivisset, ad astantes jocosè respondisse fertur: Guisium linguâ Gallicâ Germanicè loqui. *idem ibid.*

Secundò, pro dignitate Ducibus, Marchionibus & Landgraviis, eminentiore competente. *idem ibid.*

5 Ex usu † juris & in negotiis Imperii vocabulum Principis usurpatur, vel in sensu proprio & genuino, vel in improprio & metaphorico.

6 Propriè † & κατ᾽ ἐξοχὴν solus Imperator appellatur Princeps, quòd ipse rei Romanæ dominus sit & imperium habeat, ut videre est in titulis Imperatoris Justiniani *in procem. Instit.* §. *sed quod & principi placuit. tit. de jur. nat. gent. & civil. l.* 31. *ff. de legib.* & patet *ex Tacit. lib.* 1. *Annal.* Unde Principatus & Principes propriè Imperium & Imperatorem denotant, & regale fastigium excedunt, *ex Sueton. in Calig. Kirchner. de Repub. disp.* 5. *auct.* 4. Absolutéque positus Princeps semper Imperatorem denotat, & nullibi locorum in legibus aliter accipitur. *ibid. sub lit. a.* Ideoque jura omnia de Principe loquentia propriè Imperatori competunt. *Speculat. tit. de Appellat.* § *videndum restat, in princ. lib.* 2. *Mart. Laudens. in tr. de princ. quæst.* 266.

7 Metaphoricè † & ex usu vulgi Principis appellatio tribuitur etiam aliis, quàm Imperatori, proptereà quòd in suo quisque territorio, idem jus habere dicatur, quod habet Imperator in toto Imperio Romano. *Dn. Vultej. lib.* 1. *Jurisp. Rom. c.* 32. *sub num.* 23. adeoque in generali hac significatione illi appellantur Principes, & cum adjectione *Principes Imperij*, qui majorem Regalem dignitatem, seu D[illegible] vel Principatum ab Imperio habent. *Cluten. d. l.*

d. l. Et illa dignitas † vel celsitudo Principalis à Carolo M. majoribus potestatibus eorum, quos in partem solicitudinis suæ assumpsit, honoris ergo addita est, ut eo illustrius Imperium esset, quò majoris & illustrioris dignitatis gubernatores haberet. *Knichen. de jure Saxon. non provoc. c. 4. & de sublim. territ. c. 1. n. 236. Kirchner. d. l.* Illi † autem, qui jam Domini & Principes sunt earum regionum, quibus præsident, olim erant Magistratus, Præfecti & Præsides Provinciales duntaxat. Jam v. Provinciæ in feuda sunt commutatæ, & successione hereditariâ ad suos transmittuntur: & proinde Ducum, †Marchionum &c. nomina, non ut olim muneris & administrationis, & dignitatis temporariæ, sed perpetuæ, & ad heredes transitoriæ sunt nomina. *Duaren. in com. feud. c. 6. Besold. de appellat. c. 2. sub §. 15. & in tract. de jurisdict. Imp. Rom. q. 16. Munster. in Cosmograph. lib. 3. in descript. Germ. c. 20.* Unde liquet, quàm malè † hodiè Electores, Duces, Comites, & Barones, Præfectis Prætorio, Proconsulibus, Præsidibus antiquis à nonnullis æquiparentur, & indistinctè ab his ad illos argumenta ducantur. cùm toto cœlo imperium & jurisdictio Principum modernorum distet à jurisdictione Proconsulum. *Rauchb. qu. 13, n. 22. Tho. Mich. de jurisd. th. 132. lit. a. Wesenb. in parat. ff. de legib. n. 3. Baccov. in not. ad Treutl. disp. 3. th. 6. lit. e. Parthen. litigos. lib. 2. c. 5. n. 42.* 8 9 10 11

Ab eo † verò tempore quo Ducatus, Comitatus hereditarii sunt facti, gratiâ Dei se imperare, mandatis & Epistolis præscribunt. *Besold. d. q. 16.* 12

Principum horum † Imperii in specie alius titulo Electoris, alius titulo Ducis, alius Comit. Palatini, alius Marchionis, alius Landgravii, alius Burggravii insignitur. Nonnulli † tamen neque Ducis, neque Marchionis, neque Landgravii, vel alterius specialis Principatus dignitatis nomen habet, sed generali Principum titulo utuntur. Talisq; in Imperio est Princeps Anhaldinus, Germanicè Fürst von Anhalt. Sed & plures † alii, etiã Duces & Marchiones in Imperio sunt, qui à certa regione & provincia Principes inscribuntur, quos refert *Paurmei. d. c. 9. n. 7. & Sixti. l. 1. de Regal. c. 4. n. 25.* ut sunt Archiduces Austriæ, Fürstẽ zu Schwabẽ, Marchiones Brandenb. & Duces Pomeran. Fürsten zu Rügen, Duces Megapolitani, 13 14 15

Fürſten zu Wenden. Sic Sabaudus reſpectu Sabaudiæ ſe Ducem, reſpectu Pedemontanæ regionis, ſe Principem Pedemontium appellat. *Jacobin. de S. Georg. in tr. de feud. in verb. Princeps Pedemontium.* Idem videre in Comitibus ad Principalem dignitatem & gradum evectis, quos Fürſtmeſſige / item Gefürſtete Graffen / hoc eſt, Principibus pares, vocant. *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 2. 3. & 4. & tit. 5. §. 1. in fin.* quales ſunt Ambergenſes à Maximiliano II. & Mansfeldii pater, Petrus Erneſtus, & filius, Carolus, à Rodolpho II. Principum ordini adſcripti, olimque Henneburgenſes. *Sixtin. d. l. Paurmeiſt. lib. 2. c. 11. num. 21.*

16 Latiſſimâ † quoque Principis appellatione comprehenduntur Comites, & Barones Imperii immediati. Unde regalia & idem jus in ſuis Comitatibus & Baronatibus obtinent, quod Principes in ſuis Principatibus. *Jacobin. de S. Georg. num. 1. Boſſ. in tr. de principe. num. 1. Chaſſanæ. in Catal. glor. mund. part. 5. conſid. 24. num. 164. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 1. nu. 28. Paurmeiſt. d. c. 9. n. 2. Sixtin. c. 9. n. 37.*

17 Deinde *Tob. Paurmeiſt. lib. 1. de juriſdict. c. 8. num. 4.* Principes quoſdam immediatè, † quoſdam mediatè, licet rariores, Imperio obedire tradit. Et Commentator juris Saxonici Principes diſtinguit in Reichs Fürſten & ſchlechte Fürſten / *Landrecht lib. 3. art. 58.* Illos tribus prærogativis præ his gaudere & eminere ſcribit, & refert *Paurmeiſt. d. c. 9. n. 9.* 1. quòd feuda ligia teneant, ſolumque Imperatorem vel Regem Rom. Dominum agnoſcant, *d. art. 58.* 2. quòd per vexillum, vel ſceptra feuda accipiant. Per vexilla enim Ducatus, vel Comitatus confert Imperator, & dicuntur Fahnenlehen / *Aur. Bull. tit. 5. Schrad. de feud. part. 2. c. 3. nu. 3.* Per ſceptra verò Eccleſiaſticis ſua feuda, & vocantur Scepterlehen *Landrecht d. lib. 3. art. 60.* 3. Ut poſſideant provincias Principatus titulo inſignitas. *gloſſ. art. 7. Landrecht lib. 3. in verb. des Reichsfürſten.* Schlechte Fürſten hiſce carent. *Paurmeiſt. d. l.* Sed jam de ſpeciallorum titulorum Principum rationibus & originibus erit diſpiciendum.

18 Dux † ab oberto is eſſe dicitur, qui eſt inveſtitus de Ducatu, *Mozz. de his qui feud. dar. poſſ. nu. 16.*

Dux.

Ori-

Origo † ab exercitus Romani Ducibus emanasse creditur, 19
quos à Romani Imperii Principibus territoriis donatos, verisimile est, ut tamen ab eis recognoscant. *Zas. de feud. part. 5. n. 6. & Dn. Vult. de feud. lib. 1. c. 4. nu. 14.* In gerendis belllis, ait, ex his, qui de Ducatu aliquo investiti erant, accipiebantur, qui exercitui præessent, eumque ducerent, & sic à ducendo, id est, regendo & gubernando, nimirum non duntaxat populum, sed vel maximè exercitum. Et hoc sibi vult Germanicum illud vocabulum Hertzog/ quasi Dominus & Dux exercitus, ein Herr des Zuges.

Caroli M. † tempore Duces dicebantur, quibus duodecim 20
Comites subessent. *Lancellot. in templo omnium judicum, lib. 1. c. 4. nu. 3. Hotoman. in Lexic. in verb. Duces. Renat. Choppin. de doman. Franciæ lib. 1. tit. 5. num. 12. vers. Duci autem. Heig. part. 1. qu. 2. num. 38.* Ubi addit, inde postea sequentem ætatem recessisse, idque cum primis hoc tempore ita se habere, quòd videlicet, non sit necesse, ut Duci duodecim Comites subsint, experientia notoriè relatum facit.

In Hispania † dignitas Ducalis ad heredes non transit, nisi 21
denuò per Reges renovetur. *Ludovic. Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. c. 11. num. 20.* & in Anglia † tituli Ducatus & Comitatus et- 22
jam sine locorum possessione dari consueverunt, ita tamen, ut quotannis ex vectigalibus regiis certa pecuniæ summa iis constituatur. *Tholozan. lib. 6. de Repub. cap. 7. Cluten. in syllog th. 26. sub lit. b.*

Sunt etiam aliqui † Duces, qui constituuntur electione, ut 23
apud Venetos & Genuenses, qui cùm Caput sibi eligunt, dicuntur eligisse Ducem. Quod usurpatâ consuetudine ab Imperatore toleratâ, fieri scribit *Ferrar. in c. 1. §. quod autem. de feud. Marcb.* Verùm reverâ Duces illi non sunt, sed tantùm Capita in ejusmodi politiis inter alios eminentia, ut notat *Vultej. dict. cap. 4. in fin.*

Hodiè inter Duces † summum locum in Imperio Romano 24
obtinent Duces Austriæ qui ob id ARCHIDUCES appellantur, Archiduces.
quasi supra Duces: sicut Archiepiscopus est supra Episcopos. *Mozz. d. l. Don. Garf. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. c. 4. n. 15.*

Singulariter autem in his observandum scribit *Sixtin. d. c.*
25 4. *n.* 31. quòd non solùm Archiducis † nomen tantùm in Germania usurpetur, sed etiam nulli alii, quàm Austriæ Duces, fuerint anteà ita appellari, nec etiam posteà tales extiterint. Et licet, inquit, non defuerint Duces, qui suum Ducatum in Archiducatum evehi, & Archiduces nominari voluerint, tamen hoc apud Impe-
26 ratorem obtinere non potuerunt. Unde falsum † esse apparet, vel ipsâ experientiâ teste, quod auditu compertum se habere scribit *Chassanæ. in catalogo glor. mundi part.* 5. *consider.* 44. in Germania Principū ac Ducum primogenitos, Archiduces appellari, ad eum modum, quo in Gallia Regii sanguinis primi Delphini vocentur. quo errore etiam ducuntur *Mozzius d. nu.* 16. *Marin. Freccia. Patrit. Neapolitan. de auctoritate & potestate Baronum erga subinfeudatar. lib.* 2. *tit. quis dicat Dux. n.* 4. notati à *Sixtino n,* 32. *Clut. in syllog. th.* 25. *& Paurm. d. c.* 9. *n.* 3. quòd soli Austriæ Duces eorumq; sibi nō solùm primogeniti, sed omnes alii, sint & vocentur Archiduces.
27 Hoc ipsum dignitatem † ipsis tribuit cæteris Ducibus majorem. *Dn. Vult. d. n.* 14. primas post Electores obtinent, & proximam à dextrâ eorum sessionem occupant. *Sixtin, n.* 30. paribusque privilegiis cum Electoribus gaudent. *Alb. Crantz. in Sax. lib.* 6. *c.* 8. *Chytr.*
28 *in Chron. Sax. l.* 12. in quibusdam † etiam majoribus, de quibus integrum tractatum scripsit *Thom. Haselbach.* potissimáque refert *Cuspin. in Austria, & Munster. lib.* 3. *Cosmogr. in descript. German.* Sic specialiter ipsis concessum; ut nova vectigalia, propriâ auctoritate instituant, creent non tantùm Nobiles, verùm etiam Comites & Barones, & illis insignia attribuant, eosdemque illis dignitatibus, si abutantur, privent. *Rudger Ruland. de commiss. c.* 3. *n.* 23. *Munster. d. l. Sixtin. d. c.* 8. *n.* 33 34. *&* 35. ut famæ restituant, spurios legitiment. *Dn. Cluten. in syllog. rer. quotid. th.* 35. à jurisdictione Cameræ exempti sunt *Munster. d. l. Cuspin fol.* 37. *edit. Francof.* [illegible] *Thomas Michaël de jurisdictione conclus.* 23.
29 Sunt etiam alibi MAGNI † DUCES, groſſe Hertzogen/ quales sunt Duces Florentiæ in Italia. Magnus Dux Moscoviæ, Magnus Dux Lituaniæ, Magnus Dux Tartarorum. & illi proximi sunt Regibus, & accedentibus paucis qualitatibus, Reges effici possunt.

possunt. *Rudger. Ruland. de commiss. p. 1. l. 1. c. 3. num. 22. Dn. Vult. dict. loc.*

Inter cæteros autem Duces, quâ tales, nulla est differentia, sed duntaxat ordo in sessionibus, *idem Vult. ibid.*

Cæterùm ex Ordine † Ducum dependet, quòd alii sint Duces Imperii, alii verò simpliciter Duces, qui suo jure ordineque censentur. 30

Duces Imperii quatuor sunt: Brunsvicensis, Bavariæ, Sueviæ, & Lotharingiæ. *Munsterus d. cap.* 10. *Onuphr. Panvin. de Comit. Imper. c.* 15. Etsi autem quidam existiment, ab Ottone † III. ordinem illum Imperii esse constitutum, quo ex singulis ordinibus quatuor, per gradus sint constituti, ut videtur *Petro de Andlo in tract. Imp. Rom. & aliis, relatis ab Andr. Knichio de jure territor. c. 1. num.* 84. 31

Probabiliorem † tamen esse sententiam *Crusii & Munsteri*, dicit *Paurmeister. lib. 2. de jurisdict. cap.* 10. *nu.* 26. existimantium, ab annis circiter CCC. dignitates & officia hæc primùm esse constituta: *Onuphrius Panvinius in tract. de Comit. Imperat. c. 13. à pr.* scribit, post VII. Electorum ordinationem, ex omnibus ordinibus, singulari quâdam dignitate & excellentiâ ad Romani Imperii augendam majestatem, ejusque dignitatem tuendam, aliquos per gradus, quaternario numero esse distinctos & selectos: ut sicut sunt quatuor laici Electores, sic essent quatuor Duces, quatuor Marchiones, quatuor Landgravii, quatuor Burggravii, quatuor Comites, quatuor Barones, Nobiles, Milites, Civitates, Villæ & Rustici &c. 32

COMITES † PALATINI, qui nobis Pfaltzgraffen dicuntur, olim erant Judices, sive Præfecti Palatii Imperialis, Richtern des Keiserlichen vnd Königlichen Hoffs, oder Pallast: qui nunc dicuntur Cammer oder Hoffrichter / *Vult. d. l. Munster. l. 3. Cosmogr. c. 21. Rudinger. observ. cent. 4. obs. 4.* Pfaltz enim ex vetusto dialecto Pfallentz, idem quod palatium sonat. *Dn. Befold. in dissert. de Comit. & Baron. Imp. Rom. German. num. 8.* quod sedes est solitum Imperatorum. *Cluten. in fascic. rer. quotid. th. 26. sub lit. d.* Sic Palatium † nuncupatur aula Cæsaris *in l. ex aula. 3. Cod. de* 33 Comites Palatini 34

privileg. eorum, qui in sacr. palat. milit. & in l. unic. C. de palat. Palatia ædes Imperatori consecratæ appellantur. In jure quoque Saxonico, Palatium, sive Pfaltz/pro domo seu curia regia usurpa-
35 tum legitur. *in Spec. Saxon. lib. 3. art. 62.* A palatio † ergo Imperatoris appellatio est Comitis Palatini, seu sacri palatii, ut *in lib. 1. Codic. lit. 34. &c.*

36 Hodiè † Comites Palatini sunt & dicuntur, qui de principatu, seu regione ea, quæ in Palatinatum, zu einer Pfaltz Graffschafft erecta est, investiti sunt. *Reinking. lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. c. 13. num. 18.* Ita in Germania Comites Palatini ad Rhenum magnâ præeminentiâ fulgent, ac dignitate Electorali sunt decorati, primasque inter Seculares Electores tenent. *Paurmeist. d. cap. 9. num. 2. Cluten. d. l. Marquard. Freher. in tract. de origin. Palatin.*

37 Ab his † discernendi sunt illi, qui abusivè & impropriè dicuntur Comites Palatini, ac Comitatu carent. *Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. c. 36. Sixtin. lib. 1, de Regal. c. 2. num. 31. Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. c. 11. num. 19.* & ab Imperatore nacti sunt facultatem creandi Doctores, Licentiatos, Magistros, Notarios publicos, Poëtas &c. *Sixtin. lib. 1. c. 4. num. 108. Ferrar. Montan, lib. 5. de feud. c. 7. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 1. memb. 2. num. 67. 68.* itemque nobilitandi, ac natalibus restituendi. *Paurmeist. d. l.* quod tamen jus ipsis non competit, nisi specialiter in diplomate concessum. *Auctor disp. de jure principatus, conclus. 85. lit. f. Sixtin. d. c. 4. num. 104.* ita nec legitimatio ad feuda ab iis fieri potest, nisi specialiter ad ea legitimandi facultas ipsis concessa sit, *idem Sixtin. n. 113.* post alios Dd. à se allegatos quæ tamen sine exploratione & cognitione causæ fieri non potest, nec putativa causa sufficit. *n. 114.*

38 Marchiones. MARCHIONES, † sive Comites limitanei, dicebantur, qui tuendis finibus Imperii Romani erant Præfecti: Non solùm autem Imperii limitum curam agebant, & ad eos assiduè excubabant in armis: verùm etiam de omnibus limitum controversiis judicarunt, & jus dixerunt, ut etiam sentit *Keckerman. lib. 1. syst. Polit. c. 21. fol. 346.* dicens: Distinguitur item Marchio & Landgravius, quòd

quòd hic sit generalis judex terrestris, qui de omnibus Regni controversiis judicet: ille verò judex particularis, qui saltem de Regni limitibus & terminis. Der vber ein solch Land Richter ist / das an den Gräntzen des Reichs liegt / *Borcholt. de feud. c. 5. num. 34. Conrad. Lagus. in compend. jur. civil. & Sax. l. 2. c. 8.*

Hodiè Feudistis † Marchio dicitur, qui est investitus de Marchia. Quamvis enim ab initio Marchiones finium custodes fuerint, posterioribus tamen temporibus etiam in mediterraneis regionibus Imperii, de Marchia investiti Marchiones dicuntur, *Heig. illustr. quæst. 1. num. 55. & seqq. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 6.* 39

In derivatione † verò verbi Marchiæ, mira est Doctorum dissensio. Alii à Marcomiro, Francorum Duce, deducunt: Plerique interpretes juris feudalis *ad c. 1. quis dicat. Dux.* à mari, quia ut plurimum ad mare sit posita. Alii à Celtico vocabulo Marchia, id est, equus, & marchare, quod est equitare, derivant: ut Marchio sit quasi equitum Præfectus seu Magister. *Alciat. in Parerg. Oldendorp. de benefic. act.* quæ notationes *ab Hermanno Vultejo* meritò rejiciuntur *d. num. 14.* Reperiuntur etiam, qui statuunt, esse nomen Græcum & corruptum: Nomarchiam enim Græcè dici Provinciam; unde primâ syllabâ ablatâ natum esse verbum Marchia: Quæ sententiæ olim fuit *Sabini in lib. de appell. March. Brandeb.* Sed multo minùs subsistere illa potest, inquit *Matthias Stephani de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 6. num. 97.* Cum enim notitia magistratuum Orientis & Occidentis hanc vocem non agnoscat, nec aliunde de ea quidquam antiquius, nisi ex victoriis Germanicarum gentium in Italia conflet, nihil impedit, quo minùs dicamus, per Longobardos Marchionum nomen ex patria lingua limitaneis Præsidibus inditum, maximè cum eluvionibus Vandalicarum, Gothicarum & Longobardicarum gentium, lingua Italica plurimum fuerit corrupta, uti respondet *Petr. Heig. p. 1. q. 2. n. 53.* Marchia *Dn. Vultejo d. num. 14.* à finibus denominari videtur, qui vernacula nostrâ significent Marck / eo quòd Marchiones finibus Imperii Romani tuendis præfecti essent, unde Germanicè dicuntur Marckgraffen. Et Marchias Provinciarum limites dici, testatur 40

tur *Mozz. d. num.* 16. *Don. Garſ. Maſtrill. de equeſtr. dignit.* Et hanc communiorem & firmiorem eſſe ſententiam, ait *Matth. Stephan. num.* 90. & 97. ut Marchiones dicantur à limitibus Imperii Romani.

41 Marchiones Imperii † ſunt quatuor: Miſnenſis, Brandeburgenſis, Moraviæ, & Badenſis. *Panvin. d. c.* 13.

42 LANDGRAVII, † ſeu Comites Provinciales, judices erant totius alicujus Provinciæ. Dicti etiam fuerunt judices mediterranei, Richtern eines Lands/ daß zwiſchen des Reichs Lande liegt. *Borcholt. d. c.* 5. *n.* 33. *Lagus d. c.* 8.

Landgravii.

43 Hodiè non minor † eſt dignitas Landgraviatus & Marchionatus, quàm Ducatus. *Sixtin. d. lib.* 1. *c* 5. *n.* 119.

44 Horum quatuor † ſunt in Imperio: Thuringiæ, Haſſiæ, Alſatiæ, Leuchtebergenſis. *Panvin. d. c.* 13.

45 BURGGRAVII, † Præfecti ſive judices erant certi alicujus præſidii, ſeu arcis, einer Veſtung des Reichs/ quam Guardiam, ſeu Caſtaldiam vulgò appellant.

Burggravii.

46 Hodiè † Burggravii dicuntur, quibus arcis alicujus cuſtodia commiſſa eſt. *Petrus de Andlo. l.* 2. *de Rom. Imp. c.* 11. Herren die eine Veſtung des Deutſchen Landes zum Lehen jnnen haben/ *Lag. d. l.*

47 Burggravii Imperii † quatuor hi conſtituuntur: Magdeburgenſis, Noribergenſis, Reineccenſis, & Stromburgenſis. *Munſter. lib.* 3. *c.* 24. *Panvin. d. c.* 13. *Cluten. in ſylloge. th.* 28. *ad lit. a.*

CAPUT XXXVII.

DE PRÆLATIS: ABBAtibus, Præpoſitis, & Abbatiſſis.

1 A Principibus Eccleſiaſticis & Politicis, progredimur ad Prælatos, † Abbates nimirum, Præpoſitos, & Abbatiſſas: qui in quinta claſſe Imperii reſident.

Quia

Quià autem nomina † rerum sunt notæ. *l. Labeo. 7. §. 1. ff. de supell. leg.* & ad earum cognitionem nos non rarò manuducant, *Scalig. exercit. 1. sect. 1.* hic de vocibus erit dispiciendum. 2

PRÆLATUS † dicitur à præferendo, & in jure civili non nisi adjectivè usurpatur, *notante Calvino in Lex. jurid. verb. Prælatus, & Paurmeistero lib. 2. de jurisdict. c. 10. num. 2.* Sic à *Modestino in l. si à debitore. 18. ff. ad L. Cornel. de falsf.* Prælatus dies dicitur pro anticipato, & cùm nondum venisset, tamen quasi jam venisset scripto Antidato. cujus contrarium est *in l. 1. ff. de fid. instrum. Gothofr. ibid. lit. n.* In jure verò Canonico, & apud ejus interpretes Prælatus substantivè & simpliciter pro Antistite Ecclesiastico ponitur. *tot. tit. de postul. prælat. & de Eccles. Prælat.* Aliquando latissimè pro quolibet administratore, habēte officium perpetuum, ita ut custodes quoque & ministros fratrum minorum vel prædicatorum ea vox comprehendat. *Canonistæ pleriq; in c. 2. cum gloss. & ibi Felin. de judic Innoc. in c. de multa. de præbend. Lancellot. in templo omn. judic. l. 2. c. 10. nu. 7.* Propriè tamen & strictè Prælati dici merentur, qui beneficia majora, ut Pontificatum, Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, Abbatiam &c. possident, non verò Rectores Ecclesiarum *per gloss. in verb. Prælati, Clement. 2. Felin. in c. 2. de jurisdict. Abb. in d. c. decernimus, de jud. Paurmeister. num. 5. P. Greg. Tholozan. in syntag. jur. univers. lib. 17. c. 3.* In negotiis verò Imperialibus hodiè ii tantùm Antistites Ecclesiastici hâc voce comprehenduntur, qui licet immediatè Imperio subjecti, partim etiam Principum titulo sint decorati, jus tamen Suffragiorum singuli in solidum, ac par Principibus non habent, sed universi unius solummodò Principis sustinent. *Paurmeist, num. 7.* qui *num. 10. & seqq.* notat, quòd non tantùm Abbates, sed Abbatissæ quoque Prælatorum hâc contractiori significatione contineantur, ut aliàs regulariter in quacunque dispositione fœmininum sub masculino continetur. *per vulg.* tametsi sexus aliquando distinctus reperiatur, ut *in Decreto Comitiorum Spirens. de Anno 1542. §.* Aber ein jeder Prælat/Prælatin

Prælati omnes, † sive Principum, sive suo ordine censeantur, 4

tur,

tur,si jurisdictionem temporalem,vel investiturâ ab Imperio,ut plerique,vel alio titulo,privilegio,vel prescriptione quæsitam habent, in toto suo districtu, quoad personas & causas in jure reddendo idem jus,quod Principes Politici obtinent. *idem Paurmeister. num.* 16.

5 Prælati in specie, † sunt Abbates, Præpositi, & Abbatissæ.

6 ABBAS † linguâ Syriacâ patrem significat. *Lancell. d. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 15. Græcis πάππας: item κοινοβιάρχης,quasi pater inter monachos dicitur. *Dn. Arumæ. in disp. feud.* 3. *th.* 5. *Tholoz. lib.* 15. *syntagm. jur. univers. c.* 13. unde ab aliis Archimonachus vocatur. Continetur enim appellatione monachorum. *c. ult. ext. de simon.* Dicitur ergo Abbas, qui in monachorum soliditate & cœnobio principatum obtinet. *Anton. Gothofr. disp. feud.* 2. *th.* 3. *lit. c.* post e-

Abbas.

7 rioribus † seculis Abbates etiam dicti sunt Proceres seu Primores, aut Barones seculares, quibus Abbatiarum proventus fruendos Rex ad tempus concesserat. *Guil. Paradin. annal. Burgund. lib.* 2. *sub An.* 1103. testatur, se monumenta vidisse complura, in quibus Proceres Galliæ his nominibus usi fuerint: Dux & Abbas: Comes & Abbas. Alibi: Abbates & Comites: Abbatiæ & Comitatus. *Pratei. in Lex. jurid. Hotoman. in Lex. feud. Calvin. in Lex. jur. in verb. Abbas.*

8 Eligitur † autem unius monasterii Abbas tantùm unus. *c. clericus.* 21. *q.* 1.

9 Qualis † eligendus & ordinandus, patet ex supra dictis de electione Episcoporum, & traditur *in caus.* 18. *q.* 2. *constit. Novell.* 5. *c.* 9.

10 In regimine † erit cautus,humilis,castus,misericors,discretus,divina præcepta verbis & exemplis ostendat. *Lancell. d. c.* 7. *n.* 1. alinquin ab Episcopo territorii, & vicinis Abbatibus, & cæteris Deum timentibus removeri, & dignitate suâ exui potest: etiamsi omnis congregatio vitiis suis consentiens eum Abbatem habere voluerit, ut expreßè sancitur *in c. si quis.* 15. *caus.* 18. *q.* 2.

11 Abbas habet † jurisdictionem & coercitionem in suos monachos. *Schönborr. lib.* 5. *Pol. c.* 37. illosque in alio monasterio viven-

tes

tes poteſt vindicare. *Lancell. d. c. 7. n. 13.* irregulariter viventes è monaſterio ejicere. *c. relatum. Ne cler. vel monach.* eamque jurisdictionem habet privativè ad Epiſcopum. *Felin. in c. paſtoral. de offic. ordi. n. 4.* ubi ad criminalem quoque jurisdictionem extendit. Nec eam ſententiam infringere dicit *l. fin. C. de jurisdict. omn. judic. & gloſſ. in cap. cùm ab Eccleſ. de offic. ordin.* Prælatos & judices inferiores habere jurisdictionem in ſubditos, non excluſo ſuperiore, ſed cumulativè ad Epiſcopum ſuperiorem: At enim, illam diſpoſitionem contrariâ & receptâ cõſuetudine eſſe immutatam & abrogatam.

PRÆPOSITI † dicuntur à præponendo, quòd aliis præponantur. 12 Præpoſiti.

Vocabulum præpoſiti generale eſt, poteſtque prædicari de omni, qui Eccleſiæ, vel aliis præeſt. *Cujac. ad l. 2. C. de excuſ. muner. lib. 10.* Sed uſus obtinuit, eum ſolummodo ſic vocari, qui quandam prioritatis curam ſuper alios gerit. *c. quamvis. de verb. ſignific. Anton. Gothofr. diſp. feud. 3. th. 3 lit. g.* Nobis Præpoſitus dicitur, qui Græcis Oeconomus, hoc eſt, qui proventus Eccleſiaſticos adminiſtrat, & ſecundùm Epiſcopum plebi præeſt, *cum Calvin. in Lex. jurid. ſuper verb. Præpoſ. Eccleſ.*

Eligi † poteſt is, cui non obſtat canonicum aliquod impedimentum, de quo cap. 35. diximus. 13

Jurisdictio † Præpoſiti ordinaria eſt in Canonicos & Clericos ſuæ Eccleſiæ, quos delinquentes, & rebelles compeſcere poteſt. *c. irrefragabili. 13. de offic. ordin.* 14

ABBATISSA † dicitur monacharum, ſive monialium Antiſtita. à Juſtiniano Imp. vocatur Ἡγεμένη. *Novell. 133.* 15 Abbatiſſa.

In Abbatiſſam † aut Prioriſſam (ubi per Prioriſſam monaſterium gubernatur) non eligitur aliqua, niſi ſit ſexagenaria, & virgo, ex conſtitutione Gregorii *in c. juvenculas. 12. cauſ. 20. qu. 1.* ex præſcripto Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. c. 7.* anni 40. requiruntur. Sed hodiè poſt exactum 30. ætatis annum admittitur. *c. indemnitatibus. 43. de elect. in 6.* 16

Ideò autem virgo † eligenda, quia aliàs non poſſit eſſe hortatrix virginitatis. *gloſſ. d. c. juvenc.* 17

Abbatiſſa jam electa † & confirmata in monaſterio debet 18

benedici intra annum. *Panorm. in c. meminimus.* 13. *de accusat.* nihilominus tamen ante benedictionem Abbatissa vocari potest. *Panorm. d. l.*

19 Jam constituta † & confirmata non potest benedicere mo-
20 niales. *c. nova quadam.* 10. *de pœnitent.* ubi differentia † patet inter Abbatem & Abbatissam. Nam Abbas monachos potest benedicere, quamvis Episcopus illum non benedixerit. nec enim omissio benedictionis electionem Abbatis vitiat. *Lancellot. d. c. 7. nu.* 13. (hoc tamen non simpliciter admittit *gloss. in c.* 1. *de suppl. negl. prælat. in verb. alia*, cùm in odium Episcoporum sit introductum à Pontifice, ne in spiritualibus ejusmodi monasteriis detrimenti aliquid accedat propter negligentiam Episcoporum, quando hi Abbatibus benedictionem denegant.) Nec Abbatissa confessio-
21 nes † potest audire, nec publicè prædicare. *d. c.* 10. *de pœnitent.* quæ tamen, ut & alia, potest Abbas. munerum differentias illas, vide *apud Lancellot. d. cap. 7. num.* 44. *& seq.* Hæc Clericis & Prælatis sufficiant.

CAPUT XXXVIII.

DE COMITIBUS & Baronibus.

SEXTAM Imperii classem constituunt Comites & Barones.

1 COMITIS † nomen in genere, est à comitando & sequendo. *l. item apud Labeonem.* 15 §. 16. *ff. de injur. Duaren. de feud. c.* 6. *num.* 8. & Comites olim dicebantur, qui Proconsules & Præsides in Provinciam euntes, tanquam publicorum negotiorum consortes & administri sequebantur, quales erant Quæstores, Scribæ, Medici, Aruspices, Præcones. *l. Senatusconsulto.* 16. *ff. de offic. præsid. l. diem.* 4. *ff. de offic. assessor. & ibi Gothofr. sub lit. o. l. sed addes.*

Comitis nomina varia.

des. 79. §. fin. locat. conduct. l. administrantes. 41. §. eorum, de excusat. tut. l. in comites. 3. ad L. Jul. repetund. l. si quis. 6. §. si quis Comitum, de pœn. l. præses. 1. §. Sed si Comites, de extraord. cognit. Cic. 2. Verr. Cujac. in paratit. eod. lib. 1. tit. 32. de offic. Comit. sacrar. largit. Dn. Vult. lib. 1. Jurisp. Rom. c. 13. n. 55.

Officium † eorum erat, causas cognoscere, postulationes audire, libellos supplices legere, & his respondere circa edicta & epistolas scribendas, ac decreta interpretanda versari. *ex Novell. 82. Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. c. 11. num. 2.* Posteà † ea appellatio porrecta est ad Præsides vel Præfectos, qui alicui negotio præpositi essent. *Vult. d. l. & lib. 1. de feud. c. 4. nu. 14.* qui pro varietate expeditionum sibi commissarum varia sortiti sunt nomina. Unde est Comes sacrarum largitionum, id est Præfectus, sive Præses, cui thesauri Imperatoris fuerunt commissi. *lib. 1. Cod. tit. 32.* Comes rerum privatarum, *tit. 33.* Comes sacri palatii, *tit. 34.* Comes sacri patrimonii. *tit. 35.* 2 3

Tributum † etiam est vocabulum Comitis illis, qui sacrum comitatum Cæsaris observarent. *Alciat. in lib. de singul. certam. c. 22.* vel ex eo comitatu mitterentur in provincias. *Cujac. dict. l. Vultej. dict. numer. 14.* Hinc fuit Comes Orientis. *lib. 1. Codic. tit. 36.* 4

Tempore verò Caroli † Magni, nec non insequentium quorundam Imperatorum, cùm non solùm ad singulas provincias, sed & civitates ablegarentur Comites. *Cujac.* cepit territorium & districtus, cui præficiebantur, Comitatus dici. *Pratei. in lex. in verb. Comitatus facer.* qui Comitatus posteà feudi jure permittebantur, & ita quidem, ut ad heredes transirent. 5

Unde in consuetudinibus † feudalibus Comites dicuntur, qui de Comitatu investiti sunt. *lib. 2. feud. tit. 10. quis dicatur Dux, Marchio, Comes.* 6

Olim † autem Comites non erant alii, nisi judices, qui causis & juri dicundo præerant. *Vult. d. num. 14. & in jur. Longobard. nec non in antiq. jur. Germaniæ*, Comites semper accipiuntur pro judicibus, ut refert *Munster. lib. 3. Cosmograph. c. 20.* atque ita vox judicis accipitur *in c. si de investit. inter dom. & vasall.* Ac proin- 7

de vox hæc ab origine ita nata, non verò facta, aut aliunde derivata, ita ut originaliter nihil aliud, quàm judicem denotet. *Reinking. lib.* 1. *de regim. Secul. & Eccles. c.* 14. *num.* 16. Quin etiamnum hodie † in quibusdam Germaniæ locis vox Graff aut Greve judicem designat. *Specul. Saxon. lib.* 3. *art.* 53. *& seq.* Hinc appellationes istæ: Pfaltzgraffen/ quasi Palatii Imperialis judices: Marckgraffen/ quasi limitum judices: Landgraffen/ quasi judices sive Præfecti provinciæ. Centgreven/ qui in antiquis Germanorum legibus Centenarii dicuntur. Gogreve/Freygreve/Dinggreve/Holtzgreve/Saltzgreve. *Cujac. lib.* 1. *de feud. c.* 1. *Vult. d. num.* 15. *Knichen. de jure territorij, cap.* 4. *num.* 68. *Cluten. in sylloge. rer. quotid. th.* 36. *lit. b.*

9 Quare cum *Hermanno* † *Kirchnero de Republ. disput.* 8 *th.* 1. *ad lit. d.* rejicimus illorum notationes, qui vocabulum Graff/ vel à canitie, Germanicè Graw/ deducunt, ut facit *Reinec. in comm. de origin. Nobil.* quòd senioribus judicandi munus maximè conveniebat, quasi verò non junioribus quoque ob judicandi peritiam judicis munus demandatum fuerit. Vel à fossa, Graben. Nam quia limitibus dijudicandis olim destinati fuerunt Comites, verisimile esse putat *Heig. part.* 1 *quæst.* 2. *num.* 45. *& seqq.* quòd cùm antiquissimæ lites de limitibus, qui fossis distinguebantur, fuerint, & ferè primæ, inde denominatos illos Graviones. Vel, quod multò ineptiùs, ab hybrida compositione Anglici verbi Grith/ quòd pacem significat, & Latini væ, ratione hâc, quòd jure pacem facere debeat, qui patriæ ferat væ.

10 Nec tamen minùs est verisimilis † notatio *Kirchneri*, quando Graff quasi Krafft dictum putat, per mutationem literarum, quòd potentiam & robur in provinciis sibi commissis obtineat. Nam & Proconsules aliique Magistratus provinciales, qui tamen Comites, seu Graffen non fuerunt dicti, maximâ præditi fuêre potentiâ.

11 Denique nec illi † placent, quibus Graffen à gravitate videntur dicti, quòd nimirum alios gravitate anteire debeant. Quasi

Quasi & non alii Præfecti gravitate fuerint insignes, qui tamen minimè Graffen fuêre salutati.

Nostris † moribus ille propriè dicitur Comes, qui de Comitatu investitus est à Principe, vel alio hoc jus habente. *Dd. in c. 1. quis dicatur Dux. Reinkingk. d. c. 14. num. 6.* Sed *Tobias* † *Paurmeister. lib. 2. de jurisdict. cap. 11. num. 13.* Comites definit, quibus dignitas Comitatus codicillis Cæsaris vel Regiis, vel usu longævo quæsita est, *& num. 14.* addit: sic plures in Germania esse Comites, de Comitatu non investitos, sed qui à castellis privatis, quæ possident, dominationis titulos contraxerint, quorum majores Romæ Comites temporarios fuisse, nomenq; dignitatis, dum exteras nationes peterent, retinuisse existimat *Petr. de Andlo de Imperio Romano, lib. 2. cap. 12.* Vetustas enim & privilegium pari passu ambulant, ita ut quæ privilegio, ea etiam vetustate induci possint. *l. 1. Codic. de servit. Cothman. consil. 79. num. 72. lib. 2.* 11 Comes quis. 13

Olim in Orientali † & Occidentali Imperio tanta fuit Comitum prærogativa, ut Ducibus præferrerentur, & hi illis adjungerentur in disciplina militari. *Pancirol. in comment. ad Notitiam Roman Imperij cap. 1.* Atque hinc etiam Comites dignitatis titulo majori *illustres*, Duces verò *spectabiles* plerumque appellabantur. *ex eod. commentario ad Notit. Orient. c. 87. 144. 146. 148. 151. & ad Notit. Occident. c. 35. 47. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. nu. 54.* Ex quibus & aliis quamplurimis capitibus illud etiam liquere scribit, quòd Comites pluribus provinciis præfuerint, quàm Duces. 14

Et etiamnum in Gallia † Comites Marchionibus præferuntur. *Alciat. in tract. de singular. certam. c. 32. Paurmeister. de jurisdict. Imper. Rom. lib. 2. cap. 20 num 18.* Sic speculator ille in agro Lunensi se vidisse refert triginta Marchiones in fico arbore contra famem ficis depugnantes. *Dn. Lansius in consultation. de Principatu inter Provincias Europæ, in Oratio. contra Italiam.* Ubi ridet tot Marchiones in Italia, quibus nullus est Marchionatus, 15

benedici intra annum. *Panorm. in c. meminimus. 13. de accusat.* nihilominus tamen ante benedictionem Abbatissa vocari potest. *Panorm. d. l.*

19 Jam constituta † & confirmata non potest benedicere mo-
20 niales. *c. nova quadam. 10. de pœnitent.* ubi differentia † patet inter Abbatem & Abbatissam. Nam Abbas monachos potest benedicere, quamvis Episcopus illum non benedixerit. nec enim omissio benedictionis electionem Abbatis vitiat. *Lancellot. d. c. 7. nu. 13.* (hoc tamen non simpliciter admittit *gloss. in c. 1. de suppl. negl. prælat. in verb. alia*, cùm in odium Episcoporum sit introductum à Pontifice, ne in spiritualibus ejusmodi monasteriis detrimenti aliquid accedat propter negligentiam Episcoporum, quando hi Abbatibus benedictionem denegant.) Nec Abbatissa confessio-
21 nes † potest audire, nec publicè prædicare. *d. c. 10. de pœnitent.* quæ tamen, ut & alia, potest Abbas. munerum differentias illas, vide apud *Lancellot. d. cap. 7. num. 44. & seq.* Hæc Clericis & Prælatis sufficiant.

CAPUT XXXVIII.

DE COMITIBUS & Baronibus.

SEXTAM Imperii classem constituunt Comites & Barones.

Comitis nomina varia.

1 COMITIS † nomen in genere, est à comitando & sequendo. *l. item apud Labeonem. 15 §. 16. ff. de injur. Duaren. de feud. c. 6. num. 8.* & Comites olim dicebantur, qui Proconsules & Præsides in Provinciam euntes, tanquam publicorum negotiorum consortes & administri sequebantur, quales erant Quæstores, Scribæ, Medici, Aruspices, Præcones. *l. Senatusconsulto. 16. ff. de offic. præsid. l. diem. 4. ff. de offic. assessor. & ibi Gothofr. sub lit. o. l. sed ad-*

des.

des. 79. §. *fin. locat. conduct. l. administrantes.* 41. §. *eorum, de excusat. tut. l. in comites.* 3. *ad L. Jul. repetund. l. si quis.* 6. §. *si quis Comitum, de pœn. l. præses.* 1. §. *Sed si Comites, de extraord. cognit. Cic.* 2. *Verr. Cujac. in paratit. eod. lib.* 1. *tit.* 32. *de offic. Comit. sacrar. largit. Dn. Vult. lib.* 1. *Jurisp. Rom. c.*13. *n.* 55.

Officium † eorum erat, causas cognoscere, postulationes audire, libellos supplices legere, & his respondere circa edicta & epistolas scribendas, ac decreta interpretanda versari. *ex Novell.* 82. *Paurmeist. lib.* 2. *de jurisdict. Imp. Rom. c.* 11. *num.* 2. Posteà † ea appellatio porrecta est ad Præsides vel Præfectos, qui alicui negotio præpositi essent. *Vult. d. l. & lib.* 1. *de feud. c.* 4. *nu.* 14. qui pro varietate expeditionum sibi commissarum varia sortiti sunt nomina. Unde est Comes sacrarum largitionum, id est Præfectus, sive Præses, cui thesauri Imperatoris fuerunt commissi. *lib.* 1. *Cod. tit.* 32. Comes rerum privatarum, *tit.* 33. Comes sacri palatii, *tit.* 34. Comes sacri patrimonii. *tit.* 35. 2 3

Tributum † etiam est vocabulum Comitis illis, qui sacrum comitatum Cæsaris observarent. *Alciat. in lib. de singul. certam. c.* 22. vel ex eo comitatu mitterentur in provincias. *Cujac. dict. l. Vultej. dict. numer.* 14. Hinc fuit Comes Orientis. *lib.* 1. *Codic. tit.* 36. 4

Tempore verò Caroli † Magni, nec non insequentium quorundam Imperatorum, cùm non solùm ad singulas provincias, sed & civitates ablegarentur Comites. *Cujac.* cepit territorium & districtus, cui præficiebantur, Comitatus dici. *Pratei. in lex. in verb. Comitatus sacer.* qui Comitatus posteà feudi jure permittebantur, & ita quidem, ut adheredes transirent. 5

Unde in consuetudinibus † feudalibus Comites dicuntur, qui de Comitatu investiti sunt. *lib.* 2. *feud. tit.* 10. *quis dicatur Dux, Marchio, Comes.* 6

Olim † autem Comites non erant alii, nisi judices, qui causis & juri dicundo præerant. *Vult. d. num.* 14. *& in jur. Longobard. nec non in antiq. jur. Germaniæ*, Comites semper accipiuntur pro judicibus, ut refert *Munster. lib.* 3. *Cosmograph. c.* 20. atque ita vox judicis accipitur *in c. si de investit. inter dom. & vasall.* Ac proin- 7

 de

de vox hæc ab origine ita nata, non verò facta, aut aliunde derivata, ita ut originaliter nihil aliud, quàm judicem denotet. *Reinking. lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. c. 14. num. 16.* Quin etiamnum hodie † in quibusdam Germaniæ locis vox Graff aut Greve judicem designat. *Specul. Saxon. lib. 3. art. 53. & seq.* Hinc appellationes istæ: Pfaltzgraffen / quasi Palatii Imperialis judices: Marckgraffen / quasi limitum judices: Landgraffen / quasi judices sive Præfecti provinciæ. Centgreven / qui in antiquis Germanorum legibus Centenarii dicuntur. Gogreve / Freygreve / Dinggreve / Holtzgreve / Saltzgreve. *Cujac. lib. 1. de feud. c. 1. Vult. d. num. 15. Knichen. de jure territorii, cap. 4. num. 68. Cluten. in sylloge. rer. quotid. th. 26. lit. b.*

9 Quare cum *Hermanno* † *Kirchnero de Republ. disput. 8. th. 1. ad lit. d.* rejicimus illorum notationes, qui vocabulum Graff / vel à canitie, Germanicè Graw / deducunt, ut facit *Reinec. in comm. de origin. Nobil.* quòd senioribus judicandi munus maximè conveniebat, quasi verò non junioribus quoque ob judicandi peritiam judicis munus demandatum fuerit. Vel à fossa, Graben. Nam quia limitibus dijudicandis olim destinati fuerunt Comites, verisimile esse putat *Heig. part. 1 quæst. 2. num. 45. & seqq.* quòd cùm antiquissimæ lites de limitibus, qui fossis distinguebantur, fuerint, & ferè primæ, inde denominatos illos Graviones. Vel, quod multo ineptiùs, ab hybrida compositione Anglici verbi Grith / quod pacem significat, & Latini væ, ratione hâc, quòd jure pacem facere debeat, qui patriæ ferat væ.

10 Nec tamen minùs est verisimilis † notatio *Kirchneri*, quando Graff quasi Krafft dictum putat, per mutationem literarum, quòd potentiam & robur in provinciis sibi commissis obtineat. Nam & Proconsules aliique Magistratus provinciales, qui tamen Comites, seu Graffen non fuerunt dicti, maximâ præditi fuêre potentiâ.

11 Denique nec illi † placent, quibus Graffen à gravitate videntur dicti, quòd nimirum alios gravitate anteire debeant.

Quasi

Quasi & non alii Præfecti gravitate fuerint insignes, qui tamen minime Graffen fuere salutati.

Nostris † moribus ille propriè dicitur Comes, qui de Comitatu investitus est à Principe, vel alio hoc jus habente. *Dd. in c. 1. quis dicatur Dux. Reinkingk. d. c. 14. num. 6.* Sed *Tobias* † *Paurmeister. lib. 2. de jurisdict. cap. 11. num. 13.* Comites definit, quibus dignitas Comitatus codicillis Cæsaris vel Regiis, vel usu longævo quæsita est, *& num. 14.* addit: sic plures in Germania esse Comites, de Comitatu non investitos, sed qui à castellis privatis, quæ possident, dominationis titulos contraxerint, quorum majores Romæ Comites temporarios fuisse, nomenq; dignitatis, dum exteras nationes peterent, retinuisse existimat *Petr. de Andlo de Imperio Romano, lib. 2. cap. 12.* Vetustas enim & privilegium pari passu ambulant, ita ut quæ privilegio, ea etiam vetustate induci possint. *l. 1. Codic. de servit. Cothman. consil. 79. num. 72. lib. 2.* 12 Comes quis. 13

14 Olim in Orientali † & Occidentali Imperio tanta fuit Comitum prærogativa, ut Ducibus præferrerentur, & hi illis adjungerentur in disciplina militari. *Pancirol. in comment. ad Notitiam Roman. Imperij cap. 1.* Atque hinc etiam Comites dignitatis titulo majori *illustres*, Duces verò *spectabiles* plerumque appellabantur. *ex eod. commentario ad Notit. Orient. c. 87. 144. 146. 148. 151. & ad Notit. Occident. c. 35. 47. Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. nu. 54.* Ex quibus & aliis quamplurimis capitibus illud etiam liquere scribit, quòd Comites pluribus provinciis præfuerint, quàm Duces.

15 Et etiamnum in Gallia † Comites Marchionibus præferuntur. *Alciat. in tract. de singular. certam. c. 32. Paurmeister. de jurisdict. Imper. Rom. lib. 2. cap. 20. num. 18.* Sic speculator ille in agro Lunensi se vidisse refert triginta Marchiones in fico arbore contra famem ficis depugnantes. *Dn. Lansius in consultation. de Principatu inter Provincias Europæ, in Oratio. contra Italiam.* Ubi ridet tot Marchiones in Italia, quibus nullus est Marchionatus,

natus, tot Comites, quibus est nullus Comitatus, tot Equites, quibus nec equus, nec calcaria, nec ocreæ sunt.

16 Circa tempora † verò Caroli Magni ita Ducum potestas & dignitas crevit, ut propriè Duces dicerentur, quibus duodecim Comites suberant, ut retulimus cap. præced. ex Lancelloto, Hotomanno & aliis.

17 Cæterùm Comitum quidam † Principum, quidam suo ordine censentur. Qui Principum loco sunt, *cum adjectione* sic appellantur, ut Comites limitanei, seu Marchiones, & Comites Provinciarum, seu Landgravii &c. *Paurmeist. n.* 21.

18 Totus ordo † Comitum in Comitiis Imperii duorum duntaxat habet suffragia. Unum suffragium die Schwäbische/ alterum die Wetterawische Graffschafften/ ut in omnibus Recessibus videre licet. Et hoc intelligendum est de Comitibus, qui Sta-
19 tum † Imperii repræsentant, quibus ad consilium Principum, quod vulgò vocatur der Fürsten Rath/ accedere, deliberationibusque eorum interesse conceditur *Webner. in observ. pract. verb.* Graffschafft. Sic enim *in Decreto Comitiorum Augustanorum de Anno* 1548. §. Wiewol auch/ aliqui referuntur Comites, qui Comitatum ab Imperio immediatè recognoscunt, & dicuntur Status Imperii, aliqui verò qui Principibus sua bona & feuda accepta referunt, & illorum jurisdictioni subjecti, ac Landsassii sunt. verba ita se habent: Wiewol auch in der Ringerungs Handlung bedacht/ daß die Graffen vnd Herrn/ so kürtzlich ihre Digniteten erlanget solten in recognitionem præeminentiæ, so sie von vns / vnd vnserm freundlichen lieben Bruder / dem Römischen König empfangen / leydenlicher massen auch in die Anschläge des Reichs gezogen werden? So haben wir doch dargegen erwogen/ das solche Graffen vnd Herrn zum mehrer theil/ vnder ihren besondern Landsfürsten gesessen/ vormals von allen ihren Gütern / denselbigen gedienet / sich auch zum theil allein auff der Fürsten Eygenthumb vnd ihre Pfandschafften/ Graffen oder freyen lassen / vnd also gar keine Güter ohne Mittel vnder dem Reich haben/ auch nicht anders dann mit außtrücklichem Vorbehalt der Fürsten Gerechtigkeit / zu denen Digniteten zugelassen seynd: Derwegen wo sie allein des Tittels vnd Namens halben/

den in die Anschläge des Reichs gezogen werden sollen / das würde den Fürsten obgemelt allerhand Beschwerung bringen / vnd also mit der Zeit jhnen noch weiter Abbruch vnnd Schmelerung an jhrer Landsfürstlichen Obrigkeit geberen / in Ansehung / das solche newe Graffen vnd Herren / nicht immediatè Glieder vnd Stände des H. Reichs gewesen / oder darin begütert / sondern solcher Landesfürsten Vnterthan vnd Landleut weren. Damit dann in solchem niemands wieder Billigkeit beschweret werde / so haben wir vns mit Churfürsten / Fürsten / vnd gemeinen Ständen / vnd der abwesenden Rähten vnd Gesandten verglichen / wo einige Graffen oder Herrn weren / welche kürtzlich jhre Digniteten erlanget / vnd dem Reich immediatè nicht / sondern andern jhren Landsfürsten vnderworffen / auch nicht Güter ohne Mittel / von oder vnder dem Reich hetten / das dieselbe in die Anschläge nicht gezogen / aber die jenige / so in dem heilligen Reich begütert / oder anderer Fürsten subditi immediatè nicht weren / daß dieselbige / nach ziemlichen Dingen / gleich andern mit des Reichs Anschlägen belegt werden.

Hi matriculæ Imperii non sunt inserti, & sine regalibus Imperii investiti, quales reperiuntur in aliquibus partibus Germaniæ, ut Hardeck / sub Austriacis, item Graffen von Honstein / sub Electore Brandeburgensi: Graffen von Newgarten / sub Ducibus Pomeraniæ, & Episcopo Caminensi. *Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 6. n. 115. Reinkingk. d. c. 14. n. 33.* Hi quia regalia integra non habent, & aliis Principibus subsunt, iisdem jura eorum Comitum, qui sunt Status Imperii, non competunt. *Steph. nu. 116. ex Rutgero Ruland. in tr. de Commissar. & Commission. p. 1. lib. 5. c. 3. n. 27. & seq. usq. ad n. 30.*

Ad exemplum autem aliorum ordinum, ex Comitum censu, singulari Cæsarum privilegio, quatuor † familiæ nuncupatæ 20 fuerunt Comites Imperii, die Vier Graffen des H. Römischen Reichs / Comites nimirum Clivenses, Cilienses, Sabaudici, & Schwartzburgenses. *Petrus de Andlo in d. tract. de Imp. Rom. c. 16. Munster l. 3. c. 24.* ex quibus cùm Clivenses & Sabaudi in Principum ordinem sint adsciti: Cilienses extincti Anno 1456. soli Schwartzburgenses in Thuringiâ in eo ordine sunt superstites,

 titu-

tituloque utuntur, der vier Graffen des Reichs / Graffen zu Schwartzburg.

21 Baronest etymologiam quidam longè petunt ἀπὸ τῆς βαρύτητος, à gravitate, quòd eorum munus fuerit, in ipsis Ducatibus, non solùm militare, sed prudenter atque graviter Ducibus ipsis consulere, de rebus gerendis consilium capientibus. *Eguinus Baro de jure benefic. l. 1. cap. 3. Alciat. in lib. de sing. cert. c. 32.* vel à βάρος, hoc est, mole & vastitate corporis: quâ cæteros superare debeant. *Isidor. lib. 9. Etymolog tit. de civibus. Martin. Freccia. in com Feudalib. l. 1. C. de orig Baron. Steph. Forcatul. com. de feud. c. 3. n. 7.* Vel ab Hebræo Bar, quod filium significat, vel à Germanico Banner / quod vexillum, quasi Bannerherrn / id est, dominos vexillorum, quòd ipsis vexilla ut plurimùm fuerunt commissa. *Borch. de feud. c. 5. num. 39.* quod displicet *Pet. Heigio p. 1. q. 2. num. 54.* Alii alias notationes in medium proferunt. Propiùs collimant, quibus Barones à Germanico Freyen / quasi liberi domini & exempti appellati videntur. *Paurmeist. n. 27. & Dn. Vult. d. n. 14.* vernaculâ nostrâ, inquit, Barones dicuntur Freyherrn / quasi liberi domini, fortaßè quòd liberum illis sit Comites fieri, quandocunque placet, sicuti Licentiatis fieri licet Doctores, quandocunque ipsis libet.

Barones.

22 *Alciat. lib. 5. parerg. c. 16.* Baronem† pro generoso insignique homine accipi refert. *Bald. in c. innotuit. de elect.* Baronem describit, qui merum mixtumque imperium in aliquo castro oppidóve concessione Principis habet. *Paurmeist. nu. 31.* Barones dicit esse Proceres proximo post Comites, nobilitatis gradu ornatos.

Baro quis.

23 Germaniæ† moribus inter Comites & Barones, præter nominis ac ordinis rationem quidam parum, vel nihil interesse, sed hos illis æquiparari, & regalem dignitatem habere tradunt. *Mynsing. respons. 16. n. 9. decad 2. Schrader. de feud. part. 10. sect. 1. nu. 22. & consil. 13. n. 170. vers. tum quia Baronia. Rosenthal. de feud. c. 2. conclus. 1. num. 4. & 5. Zas. de feud. part. 5 n. 29. Joh. Gœdd. in consil. de restit. Baroniæ Vallendar. nu. 461. Reink. lib. 1. de regim. Secul. & Eccles. class. 4. c. 15. n. 21. & seqq. Schenck Baro lib. 2. de feud. tit. 10. fol. 234. à pr.* in hæc verba scribens; Germaniæ moribus Comiti Baro prorsus æquiparatur.

ratur, nullumque est inter eos vel dignitatis, vel præcellentiæ discrimen, nisi quòd de Comitatu non sit investitus Baro, qui tamen omnibus in rebus suscipiendis, honoribusque administrandis haudquaquam Comite censetur inferior. Etsi enim in jure feudali, *lib.1.tit.14.de feud. March. vel Ducat. vel Comitat. & lib. 2. tit.10. Quis dicat, Dux, March: Com. & tit. 55. de prohibit. feud. alien. per Frider. §. præterea Ducatus, & aliis in locis*, Comitatus expresse referatur inter feuda regalem dignitatem annexam habentia, & Baronatus nulla omninò fiat mentio, hoc tamen non obstat. Nam nec Principatuum aliorum, quàm Ducatus, & Marchionatus, ut & Comitatus in eo de regalibus feudis & dignitatibus fit mentio, & tamen certum est, præter Ducatum, Marchionatum, & Comitatum, etiam alia ex jure feudali, pro feudis regalibus habenda esse. Nam *in pr. tit. de feud. March. &c.* adjiciuntur hæc verba: *Vel aliquâ regali dignitate*: quæ nihil operarentur, nisi præter Ducatum, Marchiam, & Comitatum, aliæ etiam dicerentur esse dignitates regales, ob quas feudum fiat regale. *Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 3. num. 14. & 15. & c. 4. num. 43.* deinde in jure feudali, quod moribus Longobardorum genitum & introductum, mentio non fit Baronum & Baronatus: quia illa dignitas in Longobardorum Republica fuit incognita. *Don. Garf. Mastrill. de Magistratib. lib. 4. c. 2. n. 64. Reink. d. c. 15. nu. 53.* Aliis rationibus in contrarium allatis satisfacit. *Sixtin. d. c. 4. n. 42. & multis seqq.* & post eum *Reink. à n. 48. ad fin. cap.*

Quòdque Barones à Comitibus hîc non sint separandi, *nu.* 39. 40. 41. *&* 48. exinde *Sixtin.* probat: quòd illi non minùs, quàm hi sint Status Imperii. *Geil. 1. obs. 23.* illustresque appellentur, & regalem dignitatem annexam habeant: quando videlicet habent castrum sub titulo universali Baroniæ à Principe. *Reink. d. c. 15. nu.* 40. Utrique etiam æquiparentur in matricula Imperii, in privilegio & jure Austregarum. *Ordinat. Camer. part. 2. tit. 3. 4. & 5.* in dignitate & munere judicis ac Præsidum Cameræ Imperialis. *dict. Ordinat. part. 1. tit. 1. in pr. & §. 2. tit. 4. in pr. &c.* quòd in constitutione pacis religionis, & passim in aliis constitutionibus Imperii, in quibus etiam nonnunquam verbo Herrschafften/

 quan-

quando simpliciter usurpatur, simul Comites & Barones comprehendi soleant. quòd in *Ordinat. Camer. p. 2. tit. 3. in princ tit. 4. §.* Vnd nach dem / *& ult.* itemque *in Ordinatione Politica August. de Anno* 1530. *&* 1548. *& Francofurt. de An.* 1577. generalis sit titulus: Von Graffen vnd Herrn: quodque in catalogo etiam Statuum Imperii Recessibus annexo Comites & Barones conjunguntur.

24 Nec etiam separationem † Comitum & Baronum, aut etiam inæqualitatem Baronum inter sese infert magna variatio in lingua Germanica, quæ in Decretis Comitiorum circa appellationem Baronum occurrit, ut *post Sixtin. num.* 47. *& seqq.* notavit *Paurmeist. d. c.* 11. *num.* 32. *& seqq.* Quidam enim simpliciter dicuntur Freyen. Unde in Decretis sæpè legitur, die Fürsten / Graffen / Freyen. *Reformat. Frider. Francofurt. de Anno* 1442. *in pr. ibi:* Graffen / Freyen / *& in Ordin. Cam. Imp. Maximiliani I. de An* 1495. *in pr. Ordinat. Regiment. de An.* 1500. Secundò Freyherrn *passim in aliis Imp. Recessib.* Sic appellantur Freyherrn zu Walpurg / Poppenheim / Hohenlandesberg 2c. Tertiò, semper Sempetfreyen, ut Barones Limburgici & Westerburgenses. Quartò specialiter Herren / ut Barones Russi, Herrn zu Plawen / zu Schleitz / Greitz / Kranigfelt / Lobenstein vnd Gera. Barones Schonburgenses, Herrn zu Glaucha vnd Waldenburg 2c Sic *Zasius part. 5. de feud. num.* 15. Barones Dominos terrarum Austriæ vocat. Quintò, sunt Edle Herren / ut Comites Mansfeldenses, Edle Herren zu Heldrungen. Graffen vnd edle Herrn zur Lippe vnd Retling. Graffen vnd edle Herrn von Spiegelberg / Edle Herrn von Warberg.

25 Ex variis hisce appellationibus nulla genera † Baronum constituenda docet *Paurmeist. n.* 38. *& seq. & Sixtin. d. nu.* 47. & quocunque nomine, Sempetfreyen / Freyherrn / Freyen / edle Herren / vel simpliciter Herrn / Edle / vel die Edle / appellentur, nobilitate ac dignitate pares esse, cùm omnes generali vocabulo Herrn sive Dominorum comprehendantur, ut perpetuò habet Decretorum Comitialium subscriptio, von der Graffen vnd Herrn wegen. eóque nomine non tantùm illi, qui solâ Baronatus dignitate sunt insigniti, sed & qui Dynastias cum Ducum, Principum & Comitum titulo conjunctas habent. Ita enim Archiduces Austriæ inscri-

scribuntur, Herrn zu Frießland/ auff der Windischen Marck/ zu Portenaw/ Duces Juliacenses, Herrn zu Ravenstein/ Megapolitani, Herren der Lande Rostock vnd Stargard/ Marchiones Badenses, Herrn zu Rötteln vnd Badenweiler/ Principes Anhaldini, Herrn zu Zerbst vnd Berneburg/ Comites Schwartzburgenses, Herrn zu Arnstadt/ Sundershausen vnd Leutenberg/ Comites Nassovienses, Herrn zu Wießbaden vnd Igstein/ Beilstein/ Widenses, Herrn zu Runckel vnd Eissenberg/ Solmenses, Herrn zu Mintzenberg/ ut ex subscriptionibus Decretorum refert *idem Paurmeister*. Præterea Limburgici, Westerburgenses Barones non ideò, quòd semper liberi, sive Semperfrey vocantur, tali prærogativâ gaudent, ut magis quàm reliqui Barones regalem dignitatem regaliaque habeant; quemadmodum nec Walpurgici, nec Limpurgici, nec Pappenheimenses, nec Zollrenses ratione Imperialis hereditarii officii, quòd audiuntur Dapiferi, Pincernæ, Mareschalli, & Camerarii præ aliis Comitibus & Baronibus regalium prærogativam sibi arrogare possunt. *Sixtin. nu.* 48.

Etsi autem *Paurmeist.* nulla genera Baronum, *contra Pet. de Andlo. de Imp. Rom. l.* 2. *c.* 12. *& Rutg. Rul. in tract. de fidejuss. lib.* 5. *c.* 4. *n* 40. ponenda asserat, in genere † tamen ita eos distinguit *num.* 41. quòd quidem simpliciter Freyen/ Freyherrn/ edle Herrn/ vel Herrn tantùm: quidam cum adjectione Freyherrn des Reichs dicantur, qui scilicet cum ea dignitate jus Comitiorum Imperii conjunctum, id est, locum in senatu Imperii, ac dictionem sententiæ habent. 26

Quatuor Barones Imperii antiquitùs constituti, hi referuntur *à Munstero lib.* 3. *cap.* 24. *Panvin. d. c.* 13. Limpurgicus, Tussensis, Westerburgensis, Aldewaldensis.

scribuntur, Herrn zu Frießland / auff der Windischen Marck / zu Portenaw / Duces Juliacenses, Herrn zu Ravenstein / Megapolitani, Herrn der Lande Rostock vnd Stargard / Marchiones Badenses, Herrn zu Rötteln vnd Badenweiler / Principes Anhaldini, Herrn zu Zerbst vnd Berneburg / Comites Schwartzburgenses, Herrn zu Arnstadt / Sundershausen vnd Leutenberg / Comites Nassovienses, Herrn zu Wießbaden vnd Idstein / Beilstein / Widenses, Herrn zu Runckel vnd Eissenberg / Solmenses, Herrn zu Mingenberg / ut ex subscriptionibus Decretorum refert *idem Paurmeister.* Præterea Limburgici, Westerburgenses Barones non ideò, quòd semper liberi, sive Semperfrey vocantur, tali prærogativâ gaudent, ut magis quàm reliqui Barones regalem dignitatem regaliaque habeant; quemadmodum nec Walpurgici, nec Limpurgici, nec Pappenheimenses, nec Zollrenses ratione Imperialis hereditarii officii, quòd audiuntur Dapiferi, Pincernæ, Mareschalli, & Camerarii præ aliis Comitibus & Baronibus regalium prærogativam sibi atrogare possunt. *Sixtin. nu.* 48.

Etsi autem *Paurmeist.* nulla genera Baronum, *contra Pet. de Andlo de Imp. Rom. l. 2. c. 12. & Rutg. Rul. in tract. de fidejuss. lib. 5. c. 4. n* 40. ponenda asserat, in genere † tamen ita eos distinguit, 26 *num.* 41. quòd quidem simpliciter Freyen / Freyherrn / edle Herrn / vel Herrn tantùm: quidam cum adjectione Freyherrn des Reichs dicantur, qui scilicet cum ea dignitate jus Comitiorum Imperii conjunctum, id est, locum in senatu Imperii, ac dictionem sententiæ habent.

Quatuor Barones Imperii antiquitùs constituti, hi referuntur *à Munstero lib. 3. cap. 24. Panvin. d. c. 13.* Limpurgicus, Tussensis, Westerburgensis, Aldewaldensis.

CAPUT XXXIX.
DE CIVITATIBUS IMPERIALIBUS.

Tandem devoluimur ad civitates liberas & Imperiales, quæ septimam & ultimam classem in Imperio absolvunt. Ubi primò
1 præmittendum, quòd ex instituto veteris † Reipublicæ duplex fuerit civitatum genus. Primum earum, quæ suo jure & propriis legibus permittebantur vivere, quarumq; cives muneris tantùm honorarii cum populo Romano erant participes, à quo capessendo municipes appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque ullâ populi Romani lege adstricti, cùm nunquam pop. Roman. eorum fundus factus esset. *Gell. lib. 16. Noct. Attic. c. 13.* Alterum earum, quæ leges Romanas vel incolas acceperunt, & coloniæ dicebantur, de quibus *Lazius com. Reip. Rom. lib. 12. sect. 1. & 2.*

2 Hæ † in minores, majores & maximas, quæ Metropoles appellantur, à Modestino distinguuntur *in l. 6. §. 2. de excus. tut.* pro ratione nimirum privilegiorum majorum vel minorum, quibus fruebantur.

3 Civitates ex præsenti † forma Reip. in Germania aliæ sunt Imperiales aliæ municipales: quarum illæ vel totam aquilam, vel partem ejus, reliquæ nihil ex ea in insigniis suis habent. *ex Decis. seu præjud. Cameræ in verb. Civitas Imperialis* §. Freye Reichsstädte. *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num. 77.*

4 Imperiales † rursus vel sunt liberæ & Imperiales, vel Imperiales tantùm.

5 Liberæ † solum Imperatorem & Imperium immediatè recognoscunt, ab eoq; plenam & omnem concessam, vel præscriptam habent jurisdictionem, quo sensu conjunctim in Decretis Comitiorum frequentiùs vocantur des H. Römischen Reichs Freyund Reichsstädte / das sie nemlich keines Fürsten oder Herrn / sondern allein des Reichs Städte sind. *Du Arumæ. discurs. 6. ad A. B. concl. 9. fol. 159.* Unde in inscriptione Statutorum Lubecensium: dero Keyserlichen freyen / und des H. Reichs Lübeck Statuta &c. *ibid. Webner.*

in

in pract obs. verb. freye Reichsstädte/*vers. ergò propriè.* Unde & *Geilius de Arrest. Imper. c.9.n.1. & 2.* promiscuè eas appellat. Talesque propriè esse statuit *Bertra. de Comit. th.* 44. quæ inter Status Imperii referuntur: quæque catalogo, seu matricula Imperii inscriptæ, in Senatu Imperiali civitatum, der Städte Roth sessionem & votum sibi vendicant, *ex Wehn. in obs. pract. verb.* freye Reichsstädte.

Imperiales † verò partim Imperatorem, scil. quoad regalia, quæ ab eodem habent: partim Electores, Duces, Principes Imperii, quoad territoria, in quibus sunt sitæ civitates, recognoscunt: quæ tamen etiam à principaliori Civitates Imperiales, Reichsstädte rectiùs appellantur. *Geil. 2. obs. 54. n. 10. & obs. 57. num.* 8. cùm non nisi certo respectu & certis cum pactis territoriorum dominis subsint. *Roland. à Vall. cons. 1. n. 45. & seq. lib. 2. Mynf. resp. 13. n. 10. decad. 2. Sixtin. n. 86. Matth. Stepha. de jurisdict. l. 2. part. 2. c. 1. num. 81. Geil. n. 10.* ubi ait: Civitatem recognoscentem aliquem certo intuitu, certisque pactis & conditionibus, manere in reliquis liberam, & teneri tantùm ad expressa. additque, ejusmodi esse in Germania civitates, quæ certâ lege & conventione superiorem agnoscant, & extra pacta conventa suâ placidâ fruantur libertate. Et hæ posteriores mixtum ob id civitatum genus & statum dicuntur constituere. *Bruning. de variis universitat. specieb. th.* 14. & conditionatæ perhiberi possunt. *Arumæ. d. l.* vel pactitiæ. *Bertra. d. l.* 6

Municipales † dicuntur, quæ omnimodò & immediatè subsunt territoriorum dominis. Unde & Provinciales vel Ducales, Land oder Fürsten Städte vocantur. *Geil lib. 1. obs. 1. nu. 19. Arumæ. d. l. fol.* 260. 7

Ut autem ex reliquis Ordinibus quidam singulari dignitate & excellentiâ, ad augendum Imperii splendorem fuêre insigniti, Duces, Marchiones, Landgravii, Burggravii, Comites, Barones Imperii: sic etiam quatuor † civitates primariæ: Augusta, Aquisgranum, Metis, (quæ à Rege Galliæ occupata, & ei hodiè subjecta est. *Sixtin. n. 81. Thuan. lib. 11. hist.*) & Lubeca, speciali privilegio κατ᾽ ἐξοχὴν Imperii civitates fuerunt appellatæ. *Munster. d. lib. 3. cap. 24. Panvin. d. c. 13.* 8

CAPUT

CAPUT XL.

DE JURISDICTIONE, *& jure territoriali Statuum enumeratorum.*

REstat ut de jurisdictione & potestate, quam Status enumerati ex concessione Imperatoris habent, paucis dicamus.

1 Illis † itaque partim ex contractu & investitura feudali, partim privilegio, vel expresso vel tacitô, communicatum est jus ter-
2 ritorii. Qui autem Principes † habent territoria, juraque territorialia, illi dicuntur habere, die Landesfürstliche Obrigkeit oder Hoheit: in aliis dicitur die Landes Hohe Obrigkeit / seu Landes herrliche Botmessigkeit: aliquando Oberherrligkeit vnd Gebiet / *Heinkingk. lib. 1. de regim. Secul & Eccles. class. 5. c. 5. n. 24.*

3 Verba † investiturarum, quibus omnis Principum dependet jurisdictio, plerumque ita habent: Wir Keyser N belehnen N. N. mit dem Hertzogthumb / Pfaltzgraffschafft / Marckgraffschafft / Landgraffschafft / Fürstenthumb / Graffschafft / Herrschafft / Bischoffthumb / Prælatur / mit allen Gerichten oberst vnd vnderst / mit allen jhren Ehren / Würden / Freyheiten / Nutzungen vnd Zugehörungen. *Andr. Knichen. in tract. de jure territ. passim. Ernest. Cothman. respons. Academ. 1. nu. 260.*

4 Vigore † hujus concessionis Principes, Duces, Marchiones &c. exercent omnem omninò jurisdictionem & potestatem in suis ditionibus, quam Imperator in universo Imperio: Idcirco quilibet perhibetur Imperator in suo territorio. Ubi tamen expres-
5 sè † à Doctoribus excipiuntur illa, quæ summo Principi in præeminentiam, & signum superioritatis expreßè reservata sunt. *Andr. Knichen. de jur. Sax. non provoc. verb. Ducum Saxoniæ. c. 1. num. 38. Boss. in tract. de crim. læs. maj. n. 52. & seq. & tit. de regal. n. 5. Afflict. in rubric. quæ sint regal. nu. 68. & seq. Borcholt. in c. unic. quæ sint*

sint regal.n.8.in usib. feudor. Bruckman.in rubric.quæ sint regal.c.4. num.34. & seqq. Jacobin. de S. Georg.de feud.in verb. Carolus Dux, vers. dubitatur.nu.4.Curt.de feud.2.part q.2.principal. Cacheran decis.29.nu.5.decis.88.num.17.decis.101. nu.1.& 12.decis.115.nu.1. Gail.2. obs 57.n.7.& lib.1.de pac.public.c.6.n.10.& 11.Wesenb.cons 27.n.29. Modestin Pistor.cons.28.n.1.

Ratione istius † jurisdictionis & superioritatis vindicant sibi & usurpant Regalia, quæ dignitatibus Regalibus, puta Principatibus, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus inesse censentur. *lib.1.feud. tit. 14. de feud.March.vel Ducat.vel Comitat. à princ.* nec ea solùm, quæ enumerantur *lib.2.feud.tit.56.in c. unic. quæ sint Regal.* & explicantur *à Dn.Vultejo lib.1.de feud.c.5.num.7.& Regnero Sixtino in tract.de Regal.lib.2.* Sed etiam † illa, quæ usu recepto pro regalibus habentur; ut sunt jurisdictionalia, merum & mixtum imperium, die ober/peinlich/Halßgericht/Blutban/*Dn.Pet. Theodoric.Colleg crim.disp.10.th.5.lit a.* 6 7

Et sic habent potestatem judicandi, † judicatumque exequendi tùm in civilibus, tùm in criminalibus causis pleno jure. 8

Ex mero † imperio, quod Statibus indultum est, dependere scribit *Schönborn.lib.5.Polit c.24.* quòd reis pœnas capitales remittere possint, per textus juris allegatos, qui, quamvis de summo tantùm Principe loquantur, ipse tamen eosdem de Ducibus, Marchionibus & Comitibus etiam accipit *cum Rolando à Valle consil. 4.num.4. lib.3. Antonino Tessauro decis.21.* Quando verò venia & gratia admissi sceleris fieri possit, monuimus sup. cap.23. nu.161. & seqq. 9

Et quia jurisdictio omnimoda Statibus concessa, hinc in suis territoriis habent potestatem condendi † leges particulares & jura provincialia, seu statuta, quæ sequela est illius *Gail.2. obs. 117.num.8. Knichen.de jur. territor.c.1.num.179 Dauth.de testament. n 36.& 86.&c.* contraria abrogandi, & jura communia inconsulto Imperatore tollere. *Reink. d.class.5.c.6.num.7.* 10

Jure etiam liberi Imperii illud jus obtinent Principes & Status Imperii, ut de negotiis † sui Principatus & Reipubl. ad 11

sint regal.n.8.in usib.feudor. Bruckman.in rubric.quæ sint regal.c.4, num.34. & seqq. Jacobin. de S. Georg.de feud.in verb. Carolus Dux, vers. dubitatur.nu.4.Curt.de feud.2.part q.2.principal. Cacheran.decis.29.nu.5.decis.88.num.17.decis.101. nu.1.& 12.decis.115.nu.1. Geil.2. obs.57.n.7.& lib.1.de pac.public.c.6.n.10.& 11.Wesenb.cons.27.n.29. Modestin Pistor.cons.28.n.1.

Ratione istius † jurisdictionis & superioritatis vindicant sibi & usurpant Regalia, quæ dignitatibus Regalibus, puta Principatibus, Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus inesse censentur, *lib.1.feud.tit.14.de feud.March.vel Ducat.vel Comitat. à princ.* nec ea solùm, quæ enumerantur *lib.2.feud.tit.56.in c.unic. quæ sint Regal.* & explicantur *à Dn.Vultejo lib.1.de feud.c.5.num.7.& Regnero Sixtino in tract.de Regal.lib.2.* Sed etiam † illa, quæ usu recepto pro regalibus habentur; ut sunt jurisdictionalia, merum & mixtum imperium, die ober/peinlich/Halßgericht/Blutban/*Dn.Pet. Theodoric.Colleg crim.disp.10.th.5.lit a.* 6 7

Et sic habent potestatem judicandi, † judicatumque exequendi tùm in civilibus, tùm in criminalibus causis pleno jure. 8

Ex mero † imperio, quod Statibus indultum est, dependere scribit *Schönborn.lib.5.Polit c.24.* quòd reis pœnas capitales remittere possint, per textus juris allegatos, qui, quamvis de summo tantùm Principe loquantur, ipse tamen eosdem de Ducibus, Marchionibus & Comitibus etiam accipit *cum Rolando à Valle consil. 4.num.4.lib.3. Antonino Tessauro decis.21.* Quando verò venia & gratia admissi sceleris fieri possit, monuimus sup. cap.23.nu.161. & seqq. 9

Et quia jurisdictio omnimoda Statibus concessa, hinc in suis territoriis habent potestatem condendi † leges particulares & jura provincialia, seu statuta, quæ sequela est illius *Geil.2.obs. 117.num.8. Knichen.de jur. territor.c.1.num.179 Dauth.de testament. n.36.& 86.&c.* contraria abrogandi, & jura communia inconsulto Imperatore tollere. *Reink d.class.5.c.6.num.7.* 10

Jure etiam liberi Imperii illud jus obtinent Principes & Status Imperii, ut de negotiis † sui Principatus & Reipubl. ad 11

alios, cùm intra, tùm extra Imperium Legatos & Ambassatores mittere queant. *Kirchner. lib.1. de Legat. c.3. n.13. Paschalius de Legat. c.11.* qui passim etiam in Recessib. Imper. dicuntur der Stände Gesandten und Bottschafften.

Eodem libertatis jure antiquissimo, nec non privilegio
12 concessum est, ad publicam † pacem conservandam, libertatem tuendam, suamque legitimam defensionem, vel inter se, vel cum exteris fœdus inire. *Aur. Bull. tit. 15. ibi:* Jedoch ausgenommen die Gelübd und Verbündnus / so die Fürsten / Stådte und andere gemacht haben / von gemeines Landfriedens wegen der Land und Leut / &c. vid. supr. part.1 c.5. n.67. & seqq.

13 Obtinent etiam jura † Archivi. *Rutg. Ruland. de Commiss. & Commissar. part.2. lib.5. c.4. n.18. & seqq.*

14 Competit ipsis etiam jurisdictio forestalis, † die Forstliche Obrigkeit / quæ consistit *in jure foresti*, Forstrecht / cujus proprium est saltuarios constituere, Forstmeister und Forstknechte / ne per excisionem arborum sylvæ devastentur; *& in banno ferino*, quod nobis Wildbahn / à fera Wild. *Tho. Mich. de jurisdict. concl. 51. Reink. d. c.6. n.40. Schönber. lib 5. Pol. c.29.* Et sic hæc duo conjunctim, non separatim jurisdictionem forestalem constituunt, unde & passim distincta officia sunt Förstersund Jegermeisters. *Tho. Mich. d. concl. 51. sub lit. b.* Ille, inquit, sylvis præficitur, habetque jus prohibendi, ne arbores exscindantur; Hic verò venationis præest, & quæ ad eam spectant, procurat.

15 Collectandi † etiam potestas est apud ipsos. *Tiraquel. de jure primogen. q.69. n.7. in Recess. Imp. Spirens. de Anno* 1544. §. Und dieweil nun / *& in aliis.*

16 Itemque jus mutandæ † Religionis Pontificiæ, vel Augustanæ Confessionis. *ex Transact. Pass. v. de Anno* 1555. §. Und nach dem aber in vielen freyen und Reichsstädten. & §. Und damit solcher Fried. cujus vigore exercent actus & jura Episcopalia, qua de re diximus supra c.9. n.59. & seq.

17 Præterea salvus † conductus, sive potestas per vias publicas sui territorii euntes redeuntesq; deducendi, die Gleitliche Obrigkeit / auff freyer Keyserlichen Heer und Reichsstrassen / portio quædam

dam jurisdictionis territorialis est. *Wesen.cons.33.n.3.& 16.* Jus idem
concedendi salvum conductum bannitis,† *arg l.relegati.4. l.ad bestias.31.§.1.ff de jur.pœn. Reink.d.c.6.nu 27.* 18

Nec non recipiendi† Judæos. *Ordin.Polit. August.de An.1548.* 19
& Francof.de An.77.tit. Von Jüden vnd jhrem Wucher. *Receß. Deput. de An.1577.tit.10.in pr. Sixtin.de Regal.l.1.c.5.n.19. & seqq.*

Quinimò dandi inducias† moratorias,vulgò Anstandsbrieff 20
oder Quinquinel debitoribus,qui fortuitis ex casibus facultatibus
lapsi sunt,de quibus *in l.fin C.qui bon.ced.poss. l. quoties.2. C.de precib.Imp.offer. l.fiscalib.ff.de jur fisci.ead.Ordin Polit.August.& Francof.tit.* Von verdorben Kauffleuten/ *vers* Vnd nach dem sie. ne in
isto quinquennii spatio creditores eorum quicquam de credita
summa postulent:quatenus sub induciis illis & datam possint reparare
pecuniam,& aliquatenus debitorum valeat respirare substantia.
Cujac.2.obs.10.Schönb.d.lib.5.c.26.Matt.Steph.lib.2.de jurisdict.p.1.c.1.memb.2.n.248.& seqq.& c.7.n.389.& seqq. Istæ v.† induciæ 21
non aliter valent, nisi fidejussio idonea super debiti solutione
præbeatur *l.universa.4. C.de precib.Imp.offer. Gail.2.obs.46.nu.14. Wurmser.in obs.pract tit.28 obs.28 n. 9.* aut juramentum præstetur.
Ant.Tessaur.decis.Pedemont.186.nu.7. contra quos obtentæ nil valeant,tradit
Schönb,d.l.

Et quamvis jus famæ† & honoribus restituendi,de jure soli 22
Imperatori competat,*l.1.§.10 ff.de postuland.l.1.& ibi Dd. C. de sent. pass. Cacheran.decis.101.n.2.*tamen id quoque cuilibet Statui
& Magistratui in seditione rusticorũ concessit Ferdinandus I.Imp.
*Receß.Spirens.de An.1526 §.*Vnd wiewol ꝛc.

Et hæc sunt potissima jura & privilegia, quibus Principes
& Status Imperii gaudent.

Olim† verò illa jurisdictio & potestas personæ fuit collata, 23
& simul cum illa extincta. *c. un. in pr. de feudo Marchiæ.1.feud.14.*
Hodiè ad posteros transmittitur: & singuli in obvenientibus sibi
provinciis jurisdictionem & jura Imperii in solidum sibi vendicant:
Jurisdictio enim individua est,totaque in toto territorio,&
qualibet ejus parte. *Hartman.Hartm. ab Epping. lib.2.obs.Cam.tit.1. obs.15.* Nec fas est Imperatori adimere jurisdictionem pro lubitu,

fine legitima causa. *Coler. de processf. part. 2. cap. 15 num. 140. Thom. Grammat. decis. 46. Neapol. n. 2. & 3.* Ecclesiastici verò Status resignant Capitulo. *c. cùm olim. 14. de major. & obed. Gail. lib. 1. obs. 20. n. 10.* Et ab eo † tempore, quo Principatus & Comitatus hereditarii sunt facti, gratiâ Dei se imperare, edictis & epistolis præscribunt Principes, & alii superiores immediati, eique dignitatem suam acceptam ferunt, non minùs quàm summus Princeps, juxta receptam formulam: **Wir von Gottes Gnaden.** *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. num. 18. Dieter. de summa summi Imperij potest. conclus. 12. Besold. de jurisdict. Imp. Rom. q. 16 Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 7. cap. 7. nu. 41.* quo titulo nemini in Gallia, præter Regem, absque crimine læsæ majestatis uti fas est. *è Monsieur. de Serrez. lib. 1. inventar. Auct. de jure principat. conclus. 88. lit. b. in notat. Bodin. lib. 1. de Repub. c. 10.* Quæ diximus hactenus, de Principibus tùm Ecclesiasticis, tùm Politicis omni carent dubio.

25 Quoad Comites, † qui jure superioritatis gaudent, illi scilicet, qui ab Imperio cum regalibus, jurisdictione, ac juribus aliis omnibus, ut habent clausulæ vulgares, sunt investiti, vel usu ac possessione legitimè acquisita habent; Principes esse dicuntur; & sic idem obtinent jus & auctoritatem, **die Landes oder hohe Obrigkeit** / *Sichard. consil. 8. Modestin. Pistor. quæst. 70. Schrader. de feud. part. 10. sect. 8. Reinkingk. lib. 1. de Regim Secul. & Eccles. class. 4.*
26 *c. 14. num. 21. & class. 5. c. 1 num. 55.* Quicquid † enim est in Comitatu, in jurisdictione Comitis esse præsumitur, nisi contrarium ostendatur. *Speculat. in tit. de jurisdict. omn. judic. § 1. num. 2. Mynsing.*
27 *consil. 27. num. 42.* Ita ut Principes † & Ordines reliqui in ditionibus Comitum jurisdictionem exercentes, ipsis injuriam inferre, ac territorium eorum violare dicantur. *Gail. de pace publ. l. 1. c. 16. num. 27. & 28. Corne. consil. 159. num. 2. volum. 1. Paurmeister. cap. 16. num. 22.* Ubi *num. 23. ex Knichen de jure territorij c. 4 à num. 6. usq;*
28 *ad num. 34.* hoc † restringit, ut locum non habeat, quando vel expreßâ conventione & consensu, vel longâ possessione & moribus vel à vicinis Principibus & Ordinibus inferioribus jurisdictio Comitum, vel ex investitura, privilegio vel præscriptione compe-

sens, vel quoad partem territorii, vel causas ac personas, partes quoque judicii, diminuta est. In iis enim solùm Comitum jurisdictio cessat, in reliquis salva & integra manet.

27 Comites verò superiorem † immediatum, aliumque Imperatorem recognoscentes, hi Principes dicuntur abusivi, & sic jura Imperialia non habent, ut *ex Afflict. in tit. quis dicat. Dux, Marchio, vel Comes*; loquitur *Octavian. Cacheran. d. decis.* 88. *num.* 1. Unde *Jason. post Bartol. Alex. & Arctin. in l.* 5. *num.* 10. *ff. de verb. oblig.* Comites recognoscentes talem superiorem æquiparat Præsidibus & Magistratibus, non autem Principibus.

30 Barones † qui de regalibus & jurisdictione omnimoda, cum mero & mixto imperio sunt investiti, vel eam præscriptione quæsitam habent, in toto Baronatu quoad personas & causas, eandem quoque quam Principes & Comites in Principatibus & Comitatibus, potestatem obtinent. *Jacob. de S. Georg. in tract. feud. in verb. Princeps Pedemont. n.* 1. *Boss. in tr. de Principe, n.* 1. *Chassanæ. in Catalog. glor. mund. part.* 5. *consid.* 24. *num.* 164. *vers. adverte tamen. Paurmeist. de* [illegible] *Reink. lib.* 1. *class.* 4. *c.* 15. *n.* 45.

31 De Nobilibus liberis † Franciæ, Sueviæ & Rheni, von der freyen Reichs Ritterschafft in Francken/ Schwaben vnnd Rheinlanden/ major est dubitatio. *Johan. Bidembachius in quæstionibus Nobilibus, quæst.* 1. *num.* 11. *Joachim. Cluten. in fascic. rer. quotid. th.* 26. *sub lit. k. Rutger. Ruland.* 5. *de commiss. c.* 4. *num.* 49. *& alij*, Nobilibus immediatis, ut vocant, potestatem, eminentiam, jurisdictionemque territorialem, qualitate & specie parem cum ea, quam habent cæteri status, in suis castris & pagis assignant; & majori libertate eos frui, quàm Comites & Barones Austriæ, notat *Betsius in tract. de pact. famil. c.* 2 *fol* 37. His calculum suum addit *Christoph. Besold. de jurisd. Imp. Rom. q.* 17. *in fin. fol.* 48. Nobilesque tales pace quoque Religiosâ plenariè comprehendi refert. *Et in consilio annexo dicto tract. sui fol.* 88 Nobilitas Sueviæ, inquit, Franconiæ, & superioris tractus Rheni, censetur subjectionis nescia: & comparatur liberis Imperialibus civitatibus, quoad castra & territoria sua. *Geil. lib.* 1 *obs.* 62. *num.* 21. *Wehner. in observ. suis pract. verb.* Ritterschafft/ *& in verb.* Stände des Reichs.

32 Verùm *Joh.*† *Gœdd. in resp. jur. de restitut. Baroniæ Vallendar. n.370. & 371.* in hæc verba scribit: Nobiles Rhenani tantùm ex eo hâc libertate gaudere gestiunt, quòd certa quædã sunt castra Imperii libera, quibus assignati sunt, & quorum municipes facti, seu Ganerben vnd Burgmanne uti exemplo inter cætera, est castrum Friedeberg in Wederavia, & similia. Quæ castra cum territoriali jure Imperatores & Reges Rom. exemerunt, & regali quâdam dignitate muniverunt. Atque ita singulorum Nobilium castra non gaudent propriè territoriali jure, ab aliquo Imperatore concesso, cessóve, nisi fortè ex consequente. Unde & titulata non sunt eorum castra, nec ullis ornata regalibus.

33 Civitates quoque liberę† Imperiales, immediatè Imperatorem recognoscentes, ex communi Doctorum sententia, in suis districtibus & territoriis, tam quoad causas, quàm personas, æqualem jurisdictionem atq; imperium habent, ac cæteri Imperii Status: puta Electores, Principes, Prælati, Comites & Barones in provinciis suis, neque aliter de ejusmodi civitatibus, quàm de Principe est judicandum. *Bart in l. infamem. n.14. ff. de public. judic. Geil. 2. obs. 57. n.7. & lib. 1. de pac. publ c.6. n 11. Rutg. Rul. 5. de Commiss. c.44. n. 41. & c. Christoph. Besold. claß. 1. disp. pol. 9. th. 10. 11. & in d. q. 17. de jurisd. Imp. Rom. Reink. lib. 1. de regim. Secul. & Ecclesi. claß. 5. c. 5.* Adeoq;

34 ad ejus exemplum regalia† & fiscalia jura habere dicuntur. *Bartol. in l.1. § de qua re. ff. de postl. & in l.1. §. ait Senatus. ff de pet. hered. Peregri. de jure fisci, lib.1. c.2. n.44. & seq. Rutg. Rul. de Commiss. lib.5. c.4. nu. 41. Sixtin. d. c.4. n.73. & 82.* legatos unà cum Imperatorum, Electorum & Principum legatis, ad exteros Reges vel Principes, in causis gravissimis mittunt. *Matt. Steph. de jurisd. lib.2 p.1. c.4. nu.35. Kirchn. de legat. c.3. n.53.* jus sessuræ & suffragii in Comitiis habent, ut ostendi supra c.26. num.32. & seqq. Est licet non desint Princi-

35 pes† vicini, inquit *Sixtin. d. n.82.* qui ratione meri mixtiq; imperii, vel vectigalium, vel salvi conductus, vel similium, in totum, vel tantùm ex parte aliquod jus in nonnullis Civitatibus Imperialibus ex præscriptione vel conventione, cum iis inita, alióve modo acquisiverunt, tamen eæ & liberæ civitates, Status Imperii nihilominùs remanent, & reliqua regalia retinent, multæque aliæ sunt

civi

civitates Imperiales, in quibus nihil ex regalibus Principibus vicinis competit. *Et paulò post*: Sic & Episcopi Argentinensis, Spirensis, & Augustanus, Argentinæ, Spiræ & Augustæ sua peculiaria jura habent, ut & Marchiones Brandenburgenses Noribergæ Burggravii sunt, & tamen hæ Imperiales remanent.

Reperiuntur † tamen, qui Civitatem libertatem, superioritatem territorialem, jura ac privilegia, quâvis arreptâ occasione, quantum possunt, imminuunt, vel prorsus abolitum erunt, talesq; in civitates injurios existimat *Bertra. de Comit. concl.* 45. 36

Negantes superiorita të territoriale Civ. Imperial.

Sunt etiam qui moventur *l.16.ff.de verb.sign.* ubi JCtus rescribit, quòd Civitates † privatorum loco habeãtur. Sed cui † ignotum, allegatam legem loqui de civitatibus municipalibus veteris formæ Reip. Romanæ? Ubi alius fuit Status Civitatum in Imperio, ut ostendit *Heig.l.1.q.23.n.30. & Scip Gent.de jurisd.l.3.c.22.* ubi inter cætera ait, nullas tunc jure Romano, & more illius Imperii tales fuisse in Imperio civitates, quales hodiè in Italia & Germania plures maximasque videmus, quæ & liberæ civitates appellantur. additque, se mirari, esse doctos viros, qui à prædictis Civitatibus, quæ olim privatorum loco habebantur, hodiè argumententur ad civitates liberas & Imperiales, refert *Sixtin. n.90.* 37 38

Rationes, earumque confutationes,

Dissentit etiam *Andr.* † *Knich. de jure territ. c.1. & in singulari tract. cujus inscript. velitatio Apologetica*, ubi civitatibus liberis Imperialibus jura territorio illinita, **hohe Landesobrigkeit** (nisi peculiari privilegio, vel more originationis inscio quæsita sint) denegat. *& ind.tr.n.8.* format definitionem juris † territorii, quod dicit esse superioritatem Principibus sublimi & regiâ jurisdictionis lege sub nomine & qualitate **der Landesobrigkeit** / ordinario & proprio Marte concessam. Hanc igitur Civitatibus non competere in seqq. probare conatur. Verùm † in proposita definitione petitio est principii, & magnum habetur ac præsupponitur postulatum. Nondum n. est concessum, sed probandum adhuc fuisset, quòd tale jus territoriale sit superioritas solis Principibus competens, exinde, quod hi territoria, id est, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel alias ditiones jure feudi possideant, & recognoscant ab Imperatore. Non n. illorum Principatus & ditiones 39 40 41

nes

civitates Imperiales, in quibus nihil ex regalibus Principibus vicinis competit. *Et paulò post*: Sic & Episcopi Argentinensis, Spirensis, & Augustanus, Argentinæ, Spiræ & Augustæ sua peculiaria jura habent, ut & Marchiones Brandenburgenses Noribergæ Burggravii sunt, & tamen hæ Imperiales remanent.

Reperiuntur†tamen, qui Civitatem libertatem, superioritatem territorialem, jura ac privilegia, quâvis arreptâ occasione, quantum possunt, imminuunt, vel prorsus abolitum erunt, talesq; in civitates injurios existimat *Bertra. de Comit. concl.* 45. 36

Negantes superioritatẽ territoriale Civ. Imperial.

Sunt etiam qui moventur *l.16.ff. de verb. sign.* ubi JCtus rescribit, quòd Civitates†privatorum loco habeâtur. Sed cui†ignotum, allegatam legem loqui de civitatibus municipalibus veteris formæ Reip. Romanæ? Ubi alius fuit Status Civitatum in Imperio, ut ostendit *Heig. l.1.q.23.n.30. & Scip Gent. de jurisd. l.3.c.* 22. ubi inter cætera ait, nullas tunc jure Romano, & more illius Imperii tales fuisse in Imperio civitates, quales hodiè in Italia & Germania plures maximasque videmus, quæ & liberæ civitates appellantur. additque, se mirari, esse doctos viros, qui à prædictis Civitatibus, quæ olim privatorum loco habebantur, hodiè argumententur ad civitates liberas & Imperiales, refert *Sixtin. n.90.* 37 38

Rationes, earumque confutationes.

Dissentit etiam *Andr.†Knich. de jure territ. c.1. & in singulari tract. cujus inscript. velitatio Apologetica*, ubi civitatibus liberis Imperialibus jura territorio illinita, hohe Landesobrigkeit (nisi peculiari privilegio, vel more originationis inscio quæsita sint) denegat. *& in d. tr. n.8.* format definitionem juris†territorii, quod dicit esse superioritatem Principibus sublimi & regiâ jurisdictionis lege sub nomine & qualitate der Landesobrigkeit/ ordinario & proprio Marte concessam. Hanc igitur Civitatibus non competere in seqq. probare conatur. Verùm†in proposita definitione petitio est principii, & magnum habetur ac præsupponitur postulatum. Nondum n. est concessum, sed probandum adhuc fuisset, quòd tale jus territoriale sit superioritas solis Principibus competens, exinde, quod hi territoria, id est, Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, vel alias ditiones jure feudi possideant, & recognoscant ab Imperatore. Non n. illorum Principatus & ditiones 39 40 41

nes territorialia jura habent, quia feudales sunt: ex hoc enim illud sequeretur, quòd Principatus & Ducatus, si qui sint allodiales, territoriali superioritate carerent. quo quid absurdius?

42 Magis ergo nobis probatur † *Theod. Reink. d.class. 5.c.3.n.3.* cui superioritas & jurisdictio territorialis, die Landesfürstliche oder Landes hohe Obrigkeit/ nihil aliud est, quàm jus & exercitium summi, post Principem seu Imperatorem, Imperii, eique annexorum regalium, quod in omnes territorii istius septis inclusos homines, tanquam subditos regulari juris præsumptione competit, donec probetur exemptio, privilegio, vel quod ei æquivalet, immemoriali tempore quæsita, ex notoria rei evidentia, vel testibus, vel documentis.

43 Alii † denique concedunt quidem, Civitates liberas Imperiales habere jura territorialia, die Landes obrigkeit / at non habere jura Principis, die

44 Landesfürstliche Obrigkeit. Ubi distinguendum † est *cum Steph. de jurisd. l. 2. p. 2. c. 1. n. 64.* inter jura Principis realia, & personalia. Habent jura Principis realia, ratione rei sive territoriorum, quæ possident: quo jure territoriali exercent omnimodam jurisdictionem & regalia, nec solùm ea quæ *in c. unic. quæ sint regal.* sunt expressa, sed & si quæ sunt alia, quæ ex usu recepto pro regalibus habentur: licet illa diversimodè & potentiùs quidem Principibus, Ducibus, Marchionibus, quàm Civitatibus liberis Imperialibus competant, quod tamen de rei substantia & differentia formali nihil detrahit, nec constituit differentiam quoad magis & minus: sed quoad majus & minus, ut in Scholis loquuntur. At Civitates illæ non obtinent jura personalia Principum, quia in ejusmodi Civitatibus non est Dux vel Princeps, ein Fürst: Ergo nec jura Principis, Fürstliche Obrigkeit. Dici enim de aliquo, requirit inesse, per vulgaria. Et Principes utuntur titulo sublimiori: Von Gottes Gnaden/ vocanturque illustrissimi, Durchleuchtige/ Hochgeborne/ Gnedige Herren/ quæ omnia sunt personalia, & competunt ex eo, quod Principes sunt, licet territoria non habeant, nec etiam ulli de proventibus rationes reddunt; quæ ipsa deficiunt in civitatibus, eorumque administratoribus, qui, ut alii administratores alienarum rerum, civibus suis ad reddendas rationes administrationis de jure & natura obstringuntur. *tot. tit. ff. de administ. rer. ad civit. pertin. Steph. n. 65.* non tamen rationes administrationis suæ reddere tenentur Imperatori. *n. 66. & 67.* uti responderunt Ingolstadienses *tom. 5. var. consil. 24. nu. 206.* justitiæ saltem administratione excepta, *Paurmeister, d. c. 10. n. 26. VVaremund. ab Erenberg. lib. 2. de fœderib. fol. 29. & multis seqq.*

Et hæc de Imperio Romano, ejusque Statu, Rectore & Capite, Membris, Ordinibus, præeminentiis & juribus sufficiant.

Finis partis primæ.



dme

terminis
causa fit te
iuribus p
per iudic
vbicūq;

raliter.
d.c.j.de i
in causa
istud ne
an tunc i
conclusio
seq.in ve
tunc iude
quasdā a
Ego ind
possit pa

ūō pa
i quā
ē in c
n ss m
ūe pe
ament
ba m
o
in

